CATANA ILLUSTRATA, SIUE SACRA, ET CIUILIS URBIS CATANAE HISTORIA A...

Vito Maria Amico

Digitized by Google

BIBLIOTECA DELLA R. CASA
IN NAPOLI
N.° d'inventario 1798 1868
Sala Grande
Scansia 28 Palchetto 5
N.° d'ord. 710

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

587574

CATANA ILLUSTRATA,
SIVE
SACRA, ET CIVILIS URBIS CATANÆ HISTORIA

A prima ejuſdem Origine
In præſens uſque deducta, ac per Annales digeſta.

OPERA, & STUDIO

S. T. D. D. VITI M. AMICO, ET STATELLA
Benedictino-Caſinenſis Prioris.

PARS SECUNDA.



CATANÆ MDCCXLI.
Ex Typographia Simonis Trento
Superioribus Annuentibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO. SENATUI.

CLARISSIMÆ.

URBIS. CATANÆ.

REGIO. CONSILIARIO.

ARMORUM. IN. BELLO. PRÆFECTO.

REI. PUBLICÆ. CUSTODI. AC. CURATORI.

D. Joſepho Mario Joenio *Patricio*.
D. Aſcanio Ricciolo *Balneariæ Baroni*.
D. Franciſco Gravinæ.
D. Joanni Baptiſtæ Paternionio.
D. Vincentio Tedeſchio, & Cæleſti.
D. Cæſari Tedeſchio. *Turris Veteris Baroni*.
D. Franciſco Tedeſchio *Tuſcani*, *& Villallegræ Baroni*.
Senatoribus.
D. Willelmo Scammaccæ *Brucæ Baroni Syndico*.

ALTERAM. HANC. ANNALIUM. CATANENSIUM
PARTEM.
PERPETUÆ OBSERVANTIÆ:
GRATIQUE. OFFICII. MONUMENTUM.
D. VITUS M. AMICUS, ET STATELLA *Caſinenſis*.
D. D. D.

VEhemens illud, natumque deſiderium, quo nomen ſuum ab interitu vindicare contendunt homines, in eorum animos, qui præclara anteactæ ætatis facinora ſcriptis illuſtrant ſuis, dulciter irrepere quiſpiam opinabitur. Æqui vero rerum æſtimatores aliorum famæ potius, quam propriæ illos conſulere, inque alienam utilitatem operam conferre ſuam, profecto intelligunt, nec
inanis

Digitized by Google

inanis gloriolæ ſtudio duci, ſed quid poſteris ad veram laudem ſit agendum, eos luculentiſſimè demonſtrare, arbitrantur. Id probe intellexiſſe Vos, Patres Conſcripti, in hac noviſſima Catanenſis Hiſtoriæ editione veſtris auſpiciis, curiſque adornata iſ noſunt, apud quos minimè dubium, privatis omnino poſthabitis, publicis commodis unumquemque veſtrum proſpicere, Patriumque decus rebus omnibus Vos adeo pluris habere, ut tot inter ſollicitudines nihil charius, antiquius nihil contigiſſe arbitremini. Quæ quum ita ſint, non eſt, cur hìc cauſſas memorem, quibus ad opus hoc quodammodo perficiendum, veſtroque ſub nomine vulgandum, adigar; ſatis enim exiguæ induſtriæ, tenuiſque ingenii mei conatibus penes Eruditos conſultum iri hac ratione confido: Communi nempe Civium bono nequit non cedere, quod ſub felici Reipublicæ Patrum, atque Cuſtodum omine in lucem profertur. Supereſt, Senatores Ornatiſſimi, ut ea vultus comitate, animique magnitudine exile hoc munuſculum excipiatis, qua ad Urbis noſtræ incrementum incumbitis, omniumque votis, atque expectationi ſatisfacitis.

Dabam Catanæ VII. *Kal. Februarias* MDCCXLI.

CATANÆ ILLUSTRATÆ LIBER QUINTUS.

CAP. I.

CATANA SUB NORTMANNIS.

Anno Xpi CElebre nomen, quod militari gloria, rebusque præclarè geſtis ſibi Nortmanni Principes pepererant, nedum Italiam, proximamque Siciliam, ſed univerſam pene Europam pervaſerat; eorumque potentiam Apulia, ac Calabria a Roberto Guiſcardo, & Rogerio fratre virtute bellica conquiſitæ auxerant. His exciti Meſſanenſes proceres, omnibus officiis, ut in Siciliam cum copiis transmitterent, Siculosque a Saracenorum tyrannide vindicarent, eosdem diù ſolicitaverant, atque ad animo diu præconceptam expeditionem incenderant. Interim in Sicilia acres ex zelotypia di-
1059. ſcordiæ inter Binitthamana, ſeu Bethumenum Catanæ Præfectum & Benneclerum honeſtiſſimum Juvenem Saracenum ita exarſerant, ut hic tandem ab illo oppreſſus occubuerit. Patrocinabatur Bennecleri cauſæ Belchemedus, ſeu Belchanes in Inſula pro Saracenorum *Calipha* Præſes, cujus ille ſororem deſponderat. Hujus itaque judicium, potentiamque ſimul, & *Caliphæ* iram veritus Bethumenus, fama Nortmannorum illectus, prodere illis Siciliam conſtituit, quo patratæ cędis ſup-

pliciun evaderet. Rhegium itaque, ubi tunc forte Rogerius Comes ex Apulia redux agebat, occultè contendit, hunc adit, ac multa ad rem præfatus, Siciliam Chriſtianorum imperio deberi enarrat, expugnarique facili negotio poſſe oſtendit; Civitates, & Opida immunita, Saracenos nulla militari arte inſtructos, Siciliæ Præſidem inertem virum, ac vecordem, *Caliphám* denique longe abſentem omnia præter bellum metuere. Suammet ſuorumque opem ac operam, modo ſua ſibi jura illæſa ſerventur, offert. Hæc, quum Rogerius ad Robertum Fratrem Meliti per id tempus degentem per nuntios detuliſſet, reclamavit ille: Punicam ſubeſſe fraudem, ac dolos inſerui, nec Bethumeno facile credendum; Sed Meſſanenſibus rurſus per legatos auxilium petentibus, Nortmāni gloriæ ſatis cupidi, ſublato metu, ad bellum in Sicilia contra Saracenos ſeſe inſtruunt. *Anno Xpi 1059.*

II *Nondum igitur hyeme transacta* (Gaufredi Malaterræ Synchroni Scriptoris verba uſurpamus (a).) *hebdomoda videlicet prima ante Quadrageſimam, cum centum ſexaginta militibus, ipſum Bethumen ſecum ducens Rogerius Pharum, ac clibana tegularum transiens Siciliam invadit,* ac magna acta præda, Saracenis Meſſanenſibus, eorumque Duce ſibi obviis ſtrenuè interceptis, atque occiſis, Rhegium majori cum manu rediturus contendit. Majo ineunte Robertus equitatu quam maximo ſtipatus, claſſe comparata, Siciliȩ expeditionem ſerio molitur, quem tamen Beleamuer, ſeu Belchemedus *Amiras* magno navium apparatu impedire obnititur. Ad callida hinc argumenta converſus Rogerius, Roberto conſulit, ut cum univerſo exercitu in littore ſeſe hoſtibus oſtentet,

(a) *Lib.2.cap.4.*

dum

Anno Xpi 1050. dum ipſe nocte intempeſta cum paucis animo valentibus, veteraniſque militibus in Siciliam transmitteret. Re ex animi ſententia ſuccedente, exſcenſu facto, ad locum bis mille paſſibus circiter Meſſana refugientem, cui nomen a *Chuppa*, Urbem eamdem, qua parte meridiem reſpicit, oppugnatum, machinis, bellique magno apparatu inſtructus, cum ſuis contendit, ſummo animo obſidet, majori virtute ſuperat, ingentique Saracenorum edita clade, claves ad Ducem transmittit. Dum Meſſana diripitur, *Amiras* cum claſſe fugâ ſibi conſulens Panormum remeat, ac Duci cum omni exercitu fretum placido curſu trajiciendi commodum præbet.

III. Conjunctis viribus dehinc fratres, ut Gaufredus teſtatur (*a*) Duce Bethumeno Ramettam contendunt, quam ex deditione accipiunt, ac Maniacium uſque profecti, Fidelium Demanæ vallem incolentium turmas lætis canticis, hymniſque, ac muneribus ſibi obviam procedentes humaniter admittunt, opemque flagitantibus pollicentur; tum contra Centuripen movent. Audito autem Saracenorum copias ab *Amira* expediri, ſibique bellum imminere, Centuripis obſidione ſoluta, in *Agro Catanenſi*, prope Paternionis opidum caſtrametati, *viſa planicie ſpatioſa, aptum locum ad præliandum judicantes, per octo dies morati ſunt, volentes, ut a Saracenis inibi prælium diſpoſitum offerretur* (*b*) A ſpeculatoribus Bethumeni nihilominus edocti, bellum nondum in promptu haberi, aliquot direptis locis prope Ennam ad fluminis ripas, quod hodie *Dittainus*, olim Chryſas, tentoria figunt, hoſtiumque exercitum impavidè opperiũtur. Ducebat *Amiras* quindecim circiter hominum millia, Nortmanni ſeptin-

(*a*) Ibid. cap. 13.

(*b*) Gaufr. ibid. cap. 16.

ptincentos, ſi Gaufredo credimus, ſub ſignis numerabant, paucis exceptis Siculis, qui ſeſe illis adjunxerant. Tres ille acies, hi duas inſtruunt, conſertisque manibus acre bellum committunt. Victoria ad Nortmannos inclinante Saraceni funduntur, ac decem millibus ex barbaris deſideratis, ubique, Ennam uſque propulſi, noſtris ingentem prædam relinquunt, ac latè per inſulam diſcurrendi aditum præbent. *Anno Xpi* 1061.

IV. Enna interim obſidetur; ſed naturali urbis ſitu confiſi Saraceni, quum obſidentes contemnerent, egreſſique per vallem Demanam captas a Nortmanis urbes vexarent, Hyems vero jam ingrueret, veriti Duces, ne Meſſana ab hoſtibus impeteretur, ſoluta obſidione, eò copias reducunt, urbemque mœnibus & validioribus propugnaculis muniunt, mox de bello adminiſtrando conſultant. *Placuit Bethumenum Catanam mittere*, inquit Fazellus (a) *qui militum electa manu Saracenos ea parte laceſſeret, opidisque expugnandis intenderet; ipſi vero ad Apuliam, & Calabriam per hyberna tempora reviſendas ſecederent.* Catanam divertiſſe in hac profectione Nortmannos Invegius ſcribit (b) atque ex ea Meſſanam, inde in Calabriam, advectos, Catanenſe ſcilicet iter tenuiſſe, perque ejuſdem urbis fines copias duxiſſe. Subdit enim Fazellus *Profecti igitur eo conſilio in Italiam Nortmanni fratres cum Bethumenus in Catanenſi regione Saracenos intra mœnia crebris prœliationibus continuiſſet, menſe Decembri Rogerius Comes ſelectis cum equitibus in Siciliam trajicit, ubi mediterranea ingreſſus, obvia quæque vexat, atque hoſtiliter agros circumquaque populatur; cui Chriſtiani Sicilienſes, qui Saracenis ſuberant, læti occurrentes, & oppida, & ſeipſos*

(a) Dec.2 lib.7. cap.1.

(b) Panor. Antiq. Æra Sarac.

Digitized by Google

Anno Xpi. *ipſos certatim quodammodo obtulerunt.*

1061 V. Hinc Troynam amicè exceptus, Natalem Domini diem celebrat, urbemque præſidio firmans, Roberto conſanguineo ſuo Sacrorum Antiſtite conſtituto, ſedem in ea Epiſcopalem, Pontifice Romano annuente, ſtatuit. Hiſque firmatis, in Calabriam reverſus Eremburgam Roberti S. Euphemiæ Comitis ſororem (Deliciam Roberti S. Euphemiæ Abbatis ſororem appellat Malaterra) conjugem duxit, ac celebratis apud Melitum nuptiis, Inſulam repetiit; mox aſſumpto ſecum Bethumeno *Petraliam* naturâ munitiſſimum Opidum adortus, ex deditione accepit, ac Troyna munita, Bethumeno Siciliæ præfecto conſtituto, ad uxorem viſendam Melitum in Calabriam contendit.

VI. *Interea Bethumenus* (a) *coacto exercitu plura Saracenorum oppida expugnat, pleraque per deditionem accipit; ſubinde Oppidum Cutelionem* (*) *quod ſui juris cum eſſet, ab eo deſciverat, dura obſidione cingit. Oppidani, qui Saraceni erant, ad fraudem converſi Nichel vafri virum ingenii mittunt, per quem ſubdolam deditionem pollicentur. Bethumenus, dum in patenti caſtrorum loco ad colloquium a Nichele vocatur, ut mandata, quæ habebat, ei exponeret, ſagitta ab arce emiſſa confoſſus, interiit.* Bethumeni equum ſpiculo transfixiſſe primum Opidanos ſcribit Malaterra, *ne ſeſſor, ubi ſibi primo vulnus datum foret, fraude intercepta, equo ſano liberius cum vulnere aufugeret.* Bethumeno mortuo Catanam

1062. ad Saracenos defeciſſe ſcribit Fazellus, ſed perperam

(a) *Fazel ibid.*

(*) *Antulium* & *Antilium* habet Malaterra Cap. 22. *Antulienſes* vero Opidanos appellat.

Digitized by Google

peram, Nortmannis enim urbs noſtra addicta *Anno Xpi.*
anno MLXVIII. a Gaufredo Malaterra dicitur,
nulla aut expugnationis, aut deditionis ejuſdem
ingeſta mentione, quam ſane nullo pacto ocu-
latiſſimus ſcriptor negleſſiſſet. Fazelli autem aſ-
ſertio ſine authore ſubleſtæ fidei cenſenda.

VII. Hæc dum in Sicilia geruntur, gra-
vis inter Robertum, Rogeriumque fratrem in
Calabria, ob ejuſdem imperium perperam di-
viſum diſcordia oritur; At rebus tandem com-
poſitis, ad reprimendos Saracenorum auſus, qui
Bethumeno occiſo res ſuas promovebant, cum
Eremburga conjuge Comes in Siciliam venit;
turbas apud Troynam, ubi extremum vitæ pe-
riculum adiit, ſedat, Barbarorum ingentes co- 1063.
pias prope Ceramium fugat, ſpoliiſque ad A-
lexandrum Pontificem Romam tranſmiſſis, Cę-
phalędium, Goliſanum, Brucatum, atque alia
opida ſtrenuè ſibi vindicat; mox cum Rober- 1064.
to Fratre Panormum obſidione cingit, ac ſe-
cundo prælio hoſtes ſibi obvios ſuperat. Tum
dilata per aliquod tempus oppugnatione fratres
in Calabriam contendunt, majoribus inſtructi
copiis redituri.

VIII. Anno MLXVIII. Rogerius e Calabria
redux Catanam venit, quò etiam non diu poſt
Robertus ejus frater appulit, collatiſque conſi-
liis veluti Melitæ Inſulæ expugnationem medi-
tarentur, claſſe adornata, ex inopinato cum
exercitu moventes circa Panormum denuo ca-
ſtrametantur, urbemque premunt, quam de-
mum proditione acquirunt. Panormo expugnata
eam ſibi Robertus dux vindicavit, reliquas In-
ſulæ regiones Rogerio Comiti ceſſit, evocatuſ- 1071.
que a ſuis, belli Siculi onere fratri relicto, in
Apuliam

Digitized by Google

Anno Xpi. Apuliam contendit. Interim Catana a Saraceniſ
1073. nis tentata, eorum impetu ceſſerat; quam, ut ſibi adjungeret, in edito colle Paternionis arce conſtructa, copias in eam Comes reduxit, unde facili negotio contra urbem movit; vix porro machinas paraverat, quum legatione ad eum miſſa, Cives ſe ultro dedere, præſidiarios milites, Hugonemque Gozettam Comitis Generum, qui urbi ac Regioni præeſſet lætiſſime ſuſceperunt, ut Maurolicus teſtatur. (a) (a) Rer.Sic.lib.1

IX. Biennio poſt Saraceni e Tuneto moventes ſuos auxiliatum in Siciliam veniunt, urbemque Mazaram capiunt, arce tamen ineſpugnata, cujus præſidiarii Rogerium Ennæ obſidendæ intentum ad ſubſidium evocant. Is militibus inſtructus Mazaram advolat, arcem noctu per porticum ingreditur, illuceſcente vero clam egreſſus, in Saracenos tota urbe palantes ir-
1075. ruit, innumeros cedit, reliquis fuſis, & ad claſſem fugatis, urbe ſtrenuè potitur. Hinc *relicto*, ait Fazellus (a) *in Sicilia Hugone Gozetta ſuo Genero Præſide, viro militia præclariſſimo, genere Northmanno, Calabriam petit. Huic, qui Catanæ agebat, in mandatis dedit, ne ea urbe contra Saracenos egrederetur, veritus, ne, quod tandem evenit, accideret; Ille enim vix Rogerio diſcedente, Jordanum ejus filium, quem Troynæ Pater Præfectum reliquerat, ad ſe Catanam ad ſtrenuum quoddam facinus pellexit. Quò cum ille iviſſet, Benameth quidam, qui eo tempore Saracenorum reliquiis in Sicilia præerat, Syracuſis, ubi habitabat, coacta magna ſuorum copia, Catanam quoque contendit. Ubi, cum non procul ab urbe inſidias paraſſet, ut incautos opprimeret, equites ferme triginta ad Catanenſes irritandos* (b) Dec. 2. lib. 7. cap. 1.

 Anno Xpi. 1075.

ritandos uſque ad urbis mœnia emiſit. Quo viſo Hugo, & Jordanus, cum militibus egreſſi Saracenis occurrunt. Cum hoſtes, pro ſtratagematis conſilio terga verterent, atque illi ad locum uſque inſidiarum fugam ſimulatam inſequerentur, Benamethus, cum reliqua ſuorum multitudine, ac Saracenis cæteris e latebris erumpentes, in noſtros nil tale opinantes exiliunt, ſitque cruenta pugna, in qua Hugo ipſe cum pluribus occubuit, cæteris ad Arcem Paternionis fugatis, ac Jordano ſolo Catanam incolumi reverſo.

X. Idem porro facinus ab Anonymo (*a*) ſic recenſetur. *Habita victoria Comes apud Melitum per Cataniam proficiſcens, Hugonem de Brachia generum ſuum, quem dominum Cataniæ præfecerat, multa admonitione Saracenorum inſidias, & maxime Syracuſanorum vitare jubet. Quo excedente, Hugo immodicæ ſuæ audaciæ potius, quam prudentiſſimi Comitis perſuaſioni acquieſcens, vocato ſibi in auxilium Jordano egregio milite, Comitis filio, Syracuſanos ad pugnam non ceſſat invitare. Quodam ergo die Benervetus eorum Princeps congregata multitudine, non longe a Catania in valle ſe abſcondens, triginta electos milites pro extrahendis civibus ante Civitatem delegavit; Quibus Hugoni, & Jordano compertis, miſſis poſt eos ſtatim ad faciendam moram triginta aliis militibus, ipſi deinde glomerato agmine, tardiori greſſu procedentes ultra hoſtium inſidias ſiniſtro omine proſequi non dimiſerunt. Ex tunc Benerveto cum multitudine eis inſiſtente, Hugo ſtatim a primo concurſu occiditur; Jordanus vero hoſtiles manus cum paucis vix evadere potuit; triginta, qui in primo agmine hoſtes inſecuti fuerant, apud Patrinonium per divortia fugiendo vitam ſibi ſervavere*

(*a*) *Apud Caruſ. Bibl.Hiſt.Sic. tom. 2.*

Digitized by Google

Anno Xpi *vavere*. Hugonem Gaufredus Malaterra *de Gir-*
1075. *cæa* appellat præclariſſimi generis Virum, e Ce-
nomanenſi Provincia exortum, eique cum filia Flandrina ex Edemburga ſuſcepta Catanam dotis nomine Comitem dediſſe ſcribit.

XI. Jamvero hujus cladis fama accepta,
1076. rebus in Calabria quamcelerrimè compoſitis, Rogerius in Siciliam rediit, juſtoque exercitu cōparato contra Benamethum movit; Hinc Judicæ caſtro munitiſſimo in Catanenſi agro expugnato, Saracēniſque omnibus, præter mulieres, quas in Calabriam venum miſit, enectis, obvios agros Neetum uſque depopulatur, ſegetes jam maturas vaſtat, atque in magnam ægeſtatem ho-
1078. ſtes adigit. Jordanus vero digreſſus Catana Saracenos in Mazariæ valle inſecutus, Drepanum obſidet, atque ex induſtria capit. Comes ſubinde Tauromenium adoritur, ubi vitæ diſcrimē quammaximum ſubit. Id Fazellus prope Catanam eveniſſe Comiti, tradit. *Per idem quoque tempus cum Rogerius non longe a Catana duas erexiſſet arces, quæ parvo a ſe invicem diſſidebant ſpatio.* Sed calamo ceſpitaſſe Scriptorem alioqui oculatiſſimum ex Gaufredo diſcimus, qui apertiſſimè eadem recenſens ait (a) *Interim dum iſta geruntur anno inſtante* MLXXVIII. *Comes Tauromenium obſidens viginti duobus caſtellis vallavit*... *At dum quodam die de caſtro in caſtrum per præcipitia ſcapuloſi montis Comes viſum tranſiret cum paucis, pars quædam Sclavorum inter mirteta virgulta latitans in quodam arctioris trāſitus loco prorumpens irruit; & niſi Eviſandus, quidam nomine Brito, audito ſtrepitu armorum, ſeſe Comiti, & hoſtibus interpoſuiſſet, de ipſo Comite hoſtibus triumphus ceſſiſſet.* Subdit inde: *E-*

(a) Ibid. cap. 5.

Digitized by Google

viſando itaque in domini fidelitate ſic interfecto, dum noſtri in arma ruunt, hoſtes per præcipitia ſcapuloſi montis elapſi ſunt. Et poſt pauca: *Montium autem cacumina cum ipſis vallibus perluſtrans Comes peditum copiis, iter faciens a monte, qui ab Incolis Gibel, quem nos Ætnam dicimus, uſque Trainam neminem ejuſdem ſuperſtitionis impunitum dimiſit.* Hæc Malaterra. Anno Xpi

XII. Tauromenio capto Acenſes Regionis Catanenſis incolæ promiſſum tributum pendere recuſantes, *numeroſa*, ut ait Gaufredus, *multitudine ſuorum fisi; erant enim uſque ad tredecim millia familiarum* anno MLXXIX. a Rogerio ad deditionem compelluntur, qui & alios etiam nõ ignobiles populos ſibi adjunxit. Quumque Robertus Dux biennio poſt in Græciam cum exercitu, Alexio Imperatori bellum illaturus, tranſmiſiſſet, fratremque Rogerium Apuliæ, & Calabriæ regimini admoviſſet, in ſuo hic diſceſſu ab Inſula Bencimini, ſeu Bethumeno alteri Catanæ cuſtodiam delegavit. Qui, quum a Benaviro Saraceno Syracuſarum Præfecto muneribus ſollicitatus Urbem ſibi creditam fœdè tradidiſſet, Jordanus, cui abſente Patre Siciliæ onus impendebat, aſſumptis ſecum Roberto de Surdavalle, atque Helia Cortomenſi genere Saraceno, in Chriſti tamen fidem jurato, ad proditam Civitatem repetendam profectus eſt. *Benevert vero,* Malaterræ verba uſurpamus (a) *eos advenire per ſpeculatores ſuos, quos undique omnia viſum præmittebat, audiens extra Urbem copiam ſuorum ad preliandum ordinans, dimicaturus occurrit, pedites quidem uſque ad viginti* (*) *millia dextero latere ſuo*

1079.

1080.

(a) Lib. 3. cap. 30.

(*) *Duo millia* alibi lego, & fortè rectius; vix enim credibile Jordanũ parva cum manu ſuorũ adverſus ingentes hoſtium copias moviſſe.

Digitized by Google

Anno Xpi. 1075. *ſuo in occurſum hoſtium pauliſper anteponens, ipſe in ſiniſtro cornu fixus manens hoſtes præſtolatur. Noſtri autem cum centum ſexaginta tantummodo eſſent milites, nil remorati certamen, Deum ſibi propitium invocantes, ineunt, tertioque ſuper pedites impetu facto, cum immobiliter perſiſtentes flectere nequeunt, declinantes eos, ſuper equites irruunt, fortiterque congredientes multa ſtrage facta in fugam vertunt. Quos inſequentes, & extremos quoſque cędentes, uſque in portam civitatis impellunt. Benavert vero ſic per fugam elapſo, de peditibus permaxima ſtrages facta eſt. Noſtri autem ante Urbem tentoria figentes obſeſſionem prægravabant. Sed Benavert clam de nocte digrediens, cum Pagano traditore fugiens Syracuſas ſe recepit, ſicque Urbs a noſtris recuperatur. Paganus traditor a Benavert, ne Syracuſam ſicut Catanam fecerat, tradat, dum præmia pollicita requirit, truncatur.*

XIII. Idem quoque facinus ab Anonymo (*a*) ſic exponitur: *Dedita Tauromenia, & Comite in Calabriam redeunte, Paganus, quem ipſe cuſtodem Cataniæ præfecerat, magna correptus avaritia, Beneverto multa ſibi donāti, ac compromittenti cum ſumma fraude tradere Cataniam non erubuit; Quo audito Jordanus filius Comitis, illuc feſtinabat, quem ſecuti ſunt Robertus de Surdavalle miles egregius Nortmannigena, & Helias qui prius fuerat Saracenus, ſed tunc fide Catholicus, & gentilis gentis extirpator magnanimus ... His cum Jordano Cataniam venientibus, Benevertus ingenti ſuorum multitudine elevatus, apertis portis hoſtiliter extra Civitatem occurrit; Sed noſtri, quibus ex diuturno uſu pugnandi, & proſperis ſucceſſibus jam nulla multitudo formidabilis habebatur, glomeratis agmi-*

(*a*) *Apud Caruſ. Bibl. Sic. hiſ. tom. 2.*

agminibus hoſtes quam audaciſſimè aggrediuntur. Et cum Jordanus, jam multis virili ejus dextera cadentibus, ſibi inter cæteros Beneverto quærit occurrere; Benevertus ſolius Jordani occurſum tamquam cervus Leonem per agmina fugienda quærit effugere; quod, quia multum fortuna ſuis adverſante, diutius in apertis campis ſibi non licebat, infra muros ſe recepit, ſuis idem facientibus portæ clauduntur; multique, quibus non licuit introire, interfecti ſunt. Hoſtibus infra mœnia receptis, Jordanus prius recedere, quam civitate potiri, recuſat. Ipſe ergo tanquam cum maximo exercitu eam circumſedente, Benevertus neque ſuorum viribus, neque civitati ſatis confidens, nocte proxima Paganum proditorem ſecum ducendo apud Syracuſas refugit. Hæc in annum MLXXX. rejicit laudatus Malaterra. Ann. Xpi 1080.

XIV. Triennio poſt Robertus Guiſcardus poſt multa præclarè geſta, Dyrrachio, Epiro, Acernania, aliiſque Civitatibus, ac Inſulis Græco Imperatori ſubjectis fortiter expugnatis, poſt novatam egregiè operam Gregorio VII. Romano Pontifici, quum in Græciam ſecundo trajeciſſet, febre apud Caſſiopam Epiri inſulam correptus deceſſit; cujus filii Boamundus, ac Rogerius mox ad arma ob principatus ambitionem devenere. Eorum diſcordiam, quum dirimendam Comes Rogerius ſuſcepiſſet, & Coſentiam Calabriæ urbem a Rogerio nepote rebellantem ad deditionem compuliſſet, in hujus beneficii gratiam Panormi dimidium anno MLXXXIV. ab eodem recepit. Hinc viribus auctus contra Benaverum, qui Syracuſis labentem Saracenorum fortunam tuebatur, atque aliquot in Calabria depopulatis opidis, elatior prædam in Siciliam 1083.

aſpor-

Ann. Xpi. 1080 aſportaverat, cum claſſe movit, Jordanumque filium cum pedeſtri exercitu præmiſit. Navali bello commiſſo, ac Benavero occiſo, hoſtiumque navibus disjectis, Syracuſarum urbem aggreſſus ſexto menſe expugnavit, victoreſque copias ad
2086 alia debellanda opidula traduxit.

XV. Sequenti anno Agrigentum, Ennamque recepit, ac Tamictum eorum ducem ſacris Chriſtianis initiavit. Quibus feliciter geſtis, tota jam Sicilia (Neeto, ac Butera exceptis) potitus, Templis, Epiſcopatibus, ac Monaſteriis Deo dicandis omnem navavit operam; Agri-
1088 gentinis Gerlandum, Mazarienſibus Stephanum, Syracuſanis Rogerium, Catanenſibus denique Anſgerium Præſulem dedit. De hoc ſingillatim Gaufredus Monachus, cui ſuum opus inſcripſit; (a) *Apud S. Euphemiam vero Monachum quemdam natione Britonem virum religioſum, poſtea Abba-*
1088 *tem totam Eccleſiam prudenti moderamine audiens, ut hunc Catanenſi Eccleſiæ impetrare queat, Epiſcopum ordinare intendit. Quare & per ſemetipſum illuc accedens, vix tandem Monachis hoc carere nolentibus, ipſe autem præ cæteris amplius reluctante obtinuit. Sicque ſolemniter Epiſcopatum concedens, quod nulli Epiſcoporum feciſſe dignoſcitur, totam urbem ſedi ſuæ cum omnibus appendiciis ſuis ſub chirographo, & teſtibus hæreditaliter poſſidendam aſſignavit. Porro ille Eccleſiam minus cultam, ut pote a faucibus incredulæ gentis erutam, ſuſcipiens, Marthæ ſtudiis primo ſtudioſius inhærens, brevi Eccleſiam omnibus neceſſariis provehens, ad Mariæ vices cum Martha exequendum tranſiit, Monachorum turbam non modicam ſibi coadunans, diſtricto regulæ jugo verbo, & exemplo ſubeſſe, ut fidelis paſtor coegit.* Anſgerii in Catanenſem

Digitized by Google

Pontifice inauguratione anno MCXI. ſtatuit Pirrus *Anno Xpi.*
(*a*) Not. Eccl. Cat. lib. 3. (*a*) quo datum Rogerii Comitis primum diploma. 1080.
Sed quum in eo noſtram Eccleſiam una cum aliis ab ſe fundatam Urbani Pontificis rogatu Comes clariſſime affirmet; Pontifex autem Urbanus anno MLXXXVIII. in Siciliam veniſſe conſtet, optime cum Groſſo (*b*) Catanenſis Epiſcopatus inſtaurationem in hunc annum rejicimus. Sed incongruum hic non erit laudatum Comitis diploma exſcribere.

(*b*) Catan. Sacra §. 20.

XVI „ In Nomine Sanctæ, & Individuæ 1091.
„ Trinitatis. Summus Romanæ ſedis Pontifex
„ Urbanus videlicet Secundus, verus Dei cul-
„ tor, & univerſalis Paſtor univerſalis Eccle-
„ ſiæ mihi Rogerio Calabriæ Comiti, ac totius
„ Siciliæ ore ſuo ſanctiſſimo, & venerando præ-
„ cipiens, utpote Pater ſpiritualis me filium ſuum
„ licet in multis peccantem, ſanctiſſime roga-
„ vit; Quoniam ego filius ſanctiſſimæ Matris
„ Eccleſiæ ipſam, eamdemque matrem meam,
„ boni filii ſequutus legitimam, & laudabilem
„ conſuetudinem, pietatis manibus enutrirem,
„ & dulciter proveherem; fines ſuos magnificè
„ ampliarem, propagines, & palmites vivos, &
„ ſpirituales in ea ſtudio vigili dilatarem; cu-
„ jus ergo exequendis, Ego Rogerius Calabriæ
„ Comes, & Siciliæ, obſervandis imperatibus,
„ & catholicis inſtitutis, ſicut Deo præeunte
„ in curribus ſuæ virtutis, & propugnatore,
„ terra Siciliæ, terra Saracenorum, habitacu-
„ lum nequitiæ, & infidelitatis, ſepulchrum
„ quoque noſtri generis, & ſanguinis ferro vin-
„ dicandum, mihi diverſis temporibus ſubjecta
„ fuit; ſimili quoque modo in diverſis tempo-
„ rum permutationibus ad honorem Dei, ad
magni

Digitized by Google

1080. „ magnificandum, & exaltandum nomen ſuum,
„ & pro anima patris, & matris meæ, & fra-
„ tris mei Roberti Guiſcardi, pro mea quoque
„ & omnium parentum meorum per diverſa Si-
„ ciliæ loca idoneas Eccleſias ædificavi juſſu
„ ſummi Pontificis Apoſtolici, & Epiſcopos ibi-
„ dem conſecravi, ipſo eodem Romanæ ſedis
„ Apoſtolico, & laudante, & concedente, &
„ ipſos Epiſcopos conſecrante. Unicuique au-
„ tem Eccleſiæ, & Epiſcopo Parochiam ſuam
„ dedi, & dicavi, ut unuſquiſque de ſuis ſuf-
„ ficiens beneficiis alterius Parochiam incruſte-
„ re non præſumeret. Inter quas etiam jam
„ diſpoſitas Eccleſias, poſtquam ſumma Dei
„ virtus, & ejus magnificentia totam mihi ſub-
„ jugavit Siciliam, aliam diſpoſui, & edificavi
„ Eccleſiam, collaudante Apoſtolico viro, &
„ conſecrante ad titulum hujus Eccleſiæ in Ca-
„ tanenſium civitate exiſtentis quemdam ſanctę
„ Euphemię Priorem catholicum, & honeſtiſſi-
„ mum in Abbatem & Epiſcopum, vocatum Anſ-
„ gerium, cui Urbano II concedente, qui hunc ſa-
„ cravit, dono Cataniam civitatem, ut ſedes
„ ſit Abbatiæ, & Epiſcopatus. De parochia vero
„ Jachium cum omnibus pertinentiis ſuis, Pater-
„ nionem cum omnibus pertinentiis, Aderno
„ cum omnibus ſuis pertinentiis, Sanctam Ana-
„ ſtaſiam cum omnibus ſuis pertinentiis, Centor-
„ bam cum omnibus ſuis pertinentiis, Caſtrum
„ Joannis cum omnibus ſuis pertinentiis, vi-
„ delicet cum tota terra illa, quæ pertinet ad
„ Caſtrum-Ioannis uſque ad flumen ſalſum,
„ quod currit inter Caſtrum-Ioannis, & Agri-
„ gentinam Civitatem, & uſque ad fines Tra-
„ ginenſis Civitatis, & ex aliis partibus, ſicut

dividi-

„ dividitur a pertinentiis aliorum Caſtellorum, „ & Civitatum. Iſtud vero privilegium factum „ eſt VI. Kalendas Maii Ind. XV. Anno Dominicæ Incarnationis MXCI. Luna XV. Et ecce „ teſtes hujus Privilegii. ✠ Ego Comes Rogerius feci ſignum hoc. ✠ Ego Adelaſia Comitis uxor ſignum hoc. ✠ Ego Jofredus Comitis filius hoc. ✠ Signum Jordanis filii Comitis. ✠ Signum Willelmi de Altavilla. ✠ Signum Roberti Parrelli. ✠ Signum Josberti „ de Luciaco. ✠ Signum Baſtardi. ✠ Signū „ Petri de Merretoim. ✠ Signum Rogerii Bonello. Anno Xpi. 191.

XVII. Huic aliud eodem anno addidit privilegium Piiſſimus Comes, quo novis Catanenſem Eccleſiam, & Monaſterium auxit muneribus, ab laudato Groſſo integrè excriptum. Neque *his* contentus, eadem ſequenti anno firmavit, Urbemque Catanam, ejuſdem Agros, Silvas, Mare, Flumen, Ætnæ montem, & Acis opidum cum Saracenis, omnibuſque juribus, quę ad Principem ſpectare videbantur, Epiſcopo Anſgerio indulſit, V. Idus Decembris ſignato diplomate, quod etiam habes apud Groſſum, atque alibi excuſum inter Catanenſis Eccleſiæ Privilegia. In eo Epiſcopi, & Monachorum precibus victus, hoc ſibi ac ſuis, cenſus titulo, Rogerius reſervavit, ut quoties nempe ad Monaſterium divertere contingeret *Abbas, & Monachi unum panem, & unam juſtam vini illi darent per conſuetudinem, & non amplius*. Per idem tempus Majoris Baſilicæ Conſecratio VIII. Kalendas Junii ab Anſgerio Pontifice peracta a nonnullis perhibetur; & ſi alii præcedenti anno conſignēt; nec enim alia ejuſdem ſuppetit notitia, niſi Dedicationis feſtum, quod eo die quotannis ſollemniter

Digitized by Google

Anno Xpi. 1091. niter celebramus. Jamvero Epiſcopatus, ac Monaſterii fundationem Urbanus II. Romanus Pontifex ſuo firmaverat Privilegio Anagniæ VII. Idus Martii. En illud.

XVIII. „ Urbanus Epiſcopus Servus Servorũ „ Dei: Dilecto fratri Anſgerio Cathanẽſi Epiſcopo „ & Abbati, ejuſq: ſucceſſoribus canonicè inſtitu- „ endis in perpetuum: Sicut Beatiſſimi Patris, „ & doctoris elegantiſſimi Gregorii Primi ſcriptis „ veridicis edocemur, conſtat Cathanienſem, ubi „ B. Agatha orta, & paſſa eſt, Civitatem, di- „ gnitatis Epiſcopalis antiquitus gloria claruiſſe; „ capta autem a Saracenorum populis Siciliæ „ inſula, & illic, & per alias univerſæ Provin- „ ciæ Civitates, Epiſcopalis gloria periit, & „ Chriſtianę fidei dignitas interiit. Poſt annos „ fere quadringentos (*) Divina populum ſuum „ reſpiciente clementia per ſtrenuiſſimum Comi- „ tem Rogerium Chriſtianorum juri eadem eſt „ inſula reſtituta. Porro idem egregius Comes „ Romanæ Eccleſiæ devotiſſimus filius, ubique „ urbium antiquæ dignitatis anhelans pro tem- „ pore gloriam reformare, Beatæ Agathes matrẽ „ Eccleſiam Cathanæ ſitam Monaſterium fore „ diſpoſuit; quatenus illic fratres Dei ſervituti „ inſiſtentes pro ipſius ſalute, pro uxoris de- „ functæ, & militum animabus, qui eamdem „ terram Chriſtianorum ditioni ſuo ſanguine „ reparaverunt, Omnipotentis Domini miſericor- „ diam implorarent. Nos itaque tanti viri de- „ votionem, pro ut dignum eſt, approbantes,

(*) Ultimus Catanæ Epiſcopus, cujus extat Memoria, circa Annum DCCCLXXX. effloruit; hinc fere poſt annos bis centum Pontificalis dignitas revocata.

,, Monaſterium quidem illic perpetuo permane- *Anno Xpi. 1091.*
,, re præſentis paginæ auctoritate ſancimus: Sed-
,, enim quia, ut prædiximus Epiſcopali quon-
,, dam prerogativa Cathanienſium Civitas illu-
,, ſtris agnoſcitur, adjicimus, & præſenti decre-
,, to ſtatuimus, ut noſtro quoque tempore ad
,, eamdem prærogativam redeat, & quicumque
,, in prædicta Eccleſia a Monachis electus fuerit
,, in Abbatem, idem populo quoque præeſſe de-
,, beat in Antiſtitem. Porro & Civitas univer-
,, ſa, & quæ circa vel Civitas, vel Villæ, vel
,, Oppida, quæ prædictus Comes Monaſterio, &
,, B. Petro Apoſtolorum Principi obtulit, vel
,, oblaturus eſt, & quidquid ad Cathanienſium
,, Eccleſiam ex antiquo jure pertinuiſſe poterit
,, comperiri, tam in Diœceſi, quam in poſſeſſio-
,, nibus, in Abbatis, & Epiſcopi jurisdictione
,, ex integro ſemper exiſtant, idemque Abbas,
,, & Epiſcopus, & Monaſterium regulariter, &
,, clerum, ac populum univerſum canonice re-
,, gere, Domino opitulante, procuret. Te itaq:
,, primum poſt tanta tempora Cathanienſis Ur-
,, bis Antiſtitem noſtris tamquam B. Petri ma-
,, nibus conſecratum præſentis Privilegii autho-
,, ritate donantes, tuis quoque Succeſſoribus
,, decretum hoc ratum perpetuo permanere de-
,, cernimus; ut ſemper a Rom. Pontifice con-
,, ſecrentur, ſemper & monachis in Abbatem,
,, & populo præſint in Antiſtitem. Denique, ut
,, hæc perpetuo firma, integra, & illibata con-
,, ſiſtant, Cariſſimo filio noſtro Rogerio Comiti
,, Chriſtianæ fidei propugnatori, ejuſque Uxori
,, filiis, & militibus pro quorum redemptione
,, Cathanienſem Urbem cum tota diœceſi ſua
,, B. Petro Apoſtolorum Principi ſuo labore re-
ſtitutam

Ann. Xpi. „ ſtitutam obtulit, Dei & Apoſtolorum ejus
1091 „ gratiam, & Benedictionem, & peccatorum ab-
„ ſolutionem, ex Apoſtolicæ auctoritatis, quam
„ indigne gerimus, vice benevolentiaque donamus,
„ quatenus & in pręſenti eorum triumphi, eorumq:
„ acta magnifica, dona, oblationeſque vigeant &
„ in futuro præmia æternæ Beatitudinis inve-
„ niant. Siquis autem &c. Datum Anagniæ VII.
„ Idus Martii Ind. XIV. per manus Joannis S.R.
„ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis Anno Dom. Incar.
„ MXCI. Pontificatus vero Dom. Urbani II.PP.IV.

XIX. Privilegii hujus veritatem Romæ ãno MDCI. labefactare in celebri de Patria S. Agathæ controverſia Panormitani conati, quod Autographum non exhiberetur, aut aliquod fide publica exſcriptum exemplar, quod in aliquibus denique phraſim ſaperet Siculam, ut Pirrus advertit, quàm cæco patriæ amore ducerentur, demonſtrarunt; Extat enim in Majoris Templi noſtri Tabulario, & Autographum, & varia ejuſdem Apographa publica fide tranſumpta, quæ omnem vel levem ſuſpicionis umbram depellunt. Vidi in eodem Tabulario Album, quod *Regeſtum* appellant, membranaceum, ubi Saracenorum, quos pleno jure Anſgerio Pontifici cum Catanæ, tum in ejuſdem opidis Comes ſubjectos voluit, de-
1092 ſcripta adnotantur nomina, ac familiæ, Cuculli inſtar convolutum, anno MXCII. ſignatum, quo tertium diploma Rogerium dediſſe innui. Eodem anno Templum S. Mariæ in opido Paternionis, quod Vallis Joſaphat dehinc fuit appellatum, ab Adelaſia Comitis uxore excitatum, multiſque bonis, ac prædiis auctum Anſgerio, ejuſque ſucceſſoribus attribuitur. Subinde Tancredus Willelmi Ferrabrachii filius, Sy-
1093 racu-

Digitized by Google

racuſarum Comes Symetho fluvio, quem *Muſen* 1093
(*) Saracenico vocabulo dicit, Epiſcopum ejuſ-
que Monachos donavit, Menſe Junio Indict. xv.
cum Muriella uxore firmato inſtrumento, quod
decimo poſt anno amplificavit; ut refert de Groſ- 1093
ſis, utrumque exhibens diploma. Porro primum
anno Mundi 6613. ſignatum in vulgaris æræ MCV.
rejicit Pirrus; ſed nota Indictionis xv. neutiquam huic reſpondet, ſed MXCIII. quo Nos conſignavimus.

XX. Jam vero Anſgerius tot muneribus 1094
auctus, Templo totâ Siciliâ maximo (*) ab Rogerio immenſis ſumptibus conſtructo inſigne pro ſuis Monachis Cœnobium adjecit, atque anno MXCIV. Ind. I. complevit. Inſcriptio ſeptentrionali Baſilicæ muro inædificata.

Anno ab Incarnatione Domini MXCIV. *Indic.* I. *Urbano Papa Romæ, Philippo Rege Franciæ, Rogerio Viſcardi Ducis filio duce Italiæ, Rogerio quoque Fratre ipſius Comite Siciliæ totius & Calabriæ, Dominus Anſgerius cœpit hoc ædificare Monaſterium, & ad,* ſubdit Fazellus, *finem uſque complevit. Adjuvante Domino noſtro Jeſu Chriſto.*

XXI. In qua ſane illud adnotatu dignum: Rogerium totius Siciliæ Comitem nuncupari; per ea

(*) *Huelmuſe* etiam alibi dicitur, & flumen Paternionis, ubi *Jarretta*, quæ ſcapha eſt homines alveo trajiciens. Prope Caſale *Ximet* a flumine mutuato vocabulo, quod malè idcirco Fazellus, & Pirrus *Teriam* appellant. Caſale porro & Scapha Epiſcopo ab eodem Tancredo conceſſa.

(*) *Ita illud appellant Fazellus in Sicul. Hiſt. Braunius, Lenovius, ac Pirrus apud Groſſum in Catan. Decacord. nullibi quippe per Inſulam aliud invenies, aut magnitudine aut columnarum majeſtate præſtantius.*

Ann. Xpi. 1094 ea namque tempora, donata ſibi ab Rogerio fratris filio altera Urbis Panormi medietate, dudumque Neeto, ac Butera expugnatis, Inſulæ univerſæ dominio ille fruebatur. Eodem anno interfuit Anſgerius noſter ſacris cæremoniis, qui-
1095 bus Eremi Squillacensis inſigne Templum ab Alcherio Panormitano Pontifice fuit oleo ac Chryſmate de more delibutum. Id ſumptu non exiguo Rogerius excitaverat, ac S. Brunoni, ejuſque diſcipulis obtulerat. Translatum ſequenti anno ad Agrigentinam Cathedram eumdem Anſgerium prodit Fazellus (*a*) & ex eo Uvion (*b*) ſed profecto falluntur, illi enim Eccleſiæ præerat per id tempus Gerlandus; Noſter vero Catanæ diem
1096 clauſit extremum.

XXII. Interim Rogerius Comes Siculis rebus compoſitis, Duci Rogerio Nepoti contra Boemundum ejus fratrem ſtrenuam navavit operam, Urbemque Amalphim eidem rebellantem anno MXCVI. ſubegit, & Capuam, quæ ab Jordano defecerat, expugnavit. Pacem denique emeritus, quinquennio religionis ac pietatis ope-
1101 ribus intentus ſupervixit, ac Meliti ætatis ſeptuageſimo, vulgaris æræ MCI. menſe Julio febre correptus obiit, in æde SS. Trinitatis, quam ipſe fundaverat, tumulatus; *Quem omnes Normanni, Appuli, Calabri, ac Siculi*, inquit Fazellus, *non ſecus ac publicum Parentem, nullo non genere honoris funeri ejus adhibito, luxere*.

XXIII. Rogerio vita functo, Simon ex Adelaſia uxore filius natu major Siciliæ, ac Calabriæ dominatione potitur; ſed brevi, & ipſe ſublatus, Rogerium alterum fratrem anno MCV.
1105 ſucceſſorem accepit. Hic, Wiſcardi filiis ſine prole demortuis, univerſam Calabriam, atque Apuliam

(*a*) Lib. x. dec. 2.

(*b*) Lig. vitæ lib. 2. cap. 27.

ſibi adjunxit, aliquot in Africa urbes per maritimam Libyæ oram armis ſuo ſubegit imperio, Corcyram inſulam, nonnullaſque alias contra Græcum Imperatorem, cujus ditionem graviter preſſit, jure gentium obtinuit, Regiumque tandem titulum, atque inſignia ſibi vindicans, Regni prærogativam noſtræ Siciliæ conquiſivit. Sub eo Catanenſis Eccleſiæ jura Robertus Meſſanenſis Antiſtes Templo S. Joannis de Flumine frigido in Agro Tauromenitano Anſgerio, ejuſque Monachis attributo, menſe Julio MMCXI. Indiſt. XI. auxit; Roberti donationem Jacobo etiam Meningis Epiſcopo probante. Subinde Gaufridus Rogerio Comite natus, Raguſiæ Dominus anno MMCXX. variis latifundiis VII. Kal. Januarias noſtro Cœnobio aſſignatis, ejuſdem bona amplificavit; ipſe demum Rogerius II. tunc adhuc Comes Opido *Maſcalarum*, ampliſſimoque ejuſdem agro donato, illi præclarè conſuluit anno MCXXIV. Habes apud de Groſſis integra diplomata, quibus hujuſmodi elargitiones firmantur.

Ann. Xpi. 1105 · 1106 · 1120 · 1124

XXIV. Annus hic pontificalis muneris poſtremus Anſgerio fuit; errantque proinde, qui ſolemni pompæ, qua laudatus Rogerius Siciliæ Rex inauguratus MCXXIX. Panormi fuit, Anſgerium noſtrum interfuiſſe ſcribunt, ut ſcitè obſervant contra Franciſcum Baronium (a) Pirrus, et Groſſus. Eximiæ in ſuos pietatis inſigne Paſtoris optimi monumentum illud eſt, quo certi redditus alendis quotidie pauperibus quinquaginta, ac ſemel veſtitu decenti per annum refovendis ab eodem ſunt deſignati, ut præ aliis *S*ilvagius teſtatum reliquit (b) verſus exſcribens, qui operis inſtitutionem, ut ea ferebat ætas, enarrant, a Groſſo etiam relatos in ſua *Catana Sacra*. Mos 1124

(a) Maicſ. Panor. lib. 4. cap. 7.

(b) Colloq. Trium Pereg. cap. 44.

hic

Anno Xpi hic etiamnum perſeverat, ut alibi dicendum. Non ergo ab Joanne Acuña Siciliæ Prorege, quod vulgus credit, inſtitutus, ſed longe ante Anſgerii opera ortum habuit; etſi Joannes opus forte aut intermiſſum, aut imminutum inſtaurandum curaverit. De Anſgerio ſumma cum laude, nedum Malaterra, ac noſtri, ſed Maurolycus, Pirrus, Fazellus, aliique meminere. Vixit in Pontificatu annos circiter XXXVI. vel ut aliis arridet, XXXIII.

XXV. Mauritium Anſgerii Succeſſorem à Monachis unanimi conſenſu deſignatum Patria Catanenſem, ac ſanctæ Agathæ Cœnobitam Scriptores gentici produnt. Hic cum Ugone Syracuſano Pontifice Templum S. Mariæ Vallis Joſaphat in opido Paternionis primo Sacerdotii ſui anno, ex more Eccleſiæ, ſacro linivit oleo, Henrici Policaſtri Comitis, ac *Pagani* Monachi
1124. precibus, ut ait in diplomate, victus; Ejuſdemque donationem Monaſterio Vallis Joſaphat in Hieruſalem dudum ab Anſgerio factam firmavit; ipſum in Paræciam erexit, *Cœmeterium*, *Confeſſionem*, *Baptiſma*, *Chriſma*, *& Oleum ſanctum habere libere*, *& ſine aliqua ſervitute*, ut olim Anſgerius indulſerat, de ſuorum conſenſu Monachorum, conceſſit. Exhibet Inſtrumentum e Tabulario Sancti Nicolai de Arena erutum, cui id Templum hodie adnexum, laudatus de Groſſis. Illud autem Anſgerii anno MLCXIV. ſignatum exſcripſi Ego in Monaſticis Notitiis, ubi de eodem Vallis Joſaphat Cœnobio ex integro hi-
1125. ſtoriam texi. Rogerio ſecundo Mauritius noſter apprimè carus, acceptuſque fuit. Teſtatur id confectum Meſſanæ ejuſdem *Sigillum*, in quo ſe magnum Italiæ, Calabriæ, & Siciliæ Comitem appellat

Digitized by Google

appellat, & fines terrarum in Leontinenſi agro, *Anno Xpi.*
ditioniſque Maſcalenſis terminos, quæ ad Ca- 1126
tanenſe Monaſterium ſpectabat, deſignat, deſcribitque menſe Decembri Indictione jv. Anno Mundi 6634. qui eſt ęræ vulgaris MCXXV. (*) Per idem tempus Georgius Razius, de Antiochia nuncupatus, ſummus Siciliæ Talaſſiarcha vulgo *Amiras*, ac Rogerii Bajulus Catanæ *Strategum* agebat. Hinc colligas ſupremos Urbis noſtræ magiſtratus a Principe etiam olim deſignatos, quamvis Pontificis juri ex Rogerii donatione illa ſubderetur.

XXVI. Sæculi hujus ſextus atque viceſimus annus fauſtiſſimus Catanæ evenit ob celebrem exuviarum dulciſſimæ Civis noſtrę Agathæ e regia Conſtantinopolis urbe translationem Goſelmi, & Giliberti Equitum opera, ejuſdem Virginis, & Martyris juſſu, non ſine ingenti prodigio factam. Illam Mauritius Epiſcopus accuratiſſime deſcripſit hiſce omnino verbis: „ Mauritius &c. Gaudium, quod in præſenti nobis „ evenit tempore, vobis celare nolentes, his „ literis pateſacimus, quatenus una nobiſcum corda veſtra lætentur: Igitur ſciat dilectio veſtra, Fratres chariſſimi, Corpus Beatiſſimæ „ Virginis, & Martyris Agathæ ad proprios „ deductum eſſe Alumnos. Unde &c. Anno „ Incarnationis MCXXVI. Indictione jv. Apoſtolicæ ſedi præſidente poſt Calliſtum Honorio, „ duo quidam Latini apud urbem Conſtantinopolim manſitabant, quorum unus Gislibertus, „ alter vero Goſelinus vocabatur, prior quidem „ genere Gallus, ſequens verò Calabricus; cui vide-

(*) Pirrus, & Groſſus ſequenti anno diploma hoc conſignăt, ſed menſis December Indictionis IV. in MCXXV. annum incidit.

Ann. Xpi.
1126. „ videlicet Giſliberto, qui in aula Regis mi-
„ litari fungebatur officio, ſicut ipſe præſen-
„ tibus nobis aſſeruit, per noctumam viſio-
„ nem ſe beatiſſima Virgo, & Martyr Aga-
„ tha ſemel, & iterum, atque tertio repræſen-
„ tans, præcepit, ut ſe ab Eccleſia, in qua ja-
„ cebat, latenter ablatam, ubi pro Chriſto fue-
„ rat coronata martyrio, reportaret. Quæ viſio
„ quoniam nonnullis videtur incredibilis, a no-
„ bis non debuit humanæ rationis libramine di-
„ ſcuti, ſed Dei cuncta ſcientis judicio reſerva-
„ ri. Hæc tamen veraciter affirmare poſſumus,
„ quia niſi Deus voluiſſet, ad nos Virgo Bea-
„ tiſſima non rediiſſet. Giſlibertus ergo ſolus
„ tam magnos auſus inchoare formidans, ſocium
„ ſibi fide conſtrictum Goſelinum accerſens, qui-
„ eto tempore noctis, una cum illo, ſcala ſup-
„ poſita, in qua jacebat corpus Virginis, Ec-
„ cleſiam introivit, illudque reperientes furto
„ laudabili rapuerunt, et in cophino roſis odo-
„ riferis hinc indeque referto venerabiliter col-
„ locarunt. Protinusque ad domum Goſelini,
„ cum theſauro ſibi divinitus attributo greſſu
„ concito repedantes, Caput Virginis veneran-
„ dum in duabus Scutellis, quanta potuerunt
„ honorificentia, condiderunt; artus vero reli-
„ quos, ne quovis indicio poſſent detegi, in dua-
„ bus pharetris, quas vulgo turchaſias nominant,
„ attulerunt.

„ XXVII. Interea tantæ rei ſtatim circum-
„ quaque fama diſcurrens populari motu ad au-
„ res uſque Principis pervolavit dicens; eveniſ-
„ ſe ſibi & in ipſius imperio triſte præſagium,
„ Agathæ ſcilicet corpus amiſſum. Nec moram
„ patitur; miſſis ubique curſoribus per totam Ci-
„ vitatem perque vicini maris littora regia pro-

„ponuntur edicta, ne quis ab urbe non interro- *Ann. Xpi. 1126*
„ gatus abscederet. Sed quid valet humana
„ cuſtodia contra Divinæ diſpoſitionis induſtriã?
„ Non eſt, ait Sapientiſſimus Salomon, ſapientia,
„ non conſilium contra Dominum. Nam præ-
„ dicti viri nullo ſe moleſtante, vel iſtius facti
„ ab eis ſciſcitante negotiũ, ab Urbe regia Domino
„ protegente, progreſſi, portum maris adeunt,
„ ibique conſcenſa navi, vento proſequente ſe-
„ cundo, veloci remigio Smyrnam uſque per-
„ veniunt; Quo in loco diebus quatuor com-
„ manentes, & Turchaſias, ubi Sanctas occul-
„ taverant reliquias, aptius componere diſponen-
„ tes, gravi terræmotu ſunt repente perterriti,
„ & repentino terrore turbati. Gislibertus autem
„ Goſelino ſapientior, atque fidentior ſocium ſu-
„ um ne trepidaret, multiplici conſolatione con-
„ fortans, ajebat, divinam illis adeſſe præſen-
„ tiam, nulloque prorſus eventu, ſe debere
„ terreri; aut a cœpto deſiſtere, quos talis tan-
„ tique potentatus domina ſui comitatus præſi-
„ dio roboraret. Extemplo facta dictis æquan-
„ tes ratem inde Corinthum navigare volentes,
„ facta pactione conſcendunt, & maria pacata
„ pro voto ſulcantes ad optatum prædictæ Ci-
„ vitatis portũ, Domino proſperante, perveniunt.
„ Sic nil obfuit terreni Regis vetitum, cui cæ-
„ leſtis Imperatoris virtus obſtabat, nullum po-
„ tens defuit auxilium.

XXVIII. Igitur Corinthum pervenientes, ut
„ diximus, ibidem plus neceſſitate, quam volun-
„ tate quatriduo ſubſtiterunt, optantes inveni-
„ re navigium, quo vehente poſſent in Sici-
„ liam devenire. Sed cum deſiderio deeſſet ef-
„ fectus, poſt diuturni temporis fatigationes no-
„ cturno ſopore depreſſis, ut poſt modum retu-
lit

Ann. Xpi. 1126 „ lit, Giſliberto nominato ſuperius Imago beatiſ-
„ ſimæ Virginis admirandæ venuſtatis, crinibus
„ diſſolutis apparuit, & plurimum de ipſius tar-
„ ditate conqueſta, ut cum ſocio ſe comitante
„ navigaret, admonuit; ſimulque per viſum na-
„ vem oſtendit, quæ jam anchoram levans, cur-
„ ſum dirigere properabat; Qui ſtatim evigilans,
„ indeque nociva moroſitate contempta feſtinās
„ juxta illud: Tolle moras, ſemper nocuit diſ-
„ ferre paratis; pervenit ad portum, unde per
„ omnia ſuæ voluntatis, & diutinæ præoptatio-
„ nis compos effectus, naulica conſuetudine
„ diſtributa, navem ſubiit, nulloque vel ſibi,
„ vel nautis, interventu Virginis, obſtante pe-
„ riculo, una cum Goſelino laboris, & conſilii
„ ſocio Methone littori applicuit.

XXIX. Inde quibuſdam negotiatoribus ſo-
„ ciati feliciter Adriaticum mare tranſmeantes,
„ Altiſſimi volente conſilio, Tarentum ſalvi per-
„ veniunt ad littus, in quo deſcendentes Ci-
„ vitatem adeunt Tarentinam, ibique celebrata
„ miſſa ſuper Virginis glorioſæ reliquias, ac ſum-
„ pto cibo priſtinum redeunt ad littus, ubi clam
„ depoſitis artubus e Pharetris, cauſa melioris
„ repoſitionis, factum eſt Divino miraculo, quod
„ reponentes glorioſas reliquias Virginis, creden-
„ tes ipſam jam repoſuiſſe, extra dimiſerunt
„ mamillam, ubi fons quidam aderat, ad quem
„ femina vidua fama laudabilis, morum ho-
„ neſtate venuſta, cauſa alluendi pannos cum
„ quadam filia ſua parvula, quam adhuc lacte
„ nutriebat, advenit. Quæ lotis pannis ſomno
„ ſoporata fortiter obdormivit. Puella autem na-
„ turali inſtinctu appetens refocillari, materna
„ quærebat ubera, ut lac ſugeret, ut conſue-
„ verat, eundoque manibus, pedibuſque hinc
inde

„ inde diſcurrens, ad glorioſam Mamillam mira- *Anno Xpi. 1126.*
„ culo divino pervenit, quam in ore ponens,
„ illam ſugere cœpit, a qua lac miræ dulcedinis
„ emanabat. Igitur puella cum maxima dele-
„ ctatione ſugente, apparuit Matri Virgo glo-
„ rioſa, dicens: Surge, & vade, quia filia tua
„ meam tenet in ore mamillam.

XXX. Quæ conſurgens, venit ad filiam,
„ viditque illam, Mamillam, ſicut in ſomnis
„ viderat, in ore tenentem. Ea ibi relicta, ad
„ Civitatis Epiſcopum feſtinanter cucurrit, &
„ per ordinem omnia explicavit. Quo comper-
„ to, ab eodem convocato univerſæ Civitatis
„ clero, & populo in unum coadunato, vene-
„ runt proceſſionaliter ad locum, ubi jam pu-
„ ella relicta fuerat. Omnes inſimul advenerunt
„ Mamillam volentes extorquere prædictam ab
„ ore puellę, ſed nec blanditiis, nec vi valuerunt.
„ Tunc præcepit Epiſcopus, quod omnes Sa-
„ cerdotes confiterentur cum devotione, &
„ reverentia, & quilibet per ſe deberet acce-
„ dere ad puellam, forte inter eos eſſet aliquis
„ fama, & vita laudabilis, cui prædicta mamil-
„ la divinitus condonetur. Quo etiam peracto
„ prædictam mamillam nec ſic aliquo pacto
„ habere potuerunt; Tunc Sacerdos quidam bo-
„ næ vitæ, morumque honeſtate compoſitus,
„ dicit Epiſcopo: fiat proceſſio in Eccleſiam S.
„ Cataldi. Tunc præcipiente Epiſcopo facta eſt
„ dicta proceſſio. Dum cantarent Litanias, &
„ devenirent ad B. Virginem Agatham cantā-
„ tes: S. Agatha ora pro nobis, Puella, quam
„ Sacerdos lateri geſtabat in ulnis, mamillam in
„ ipſius Sacerdotis ſinum ab ore projecit, videnſq:
„ ipſam Sacerdos, eam Epiſcopo reverēter con-
„ ſignavit; & ſic perceperunt illam fuiſſe ma-

millam

Digitized by Google

Anno Xpi 1126 ,, millam glorioſæ Virginis Agathæ. Tunc Sacerdos ille concedente Epiſcopo de domo ſua Eccleſiam in honorem Virginis Agathæ conſtrui fecit, ibique ſerviens ſub habitu monachali Sanctiſſimè ſuam vitam finivit. Hæc nãque narravimus, ut immenſa miracula, quibus ſumma Clementia ſuam Virginem honoravit, liquerent. Ad Hiſtoriæ igitur ſeriem redeamus. Repoſitis itaque artubus in pharetris, abinde dicti Gislibertus, & Goſelinus navigio recedentes, brevi pervenerunt in Siciliam.

XXXII. ,, Sed priuſquam cætera proſequamur, de ſitu loci quædam majorum relatione dicamus. Sicilia a Siculo Herculis filio nuncupata, una provinciarum Italiæ fore perſcribitur, a qua parvi admodum freti, ſed periculoſo ſejuncta diſſidio, tribus promontoriis dextera lævaque protenditur, Peloro, Pachyno, & Lilybeo; fretum illud, quod ab Italia diſſeparatur, ut diximus, Charybdim, & Scyllam habet, quæ fabuloſè dicitur ſuccinta canibus, & navigantium delatrare naufragia. Huic adjacet Meſſana Civitas inſignis, ædificiis & rebus opulentiſſima, quæ locorum dignitate merito totius Provinciæ caput extat. Ad hanc prædicti Viri Reliquiarum beatiſſimæ Virginis Agathæ portitores, navigatione peracta, venerunt, & in ea jam ſecuri manentes, pauſaverunt per triduum. Gislibertus autem, quod mente captabat, implere deſiderans, ſalubri percepto conſilio, Meſſanæ ſocium, nihil de ejus legalitate diffidens, cum corpore Deo dicatæ Virginis in quadam domo reliquit, & ad Cathaniam propere veniebat.

XXXIII. „ Ego autem Mauritius, qui e- *Anno Xpi 1126*
„ juſdem urbis pontificatu fungor immeritus,
„ tunc temporis in quodam Caſtro Eccleſiæ
„ noſtræ, quod Jacium dicitur, commanebam;
„ cum vir illuc adveniens, ad me ſe velle ſe-
„ cretum loqui profeſſus eſt; præmiſſoque ſa-
„ lutationis alloquio, remotis omnibus, ſolus
„ cum ſolo locutus, poſtquam perpendit me
„ toto niſu, totoque mentis affectu Beatiſſimi
„ Corporis affectare reliquias, & illius Evan-
„ gelici negotiatoris exemplo, qui pretioſam
„ margaritam inveniens, eam venditis omnibus
„ comparavit, omnia mihi commiſſa pro loco,
„ & tempore, pro tanto theſauro dare paratiſſi-
„ mo ſeriatim geſta detexit; Et, ut ſecum duos
„ de fratribus noſtris ad ſanctarum Reliquiarum
„ ſubvectionem mandare ſtuderem, devotus
„ expetiit. Ratus igitur non incongruum fore,
„ quod dixerat, duos Monachos reverendiſſimos
„ Holdomanum, & Lucam, quos tanti nego-
„ tii fideliter exequendi cenſebam idoneos, cum
„ eo Meſſanam deſtinavi quantocius, ut tan-
„ tum theſaurum nobis Divina largitate dona-
„ tum honore condebito deportaretur. Qui juſſa
„ non ſegniter adimplentes, ſub omni celeritate
„ corpus detulere ſanctiſſimum, quod Ego læ-
„ tabundus aſpectu præ omnibus, qui mecum
„ aderant, ſolotenus advolutus, Deum ſupplici-
„ ter adoravi. Deinde de turchaſiis reliquias
„ reverenter extraxi, & ſtatim mira odoris ſu-
„ avitas emanavit, ut juxta illud Evangelicum
„ tota domus nectare gratiſſimo repleretur. Qui-
„ bus in nova caſſa tantæ rei condigna dili-
„ genti cura in eodem caſtro repoſitis, lætus Ca-
„ thaniam properavi, & cunctis fratribus in u-

num

Digitized by Google

Anno Xpi 1126 „ num aſtitis, quod geſtum fuerat intimavi. Qui „ Deum totius bonitatis auctorem collaudantes, „ mecum communi decrevere ſtatuto, eidem „ Dominæ noſtræ humiliter, & lætanter oc„ currere, & in Urbem, ubi palmam martyrii „ ſimul, & Virginitatis, hoſte ſuperato, pro„ meruit, cum hymnis, & laudibus illam de„ portare.

XXXIV. „ Die igitur conſtituta, videlicet „ xvj. Kalend. Septembris eam quidam fratres „ noſtri e Caſtro, quod diximus, honorificè de„ tulerunt. Nos vero illi occurrimus, humilita„ tis indicium ſolemni gaudio ſalubriter admi„ ſcentes nudis pedibus, & in albis veſtibus „ procedentes. Ad hoc vero inſolitum, & pror„ ſus inſigne ſpectaculum magna ſexus utriuſq; „ diverſæ conditionis, & ætatis, & fidei facta „ eſt converſio populorum, ita ut nos eundo, „ & redeundo præpedirent, & ſe conſtipatione „ ſui quamplurimum anguſtarent. Ubi quædam „ res accidit omnino relatu digniſſima, & ad „ laudem Beatiſſimæ Virginis prædicanda: a „ prædicto Caſtro uſque Cathaniam trigintaocto „ ſtadiorum ſaxoſi itineris ſpatio, duo pueruli ce„ reos accenſos ante ſancti Corporis portavere „ reliquias, qui neque ventorum flatu, neque „ puerulis, ut aſſolet, inſolentia levitatis lumen „ amiſere; ſed ſemper clariſſimum ſervavere. „ Tali igitur dignitate, tantoque triumpho ad „ ſuæ Civitatis, quam ſibi Dominus omnipotens „ perpetuo privilegii jure contulit, voluit re„ meare Baſilicam, ubi, quo decuit loco, po„ ſita miraculis ingentibus, quantæ ſit apud „ Chriſtum virtutis & gloriæ circumquaque „ demonſtrat.

Digitized by Google

XXXV. „ Eadem autem die jam ad veſperum inclinata, quædam juvencula, ut ferebatur, a nativitate cæca, manu ſimul & pede debilitata, ante ſanctum corpus medelam quæſitura fideliter adoravit, quæ Nobis, & multis aliis ſpectantibus, viſum recepit, & utriuſque membri ſoſpitatem Virginis interventu promeruit. Alia quoque mulier genere Coſentina a multo jam tempore crudeli dęmonio vexabatur; quæ ante beatum corpus adveniens, quam immani hoſpite ſuum teneretur hoſpitium, ſibilis, & ejulatibus teſtabatur. Adfuit & huic Virgo dilectiſſima, quæ & Dęmonium effugavit, & illam priſtinæ ſanitati reſtituit, quam dum circumſtantes ſanam ſibique ſignum vivificæ Crucis memoriter imprimentem adverterent, itemque Deo laudũ modulamina reſonarent, Fratres cubilibus quieſcentes, vocum ſonoritate protinus excitati ſurrexerunt, & populo ſociati, Te Deum laudamus, ſignis concrepantibus, cantare cœperunt. Adhuc autem iſtius miraculi per ora cantantium concrepante tripudio, quædam rebus pauperrima, fide ditiſſima ſuum filium a nativitate mutum Agathæ Virg. Beatiſſimæ fletibus præſentavit, & precibus; Cum B. Virgo loquendi novum officium hactenus inuſitatum contulit, & matrem a diuturno luctu, de filii ſanitate lętificans, ſedavit. His viſis magis, ac magis clamor attollitur populorum Deum laudantium, ejuſque nomen benedicentium. " Non tamen Virgo Sacratiſſima a pietate cœpta ceſſavit; nam quędam puella lumine privata quinquennio, clamare cœpit: Gratias ago Deo, quoniam luminibus orbata fui, Anno Xpi 1126

&

Anno Xpi 1126 „ & modò clariſſimè video. Patrato igitur tot
„ & talium miraculorum inſigni præconio Fratres
„ Matutinorum vigilias conſuetudinaliter cele-
„ brarunt & ſic cum ingenti gaudio ad ſua ſtra-
„ ta reverſi ſunt.

XXXVI. Proſequitur Mauritius enarrare, quæ ejuſdem Virginis interventu patrata deinceps fuere prodigia, ut depulſi cujuſque generis morbi, fugati dæmones, improborum depreſſa audacia, ut denique per inſulam univerſam horum omnium fama vulgata, cultuſque Martyris Beatiſſimæ adauctus. Mauritii porrò irrefragabilis authoritas Andreæ Danduli commentum falſitatis apertiſſimè arguit. Tradit enim (*a*) Henricum Dandalum Venetorum Ducem capta Conſtantinopoli anno MCCIV. Corpora ſanctarum Luciæ, & Agathæ reperiſſe, atque illud ſanctæ Luciæ Venetias deſtinaſſe, Beatæ Agathæ verò quibusdam Siculis peregrinis conceſſiſſe, quos Franciſcus Sanſovinus milites appellat voluntarios; At plane deceptos Dandolum, & Sanſovinum, qui ex Dandalo excerpſit, nedum Mauritii Synchroni, ac ſinceriſſimi Scriptoris Epiſtola arguit, ſed antiquiſſima etiam Siculæ Eccleſiæ traditio, quæ & translationis ordinem, rationemque, ac tempus præterea longe diverſum deſignat. Labitur quoque Petrus de Natalibus (*b*) qui de Agathæ in Patriam reditu ſcribens, hæc non ſine ingenti veritatis diſpendio vulgavit: *Poſt hæc anno Domini* 1040. *dum Veneti cum Siculis Conſtantinopolim cepiſſent, Corpora duarum Virginum Agathæ, & Luciæ conferentes condixerunt ad invicem, ut S. Agathæ Siculi rehaberent, & corpus ſanctæ Luciæ Veneti ferrent ſecum; quod & factum eſt.*

(a) *Hiſt. Veneto. Princip.*

(b) *Catal. SS. lib. 2. cap. 99.*

Digitized by Google

Anno Xpi. 1126.

Errat denique Janſonius, qui caput S. Agathæ Conſtantinopoli anno MCXCII. Venetias translatum refert (a) *Nam caput ibi eſt Virginis Luciæ*, inquit Pirrus, *non Agathæ, quod Catanæ honorificentiſſimè nunc colitur*. Hæc ſole clariora.

(a) De rebus Venetis apud Pir.

XXXVII. Illud negotium faceſſit: Sacram Agathæ Mamillam, quam prope Tarentinam Urbem noſter Mauritius dimiſſam teſtatur, apud Callipolim præcipuam Tarentini ſinus Urbem relictam contendere Carolum de Monacha, qui & pervetuſtam apud Callipolitanos a majoribus ad poſteros deductam traditionem refert, præcipuumque penes eoſdem Agathæ cultum, ac venerationem teſtem adducit. Cathedralem ad hæc Baſilicam eidem Virgini, ac Martyri Callipoli ſacram, tum ædiculam quamdam intra ejus Urbis fines Agathæ nomini addictam, quam e privata pii Sacerdotis domo in Eccleſiam ceſſiſſe conjectat; loci inſuper opportunam navibus ſtationem; E Græcia quippe in Siciliam ſolventibus prior occurrit Callipolis, inde ad LX. circiter millia longius diſtans Tarentum. Altum denique profert inter Tarentinos hac de re ſilentium, Agathæ quippe nomen apud illos omnino ignotum, nec tamen actæ rei ſeries adeo ignobilis erat, ut potuerit inter obliterata neſciri. Facile ergo fuit in hiſtoriam pro Tarentini ſinus Urbe Tarentum irrepſiſſe, ut Groſſus advertit. Hodie Sacra Agathæ Mamilla in oppido S. Petri Calatini ad duodecim circiter paſſ. millia a Callipoli in Monaſterio S. Catharinæ a Fratribus Minoribus religioſiſſimè cuſtoditur. Adeundus idem Groſſus, qui fuſiori calamo in Mauritii Vita, quo pacto eidem Cœnobio ſacrum ceſſerit pignus, enarrat, ac in Opuſculo *de Appulſu*

Digitized by Google

Anno Xpi. 1126. *ſu Reliquiarum S. Agathæ* idipſum exactiſſimè refert, nonnullaque etiam ad rem ſcitu digna congerit.

XXXVIII. Per hæc ipſa tempora Raynaldum de Aquila, ſive Avenellum, cui Rogerius II. Adelaſiam Sororis filiam præ ceteris dilectam cum Adrani, Calatanixectæ, Colliſani, aliorumque Comitatuum dote nuptui tradiderat, Catanæ florenti ætate pridiè Kal. Decembres e vivis ſublatum, atque in æde maxima S. Agathæ conditum Siculi perhibent Annales. Illius ſepulchrale Elogium ſæculo xv. in eodem templo inventum Gualtherius in Tabulis Siculis exſcripſit. Catanæ etiam tunc egiſſe Henricum Policaſtri Comitem ex Mauritii Epiſtola colligit Cajetanus; (*a*) meminit enim ille cujuſdam Viri Principis, divitiis, ac ſumma nobilitate conſpicui, qui a B. Agatha noctu admonitus, ut ad illius ſacrū corpus venerandum Catanam properaret, eò veniens Monachos, quos antea averſabatur, Numinis beneficio de repente mutatus, fovit, eiſq; addictiſſimus evaſit. Sedenim Henricus hic Mãfredi Marchionis filius, ac jure Uxoris Flandrinæ, Rogerio, & Eremburga progenitæ, Paternionis dominus, ejuſdem denique Rogerii ſororius, a religione, & pietate commendatus Monachis, ipſique Mauritio acceptus fuiſſe, videtur. (*)

(*a*) *In Animadverſ. ad Epiſ. Maur. tom. p. SS. Sic.*

XXXIX. Denique eos inter, qui religionis ergò Catanam convenere, S. Silveſter Troinẽſis Abbas ordinis S. Baſilii recenſetur, cujus etiam Mauritius in laudata Epiſtola, ſuppreſſo nomine

(*) Henrici hujus precibus Mauritius Eccleſiam S. Mariæ Vallis Joſaphat Paternionis conſecravit. Idem Monachos præfatæ Eccleſiæ, variis bonis, muneribuſque attributis, demeruerat.

Digitized by Google

mine, ingerit mentionem: Jamvero miraculorũ ſeriem, quibus tunc conteſtata SS. Virginis merita Numen optimum voluit, Blandinus Monachus proſecutus, rem aliis minime memoratam hiſce prorſus verbis enarrat. *Revoluto anno paucos ante dies ſuſceptionis glorioſæ Virginis, ſupervenientes ab Hiſpaniis Piratæ Siciliam inſulam vexaverunt; patratis vero quamplurimis malis Catanam a gentilibus fraude capiendam adeunt. Sed fraus meritis SS. Agathæ Chriſtianis nõ incognita manſit; & quamvis tantæ multitudini minimè poſſent reſiſtere, oſtendunt ſe tamen promptos ad pugnandum. Quibus viſis gens Deo odibilis timore Divino perterrita longius receſſit. Eadẽ autem die cum Syracuſanis certamen ineunt, Urbem capiunt, alios trucidant, alios necant, & alios ſecum ducunt, nihil præter mœnia, quæ ſecũ ferre non poterant, relinquentes. Quod vero ita Catanam præteriere, illius adſcribitur gloriæ, quæ propriæ liberatio eſt Patriæ.* De hac Saracenorum per Siciliam excurſione ſub Rogerio II. nulla, ut innui, apud Hiſtoricos mentio; Blãdino hinc Monacho Synchrono authori eam debemus notitiam, quam Cajetanus in Animadverſionibus (a) compluribus firmare monumentis nititur. Piratarum quippe nomine Arabes, ſeu Saracenos intelligendos obſervat, *multa enim,* ait, *ea tempeſtate loca, urbeſque Hiſpaniarum a Saracenis, Mauriſque tenebantur. Catanam illi adivere a gentilibus fraude capiendam nimirum Saracenorum proditione, qui tunc Catanæ erant; Nam gentiles ejuſdem gentis, & nominis Saracenos Scriptor intelligit ... Quamquam vero Rogerius Comes Saracenos in Sicilia debellarat, eo tamẽ ævo ingens eorum numerus cum in agris colendis,* tum

Anno Xpi. 1127.

(a) Tom. p. 55. Sic.

Anno Xpi *tum in urbibus ſervitutem ſerviebat*. De Syracu-
1127. ſano vero excidio loquens ſubdit. *Dies, qui hac Syracuſarum cæde inſignitus eſt, fuit* XI. *Kal. Auguſti*. *Vetus Martyrologium manu exaratum Eccleſiæ Syracuſanæ ad* XI *kal. Auguſti*: *Ipſa die gladius Saracenorum Syracuſanam urbem perculit, in qua multi gladio ſunt mancipati, & quamplures captivitate, & exilio relegati. Poſt idem Martyrologium: Anno . . . . Indict.* V. XI. *Kalend. Auguſti capta eſt eadem Civitas a . . . Pirata Regis Mauritaniæ. Cætera corrupta erant, nec legi poterant*; *Indictio autem* V. *incidit in Annum Xpi* MCXXVII. *quo cladem Syracuſanam Blandinus Monachus factam memorat*.

1129. XL. Anno MCXXIX. Mauritius inter alios Siciliæ, Apuliæ, & Calabriæ Pontifices ſollemni coronationi Rogerii II. Panormi adfuit. Anno
1131. MCXXXI. Monaſterio S. Salvatoris Baſilienſis Ordinis, vulgo *de Lingua Phari*, Os inſigne ſanctæ Agathæ Virginis dono dedit, atque ab illis viciſſim Monachis die XX. Januarii integrum pene S. Georgii Martyris Brachium accepit. Non
1134. diu poſt Adelaſia Raynaldi, cujus ſupra meminimus, Vidua erga Catanenſem Baſilicam piè affecta, bona quamplurima in Adranenſi Comitatu liberaliter illi attribuit, ſignatis menſe Aprili, MCXXXIV. Indic. XII. una cum Adam, ac Methilde filiis, literis. Quoniam vero hujus Adelaſiæ mentio huc incidit, non abs re erit ejusdem expendere originem, quæ varia a variis refertur. Siculi enim Methildis, & Ranulphi Machabæi Montis Caveoſi Comitis Filiam dicunt, Methildem vero Rogerio I. magno Siciliæ Comite & Eremburga progenitam. Ipſamet Adelaſia Radulphi Machabæi Mōtis Caveoſi Filiam ſeſe ap-

Anno Xpi 1134.

pellat (*a*) Radulphi hujus uxorem Alexander Celeſinus Abbas, Synchronus author Methildem facit, ejuſdemque precibus ſuam adornaſſe Hiſtoriam fatetur (*b*) Id etiam firmat Falco Beneventanus illius ævi ſcriptor. (*c*) Quos Gentici omnes ſequuntur. At in Ughellio de Pontificibus Acheruntinis (*d*) duo legimus diplomata in quorum altero ſub dat: MXC. Raul *Inclitus Senior Montis Scabeoſi* ſubſcribit: *Signum manus Raul Domini montis Scabeoſi*: Et mox: *Signum manus Dominæ Emonæ Comitiſſæ Filiæ Rogerii Comitis Calabriæ, & Siciliæ*. In alio, quod anno MCV. ſignatum dicitur, hæc lego: *Signum manus Radulphi Machabæi Senioris Civitatis* Severinæ. *Signum Dominæ Emonę Comitiſſæ Filiæ Rogerii Comitis Calabriæ, & Siciliæ*. Demum in Regio Willelmi II. diplomate in quo bona omnia Monaſterii Vallis Joſaphat in Jeruſalem deſcribuntur, Emmæ Comitiſſæ magni, & incliti Comitis Rogerii Siculi filiæ fit mentio, quæ & Radulphi Machabæi uxor vocatur. Hinc notat Pirrus (*e*) *De hac Emma, quam filiam noſtri Comitis Rogerii hìc habemus, nulla eſt apud noſtros notitia, niſi forte eſſet illa Enena* Soror *Judith primæ* Uxoris *noſtri Comitis nupta cuidam Comiti Apulię, vel illa etiam dicta Methildis filia ejuſdem, Uxor Comitis Raulphi Maniacii ſive Machabæi*. Et non incongruam ſanè Hiſtorici conjecturam putaverim, eamdem ſcilicet eſſe Emonam, ſeu Emmam, & Methildem, quamvis, ut verum fatear nulla inter utrumque nomen affinitas; Rem nihilominus aliorum ſaniori judicio relinquo.

XXII. Biennio poſt aliquot Catanenſis Cœnobii Monachi ſolitudinis amore flagrantes, duce Joanne quodam Amalphitano, qui cum Anſgerio, *1136.*

(*a*) *In diplom. Fundat.s.Mariæ Roboris Groſſ.*

(*b*) *Præf.ad Hiſt. Roger.Regiſ.*

(*c*) *Ad Ann. 1132.*

(*d*) *Italia ſac. t.4.*

(*e*) *Lib.4.par.2. not.3.*

Anno Xpi. 1136. rio, e S. Euphemiæ celebri Monaſterio Catanam venerat, ut Deo liberius inſervirent, in Eremum quamdam ad radices Montis Ætnæ prope Pannachii collem conceſſere. Quod, quum Henrico Policaſtri Comiti, ſæpius laudato innotuiſſet, hic S. Leonis Eccleſiam de Pannachio dictam eisdem incolendam tradidit, ac Cœnobium larga munificentia extructum quampluribus privilegiis doniſque auxit, amplo ſcripto diplomate, quod integrum in Monaſticis Notitiis invenies. Nomen porro S. Leonis non abs re Templo inditum; eo quippe in loco ædem fuiſſe tradunt, ubi S. Leo Catanenſis Epiſcopus ſibi, ac ſoli Deo vacare longe ab Urbe diſcedens, ſtatis temporibus conſuevit. Ingens Annonæ caritas circa hæc tẽ-
1140. pora Siciliæ Inſulam vexabat, Blandino Monacho authore. Ejus autem ex Siculis ſcriptoribus, quod ſciam, meminit nemo. Ante quadrageſimum primum hujus Sæculi annum, diem obiiſſe Mauritium, hinc colligo, quod de eo veluti jam defuncto Blandinus loquatur, qui ſuam hoc ipſo anno claudit enarrationem. Silveſtri Marſici Comitis, ac Raguſiæ Domini diploma VII. Idus Martii anno MCXLI. etiam ſcriptum, quo Prioris Eccleſiæ noſtræ, ac Raynaldi Monachi nepotis ſui precibus nonnulla Catanenſi Cœnobio ille aſſignat bona, *Electi* aliunde meminit, quo nomine Mauritii Succeſſor deſignatur. Non ergo, ut ait Groſſus, undeviceſimus Paſtoralis muneris annus, Chriſti MCXLIII. extremus Mauritio fuit. Eumdem Pontificem S. Catharinæ templũ vetuſtiſſimo Marcelli arcui ſuperſtructum conſecraſſe docet Inſcriptio: XV. *kal. Septembris: Dedicatio bujus Sanctæ Eccleſiæ in honorem S. Catharinæ Mauritii Epiſcopi*. Quem jure merito a

rebus

rebus præclarè geſtis laudant *Silvagius*, Pirrus *Anno Xpi. 1141.*
(a) *Bibliot. Sicul. tom. 2.* & Groſſus apud Mongitorem (a)

XLIII. Ivenus poſt Mauritium datur Catanenſibus Pontifex, quem falsò Petrum Martianus de Turribus, & Joannem, ſeu Julianum malè appellat Pirrus, Ivenum quippe clariſſimè Blandinus Monachus dicit. An conſecrationis munus acceperit, incertum; quandoquidem in diplomate anno MCXLV. Panormi ſignato, quo jura aliquot ſuæ Eccleſiæ Regiis Capellanis conceſſit, *ac de more curiæ ante conſpectumglorioſiſſimi Regis Rogerii pro agendis Catanenſis Eccleſiæ negotiis cum ſuis Monachis ſeſe* teſtatur præſentem, *Catanenſis Electus*, & ab ipſo etiam Blandino *Electus* nuncupatur: *Tempore quo Ivenus Electus Monaſterio Catanenſi præerat*. Dubitandi anſam præbet, quod, Pirro teſte (*b*) *per hæc tempora cujuſdam Freani Electi Catanenſis meminerint tabulæ e Cancellaria erutæ Romæ ab Archiepiſcopo Monregalenſi Torres*. Niſi enim Freanus idem ſit ac Ivenus, ut facile conjecto, inferre quiſpiam poſſet ab Romano Pontifice denegatã Iveno fuiſſe conſecrationem, ac alium Urbi noſtræ datum Pontificem, Siculo tamen Regi minime acceptum.

(a) *Lib. 3. Not. f.*

CAT.

CAPUT II.

CATANA

SUB NORTMANNIS

AB ANNO MCLIV. AD MCXCIV.

Anno Xpi. 1154 ROgerio Siciliæ Rege anno MCLIV. fato functo Guillelmus ejus filius, ante quadriennium in regni conſortium adſcitus gubernacula ſuſcepit, Iveno autem Catanenſi *Electo* circa
1155. MCLV. Bernardus ſubrogatus, qui & ipſe etiam *Electus* dicitur, Guillelmo Regi gratiſſimus accidit, illius enim opera uſus, pacem cum Adria-
1156. no hujus nominis Quarto Rom. Pontifice iniit, Fœderum conditiones *Sedis Apoſtolicæ* dignitati & commodo aptiſſimas, vocat Baronius (a) Sub eo Pontifice Monachis S. Leonis de Pannachio Simon Policaſtri Comes Henrici filius S. Nicolai de Arena, ſeu de Nemore ædem ejuſque bona, poſt Lethi Cuſtodis mortem attribuit, atque alia inſuper liberaliter impertitus illorum incrementis pie conſuluit, ſcriptis Meſſanæ Literis MCLVI. Ab hac Eccleſia S. Nicolai de Nemore, ſeu Arena nomenclaturam inde inſigne Benedictini Inſtituti Catanenſe Cœnobium ſumpſit, ut proprio loco expendam.

1158. II. Ejuſdem Simonis munificentiæ celebris Monaſterii S. Mariæ de Licodia anno MCLVIII. inſtitutio adſcribenda; etſi alibi in Monaſticis Notitiis anno MCLX. græcis notis deceptus illũ

(a) *Ad Ann.* 1156 *num. p.*

Digitized by Google

aſſignaverim (*) Exemplo enim Monachorum S. Anno Xpi.
Leonis exciti alii quoque S. Agathæ Alumni, 1158.
quorum dux Jeremias, laudatum Simonem adiere, a quo benigne excepti, bonis, juribus, prædiiſque, ac decenti ſatis Monaſterio ad id extructo, ſub titulo S. Mariæ de Licodia in agro Paternionis donati, ſedulum Deo famulatum exhibere cœperunt. Habes Simonis Privilegium e Græco in Latinum translatum in S. Nicolai de Arena Chronico. Simon hic porro Magnus Siciliæ *Comeſtabulus*, rebus bello, ac pace præclarè geſtis illuſtriſſimus, poſtquam in multis Guillelmo Regi ſuam probaſſet operam, Majonis inſidiis appetitus, quum e ſuo Policaſtri Comitatu in Siciliam evocaretur, carceri mancipandus, *felici morte*, ut Falcandus ait, in itinere præreptus occubuit.

III. Per idem tempus Henricus Ariſtippus Cataneſis Archidiaconus & Civis latinis, græcisq: litteris apprimè inſtructus, manſuetiſſimi vir ingenii, ut illum laudatus appellat Falcandus, in regia efflòruit aula. Hunc Guillemus Rex, Majone occiſo, familiarem ſibi delegit, Vicem & *Ammirati* officium illi tradidit, ac magni Cancellarii munere etiam decoratum Regni negotiis adhibuit; ejus deniq: ſuaſu, & de Majonis perfidia edoctus,
Matthæum Bonellum illius interfectorem, ſocios- 1160
que in gratiam recepit, ut ex Hugone Falcando tradit Fazellus (*a*). Jannonius noſtrum Ariſtippum Aſcletinum vocat (*b*) eique Guillelmum Apuliæ præfecturam, atque Beneventanam inva-

dendi

(*a*) Dec. 2. lib. 7. cap. 11.

(*b*) Hiſt. Civ. Neap. lib. 12. tom. 2.

(*) Simonis diploma anno mundi 6651. Indictione VI. notatur; Hæc porro anno MCLVIII. reſpondet; quod minime advertentes noſtri fundationem anno MCLX. conſignarunt.

Digitized by Google

Anno Xpi. 1161. dendi provinciam, commiſiſſe onus, ſcribit. Paruit ille, ſed infelici exitu, Regiis mandatis, exarſitque Adrianus Pontifex contra Guillelmum, quem etiam diris devovit; at hæc antequàm ad ſuprema Regni munia Ariſtippus proveheretur, eveniſſe conſtat; inde enim inter Pontificem Regemq: diſſidia, exorta, quæ antę quadrienniū, ut vidimus, compoſita. Poſt illam porro Procerum in Regem celebrem conſpirationem; ex qua Ariſtippus egrè evaſit, totius Regni ſumma penes Ipſum, Silveſtrumque Marſici Comitem, & Richardum Syracuſanum Electum ſtetit. Quamvis vero ejusdem Regis lateri, cum hic caperetur, Ariſtippus adeſſet, *eum nihilominus*, ſcribit Falcandus, *Rex habens ſuſpectum, latens adhuc odium diſſimulabat, credens eum conjurationis in ſe factæ fuiſſe participem. Sed & idem, capto Rege, quasdam Palatii Puellas in domo ſua per aliquot dies tenuerat, quod maxime Regis adverſus eum indignationem cominoverat.* Erupit tandem hæc, ejusdemque Regis juſſu Henricus noſter, quum in Calabria curiam ſequutus degeret, cuſtodiæ mancipatus, indeque Panormum ductus, non diu poſt in carcere miſere deceſſit, felicioris exitus planè dignus.

IV. Dum interim turbæ per Siciliam a Rogerio Sclavo excitæ cuncta everterent, Catanenſium Regio cum primis crebris incurſionibus depopulata, malorum, & ipſa particeps efficitur, donec inſtructo exercitu Rex, Platiam primo, inde Buterā, quas Rogerius munitas diu contra Regios milites defenderat, funditus, nò lapide ſuper lapidem relicto, deleret. Rebus autem in Sicilia compoſitis, in Apuliam contra rebelles movit, quos brevi domitos, alios in

fugam

fugam egit, alios ad deditionem compulit. Panormum inde reverſus, otio diu indulſit. *Anno Xpi.* 1164

V. Anno MCLXIV. Adelaſia Monialium Cœnobio ſub S. Luciæ titulo in opido Adernionis dudum a ſe extructo bona aliquot legavit, in cujus litteris Bernardi Catanenſis *Electi* mentio habetur; Non ergo ab anno MCLVIII. Joannes Agellus inauguratus eſt Pontifex ob ejuſdem Bernardi deceſſum, ut Groſſo placuit, atque uberius paullopoſt demonſtrandum; Biennio poſt Guillelmus Rex e vivis ſublatus filium 1166
Guillelmum ſub Margarithæ Matris tutela hæredem reliquit. Hæc vero, ut filii animum Regio more excoleret, Petrum Bleſenſem Gallum, virum per id tempus nedum a ſcientia commendatum, ſed vitæ integritate, rerumque agendarum *prudentia* celebrem accerſit. Petro comes adheſit Guillelmus ejus frater S. Benedicti Monachus, gravioribus & ipſe diſciplinis, atque humanis litteris apprime excultus, quem, vacante ob mortem Bernardi Catanienſis Eccleſiæ ſede, unanimi ſuffragio S. Agathæ Monachi Pon- 1167
tificem poſtularunt. Guillelmo Joannes de Agello Matthei Cancellarii fratris authoritate fretus ſeſe oppoſuit, maliſque artibus, curiæ favorem in Sacerdotium intruſus, ut Guillelmus a Margaritha Regina Maniacenſis Cœnobii Abbatia dehinc donaretur, effecit. Rem ex Epiſtola Petri Bleſenſis ad Fratrem eruimus, quæ numero eſt nonageſimaſecunda. Ubi prope finem Matthæi Notarii fratrem Catanenſem Præſulatum Guillelmo fraudolenter ſupplantaſſe, factionemq; adverſus innocentes ſuſcitaſſe ſcribit.

VI. Hæc porro expendens Clariſſ. Michael de Judice Caſinenſis Abbas ait: *Quæ quidem*

ſi

Anno Xpi 1167. *ſi advertiſſent Pirrus, & Groſſi inter Electos pro Catanenſi Eccleſia Guillelmum Bleſensem enumeraſſent, & Joanni Agello forte tot annos Epiſcopatus non dediſſent; dum minime certius comperto anno obitus Bernardi Epiſcopi Anteceſſoris ejus, illi anno* MCLVIII. *Epiſcopatum aſſignant, cujus confirmationem, & pallium nonniſi* MCLXVIII. *obtinuit ab Alexandro III. Indeque inferri poteſt, quod interlabente hoc tempore* XII. *annorum Guillelmus Bleſenſis ob eximiam pietatem, & doctrinam anno* MCLXVII. *aut antea fuerit poſtulatus Epiſcopus Catanenſis a Monachis illius Cathedralis Canonicis, irritamque factam poſtulationem ob ambitum Joannis Agelli captantis ſibi Epiſcopatus dignitatem favore Regalis curiæ malis artibus extortam, tandemque anno* MCLXVIII. *confirmatam.* Quæ ſanè evidentiſſimè firmantur, ex eo, quod anno MCLVIII. Matthæus Joannis frater Curiæ Notarium agebat, cujus proinde authoritas adhuc tanta non erat, ut ampliſſimæ dignitati capeſſendæ viam illi aperiret. Hinc merito Baronius (*a*) Bleſenſis verba ad Richardum Syracuſanum Electum referens, inferius exponenda, ait: *Merito Joannem non electione* Canonica, *ſed Gieziticā venalitate intraſſe a Bleſenſe in ea Epiſtola perhiberi, utpote a manu laicali Guillelmi II. abſque Pontificis licentia intruſum*. Guillelmus vero nonniſi poſt MCLXVI. quo Rex inunctus, Pontificalibus infulis, Matthæi precibus, Joannem donare ſummùm potuit. Alexandri nihilominus Romani Pontificis benevolentiam adeo ſibi noſter Epiſcopus devinxit, ob Fratris forte promerita, penes quẽ ingens id temporis in Sicilia authoritas, ut propriis illum manibus Pontifex conſecrare, in Ab-

(*a*) *Ad Ann.* 1169

Digitized by Google

batem, & Epiſcopum canonicè inſtituere, Sedi Apoſtolicæ Catanenſem Cathedram immediate ſubjicere, pallium denique liberalitate quammaxima eidem impertiri dignaretur, ampliſſimoque privilegio muniret, quod integrum habes apud Pirrum, & Groſſum. VII. Kal. Auguſti MCLXVIII. Beneventi ſignatum. Tot gratiis auctus Joannes, & ſuos viciſſim ſubditos favoribus, ac privilegiis demeruit, Civesque Catanenſes, ab aliquot veſtigalium oneribus exemit hujusmodi Reſcripto. *Anno Xpi 1168.*

VII. „ Legimus in Eccleſiaſticis Hiſtoriis, quod „ inter cætera, quæ Deus in hujus mundi vora- „ gine conceſſit mortalibus, Eleemosyna dicitur fe- „ rè præcipua imitatione, cui Nos quaſi inhæ- „ rentes mole deliſtorum gravati ad ſalutem du- „ cimur continuam, &c. Hac itaque ratione Ego „ Joannes Dei gratia Cataníenſis Epiſcopus, pa- „ ri voto, & communi conſilio totius venerabilis „ Conventus noſtrorum in Chriſto dilectorum „ fratrum, intuitu pietatis, & miſericordiæ, ſta- „ tuimus, univerſos homines Cataniæ dilectos in „ Chriſto filios noſtros, a ſubſcriptis, & pravis „ conſuetudinibus, quibus plurimùm quōdam gra- „ vabantur, perpetuo alleviandos, tali quidem mo- „ do, ut univerſa, quorum decimam perſolvere „ debent, liceat eis liberè, & abſolutè vende- „ re, & donare, & intra civitatem transferre; „ lignum mobile, & ſtabile libere vendant, & e- „ mant; Charta tamen fiat vicinabiliter, & pro- „ pterea unus anſer ſolvatur de nemore viridi. „ Cados de nemore libere faciant, & aratra; ligna „ ſicca, & ſteriles arbores habeant ad munia ho- „ mines prædictæ civitatis; quidquid, & unde- „ cumque voluerint, & infra civitatem portave- „ rint, libere vendant. Gabella pellium agnorum

caſ-

Anno Xpi 1168. „ caſſetur, & nemini gabella aliqua prava imponatur. Burgenſes Cataniæ ſcaphani fluminis libere tranſeant, & omnes milites denique & peregrini. In molendinis detur tumulus unus frumenti, & mondellus unus farinæ, & tumuli, & mondelli ſint juſti, & mercati de merco Catan. Eccleſiæ. Balthea ſecundum priorem conſuetudinem Presbyteri Græci non dent Canonicis niſi duo, & ſecundum conſuetudinem terræ Domini Regis, & Presbyteris Græcorum gallina una detur vice comitatus carduum. Non ſint in gabella dona, & venditiones Prædeceſſorum noſtrorum, juſtè & rationabiliter factę, ratę & illibatę permaneant. Burgenſibus Eccleſiæ Burgenſes alicubi chartam non deferant. Rotulus carnis & panis juſtè ponderetur; oleum libere emant pro victu ſuo; ligna, & teda portas civitatis liberè tranſeant; ligna propriis domibus faciendis libera ſint; Triticum ad juſtum tumulum Cataniæ detur. Latini, Græci, Judæi, & Saraceni unusquisque juxta ſuam legem judicetur. Nulla equitarum hominum Civitatis in angariam accipiatur. Pro decimis agrorum & fructuum, & ovium non dent tarenos, ſed dę ipſis agnis, & fructibus ovium decimas integras ſolvant ſecundum antiquam conſuetudinem in omnibus Eccleſiis Cataniæ. Quæ contra canonica inſtituta gabellantur, hanc abuſivam, & execrabilem conſuetudinem reſcindimus, & execramus. Ut autem hæc donatio & conceſſio rata ſit, & firma, noſtro Typario ſignari præcepimus, & te Robertum Notarium hoc ſcriptum ſcribere mandavimus Anno Dominicæ Incarnationis 1168. Indic. 2. vige-

„ geſimo die menſis Decembris. Ego Robertus „ Prior ſubſcripſi &c. *Anno Xpi 1168*

VIII. Interim ſuprema poſt Regem authoritate Stephanus Perticenſis Comitis filius genere Gallus, Reginæ conſanguineus, ac Regni Cancellarius ab eadem conſtitutus, Panormitanuſque Pontifex electus ſumma animi moderatione fungebatur; *qui cum neque præmiis, aut cujuſquam gratia*, ut Falcandus ait, *ab æquitate deflecti poſſet*, cunctiſque idcirco populis acceptiſſimus haberetur, apud Curiæ Magnates, potenteſque viros non leviter offenderat, quod libere jam non poſſent in ſibi ſubditos tyrannidem exercere, infenſumque præ cæteris Matthęum Notarium habebat. Quum vero hunc *curſores ſuos cum literis*, Falcandi verba mea facio, *ad Fratrem ſuum Cataniensem Epiſcopum ſepiſſimè præter conſuetudinem mittere compertum eſſet; putabatur ei conſpirationis modum in eiſdem literis aperire, & quid eum facturum vellet in partibus Catanienſium edocere, Volens autem Cancellarius certis hoc experimentis cognoſcere, miſit Robertum Belliſinenſem cum quibuſdam aliis, ut viarum tranſitus obſervaret, & prædictos Curſores, quos ſciebat nuperrimè Cataniam fuiſſe directos, in reditu caperet, eiſque literas, quas deferebant, auferret; Quo vias negligentius obſervante, qui literas ferebat pertranſiit; ſocium autem ejus tardiùs ſubſequentem cepit, & cum ſe niteretur defendere, vulneravit. Ea re comperta Matthęus Notarius, illatam Curſoribus ſuis moleſtè tulit injuriam, ſibi quoque non parum timendum exiſtimans, cum opinionem ſuam apud* Cancellarium *læſam agnoſceret*. Cœpit itaque exinde varias in Stephanum inſidias ſtruere, quumque multorum occul-

Anno Xti 1169 occulta conjuratio in apertam ſeditionem evaſiſſet, ac Panormi primum, Meſſanæ dehinc turbæ ingentes excitæ non niſi exercitu ſedari poſſe viderentur, Regi ab eodem Cancellario perſuaſum, ut congregatis copiis Meſſanam obſeſſum pergeret.

IX. Catanenſibus porro mandatum, *ut nihil omnino victualium Meſſanam deferrent, neque naves Meſſanenſium ibidem onerari permitterent. Omneſque inſuper Cataníenſium naves ad terram ſubducerent, ſingulis earum carinis ſingulas tabulas ſubtrahendo. Quæ res, annonæ comportandæ ſubtracta copia, Meſſanenſibus famis neceſſitatem indixerat, cum nullum aliunde ſuper hoc ſolatium expectarent.* Dilata nihilominus Meſſanenſi obſidione, Mattheus Regios Palatii miniſtros contra Cancellarium accēdit, utque venientem ad Regem vulneribus confoderent, perſuaſit; Quod, ubi ille a Stabuli Magiſtro admonitus, agnovit, domi ſeſe continens, a furenti populo, ſeductiſque pecunia militibus oppugnatus, rem in id diſcriminis deveniſſe advertens, in turrim æris campani fortiſſimam cum aliquot ſociis ſe recepit; pactiſque demum conditionibus, Siciliæ Regno abjurato, in Syriam tranſmeavit, ubi non diu poſt fato ceſſit.

X. Novo ſubeunte anno *quarta die Februarii circa primam horam ejuſdem diei vehemens terræmotus tanta Siciliam concuſſit violentia, ut in Calabria quoque circa Rhegium, oppidaque proxima ſentiretur. Cataníenſium opulentiſſima* Civitas, *uſque adeo ſubverſa eſt, ut ne una quidem domus in Urbe ſuperſtes remanſerit. Viri ac mulieres circiter* xv *millia cum Epiſcopo ejuſdem* Civitatis, *maximaque parte Monachorum ſub ruina*

ſunt ædificiorum oppreſſi … Multa præterea in finibus Catanienſium, *&* Syracuſanorum *Oppida, &* Caſtella *diruta ſunt, multis in locis terra dehiſcens, & novos protulit fontes, & veterum nonnullos obſtruxit; eaque pars Ætnæi cacuminis, quæ Taurominium reſpicit, viſa eſt aliquantulum ſubſediſſe. Syracuſis Arethuſa fons nominatiſſimus de limpido turbulentus effectus, ſaporem ſalſum multa maris admixtione contraxit. Tajus fons quidam aquis uberrimus, qui de pede montis juxta* Caſale Saracenorum *egreditur, quaſi duarum horarum ſpatio manens obſtructus, aquas continuit, magnoque dehinc erumpens impetu, ſanguinei coloris laticem per unius horæ ſpatium exhibuit. Meſſanæ vero mare cum tranquilliſſimum eſſet, in ſe ipſum primo ſe contrahens pauliſper ceſſit a littore, deinde pedetentim rediens præfixas littoris metas tranſiliit, muroſque* Civitatis *alluens ipſis ſe portis infudit*. Hæc Falcandus. Anno Xpi 1169

XI. Ingenti huic terræ concuſſioni ignis Ætnæi eruptionem dediſſe cauſſam produnt alii (a) *Circa id fermè tempus* IV *Februarii ad ejus diei horam primam Ætna mirum in modum ſeviente, totam Siciliam, & Calabriam concuſſit.* Ludovicus Aurelius. (b) *Per idem tempus Ætnæ Siciliæ monte conſueto magis deflagrante, concuſſa eſt Inſula vehementius, Urbes complures proſtratæ, Catania in primis, quæ monti ſubjacet, ita eſt everſa, ut ne una quidem domus ſuperfuerit; Vineta, atque omnis generis arbores, ac ſegetes combuſtæ; Ager undique cineribus, & pumiceo oppletus lapide culturæ ferme eſpers eſt redditus.* Philotheus Catanenſium jactura ex terremotu deſcripta, ſubdit. *Quod niſi velo B. Agatæ, qui ſupererant, ſe tutati eſſent, actum quidem eſſet de illis, furentibus, &*

(a) *Pirrus lib. 3 not. 1.*

(b) *Ex Baron. in Epiſt. lib. 12.*

Ann. Xpi. 1169 *& perſtrepentibus, undique flammis.* Denique Silvagius ex antiquiſſimo Siciliæ Chronico refert (*a*) *Anno Dom.* MCLXIX *die* IV *Februarii Indic. prima propter Ætnæ terremotum cecidiſſe Cataniæ tectum majoris Eccleſiæ, & interfeciſſe* XVI *millia tam Virorum, quam Mulierum, & Abbatem cum Monachis* XL. Et rurſus *Anno ſalutis* MLXIX *die Februarii* IV *Ignibus ex ipſo Ætnæo monte egredientibus, fuit ita horribilis facta terræ concuſſio, & terremotus ingens, ita ut populi multitudine, quæ ad ſollemnitatem D. Agathæ venerat, adhuc in æde ipſius D. Agathæ exiſtente, tectum corruiſſe fertur, & maxima pars illius populi, & Abbas cum* XL *Monachis diem clauſit extremum.* Et circa finem ſequentis capitis carmina ſubdit ætate illa exarata, quæ apud Pirrum, & Groſſum etiam exſcripta leguntur; ſubditque ex Franciſco Petrarcha (*b*) *In Chronica ipſius Civitatis Catanæ habetur, quod tunc gravius ſolito dedit immanes mugitus Ætna, ita quod tecta plurima corruerunt, & mare retrogrediente mirabiliter, & inſolitè, reliqui, qui remanſerant egredientes, cooperuit eos aqua maris, ita quod multa millia hominum interiere.* Ex eodem Silvagio refert Pirrus quorumdam Monachorum nomina, quos Terræmotus oppreſſit. *In quodam ms. apud Catanenſes additur: Cum* XL *Monachis, Vicario, & Eccleſiæ Proviſore Paſchaſio de Auſano, F. Petro de Intrigliolo Theſaurario &c.*

(*a*) Colloq. Triū Peregr. c. 43.

(*b*) De Rom. Pon. & Imper.

XII. Deducta ab antiquis traditione accepimus, confugientibus Civium pleriſque in proximos urbi agros ad Auſtrum, vocem de Cælo eſſe factam: *Salvum te fac in montem*; ad hunc vero paſſibus circiter mille diſſitum quum illi accurrerent, lucem clariſſimam aſpiciunt, ſub qua devotiſſimam Beatæ Virginis imaginem humili

Digitized by Google

loco ſubſtructam inveniunt (*) Itaque ſalutis opinione concepta, læti primo gratias rependũt; quumque jam, ceſſante ejuſdem Virginis Patrocinio terremotus periculo, rerum omnium facies ſubito immutaretur, SS. Dei Genitrici, prout temporum patiebatur anguſtia, templum ſub invocatione *Novæ Lucis* eodem in loco excitãt, magna populi religione deinceps cultum, ubi multis poſt annis inſigne Cœnobium extructum, ut ſuo loco dicemus. Traditionem Pirrus ſuo calculo confirmat, de qua Nos etiam in Monaſtica Siciliæ Hiſtoria. *Anno Xpi. 1169.*

XIII. Non omittenda hic ea, quæ Petrus Bleſenſis aculeato ſane ſcribendi genere de Catanenſi clade memorat in Epiſtola ad Richardum Syracuſanum Pontificem (a). *Scitis quod Ætnæ Mons frequenter ignes ſuos in immenſum circumquaque diffundit, & adhuc per ſpatium dietæ unius undiq; combuſta, & deſolata eſt tota facies regionis. Sevientis flammæ procelloſa vorago omnes incolas aut expulit, aut combuſſit* (*). *In omnem terram, & in fines orbis terræ jam exiit plaga illa, qua nuper in Sicilia percuſſi sũt Catanenſes in Vigilia B. Agathes, cum Epiſcopus ille dũnatiſſimus frater Matthæi Notarii, qui ſicut ſcitis, ſibi ſumpſit honorem non vocatus a Domino tanquam Aaron, & qui ad ſedem illam non electione Canonica, ſed Gieʒitica venalitate intravit, cum inquam abominationis offerret incenſum, intonuit*

(a) *Num. 46.*

(*) Imago hæc fortaſſe a fidelibus ob Saracenorum metum eo in loco abdita, Deo diſponente à noſtris in tanta neceſſitate conſtitutis inventa, extat hodie in Monaſterio S. Nicolai velut pretioſius theſaurus in domeſtico Sacello aſſervata.

(*) Nuſquam legitur Ætnæ incolas igne combuſtos; lenta quippe incendia omnibus evadendi aditum præſtant.

Digitized by Google

Anno Xpi *intonuit de cœlo Dominus, & ecce terræmotus fa-*
1169. *ctus eſt magnus; Angelus enim Domini percutiens Epiſcopum in furore Domini, cum populo, & univerſa Civitate ſubvertit*. Hæc Bleſenſis a Baronio etiam, ut ſupra innui, relatus; cujus inſolens judicium, acceptam cladem in Joannis demerita rejicientis, quam alibi in vindictam ejecti Stephani Cancellarii idem ipſe refundit (*a*) hìc non vacat diſpugnere, adeundus tamen Groſſus. Illud monendum, commune hoc totius Siciliæ infortunium a pleriſque variè conſignari; teſte enim Philotheo, alii anno MCLXXXIII. adſcribunt; Sigonius vero in annum MCLXXVI. rejicit. Quæ ſane diverſitas inde ortum habuit, quod multis etiam in locis per Europam, Aſiamque ſequentibus annis eadem ruina deſæviit.

(*a*) *Epiſt. 92. ad Guillel. fratrē*

XIV. Jamvero ſubrogatum Joannis Epiſcopi loco Robertum anno MCLXX. evincit Re-
1170. ſcriptum inſigni Cœnobio S. Philippi de Argyrio conceſſum, quo *jura omnia ad ſpiritualē ſive Eccleſiaſticum officium ſpectantia, Baptiſterium ſcilicet, Oleum ſanctum, Chriſma, ac Decimas* dudum ab Anſgerio Præceſſore Monachis illis attributa, ſignatis Catanæ litteris menſe Februario Indictione tertia confirmat. Hinc Pirri lapsū notabis, Roberti præfecturam in ſequentem annum rejicientis. Labitur etiam Groſſus, qui ex Maurylico refert anno MCLXXIII. noſtri Pontificis opera inita fuiſſe fœdera inter Guillelmū Regem, & Adrianum IV. Pontificem; hæc enim de Bernardo ipſemet pauloante ex Baronio ad annum MCLVI. prænarraverat. Pallii inſignia
1171. Robertus ab Alexandro III. Rom. Pontificē ſpeciali diplomate *ſub dat. Tuſculani* XIII. *Kal. Septembris* Ind. IV. obtinuit, ac poſt biennium

Eccleſiam S. Nicolai trans flumen Paternionis Sabæ Abbati Ordinis S. Baſilii, ejuſque Monachis attribuit, donationemque ejuſdem a Gaufredo Calatanixectæ, & Sclaphani Comite factam firmavit menſe Majo. Hanc cum ſacra æde S. Nicolai de Lombardis in ipſo Paternionis opido ſita confundit Groſſus. Verum hæc alia omnino dicenda ab illa trans flumen. Hodie nullum extat ejuſdem Templi, ac Cœnobii veſtigium, nec diu perduraſſe ibidem S. Baſilii Monachos ex eo mihi vel maxime perſuaſum, quod altum de illis deinceps ſilentium. Anno Xpi 1174

XV. Mſtum. Michaelis de Platia Chronicon, ſi Pirro credimus, ingenti terræ concuſſione anno MCLXXVI. Catanam denuo affectam refert, 1176. ſed merito eamdem fuiſſe, quam ſupra deſcripſimus, laudatus ſuſpicatur Pirrus; nulla enim de hoc Terræmotu apud exteros, aut noſtros memoria. Sequenti anno ſubſcriptum Catanensē Pontificem Robertum octavo loco tabulis initi 1177. conjugii inter Guillelmum II. Siciliæ Regem, & Joannam Henrici Regis Angliæ filiam lego. Saracenorum denique ædem, quam *Meſchitam* appellant, in templum Deo ſacrum ſub invocatione S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis nuper martyrio affecti, Catanæ commutatam opera Joannis de Meſſana anno MCLXXIX. docet ejuſdem Roberti Privilegium a Groſſo exſcriptum, 1179. qui male cum Judaica Synagoga longo poſt tēpore Catanæ etiam deleta *Meſchitam* confundere videtur. Eodem anno Robertus e vivis abiit, eiq; Leo patria Ravennas ſubrogatus Pallii honorē a Romano Pontifice obtinuit. Per idem porro tempus Guillelmus Rex celebre Montis Regalis Templum, ac Monaſterium a fundamentis

cre-

Anno Xpi. 1179. erexerat, ac Monachos e Cavenſi Cœnobio accitos in eo collocaverat. Poſt Theobaldum Abbatem, Guillelmum Cavenſem etiam Monachum
1183. in Archiepiſcopum ab Romano Pontifice aſſumptum ſubrogavit anno MCLXXXIII. cui *Suffraganeos*, ut vocant, Epiſcopos Syracuſanum, & Catanenſem deſignari ab eodem Summo Eccleſiæ Paſtore exoravit. Prodiit Lucii III. diploma ſcriptum Velletri IV. Nonas Februarias anno
1184. MCLXXXIV. At Leo noſter ſarta tecta Eccleſiæ ſuæ jura poſteris demandare ſatagens, ſubdi novo Archiepiſcopo renuit; hinc Lucii conſtitutio diu effectu caruit. Guillelmo interim olim diſcipulo gratulaturus S. Benincaſa Cavenſis Abbas in Siciliam venit, & Montem Regalem primo appulſus, deducentibus dehinc Monachis Maniacium divertit, mox Catanæ fines inviſit, & Monachorum, qui per diverſa tunc Cœno-
1185. bia Sanctiſſimæ Regulæ inſtitutis propenſiori ſtudio inhærebant, exemplis delectatus, illos ad majora excitavit, deque illorum vitæ ſanctimonia magna concepta opinione, ad ſuos rediit.

1189. XVI. Anno MCLXXXIX. Guillelmum Regem mors immatura ſubſtulit, cujus loco Tancredus Nortmannorum Principum ſanguine, ſed illegitimo thoro, natus, Matthæi de Agello artibus, Regio titulo, ac diademate a Siculis Proceribus Panormi in Templo maximo donatur, at-
1190. que a Rom. Pontifice Clemente III. anno MCXC. confirmatur. Nondiupoſt Richardus Angliæ Rex in Palęſtinam ad Sacrũ bellum contendens Meſſanæ portum tenuit, atque exſcenſione facta, *Jura dotis* Joannæ Sororis, quæ Guillelmo II. nupſerat, debita a Tancredo Rege intempeſtive repetens, quum in ſuſpicionem veniſſet, Urbe excludi-

cluditur. Hinc injuriam ulturus, Meſſanam obſidet, eaque brevi potitur. Rebus compoſitis, Philippo Francorum Rege, qui & ipſe in Syriam trajecturus Meſſanæ hyemare decreverat, rem promovente, *Anno* MCXCI. *primo die Menſis Martii*, Rogerii de Hoveden verba mea facio, (a) *Richardus receſſit a Meſſana, & perrexit inde uſque ad Civitatem Cathanienſium, ubi requieſcit ſacratiſſimum corpus B. Agathæ Virginis, & Martyris ad loquendum cum Tancredo Siciliæ Rege, qui illuc obviam ei venerat. Cum ergo Tancredus audiſſet adventum Regis Angliæ, exivit obviam illi, & cum ſumma reverentia, & honore Regiæ excellentiæ debito ſuſcepit eum, & introduxit in Civitatem. Et ſimul euntibus illis ad tumbam B. Agathæ Martyris, ante ingreſſum templi occurrerunt Clerus laudantes, & benedicētes Dominum, qui eos in tantæ dilectionis fœdere ſociavit. Facta autem oratione ad ſepulchrum B. Agathæ, Rex Angliæ ingreſſus eſt ad palacium Regis Tancredi cum illo, & habitaverunt ibi ſimul tribus diebus, & tribus noctibus. Quarta autem die Rex Siciliæ dona multa, & multa in auro, & argento, & equis, & pannis ſericis miſit Regi Angliæ; ſed ipſe nihil recepit præter annulum quemdam parvulum, quem in ſignum mutuæ dilectionis accepit. E contra Rex Angliæ dedit Tancredo gladium illum optimum, qui fuerat Arthuri quondam nobilis Regis Angliæ. Præterea Rex Tancredus dedit Regi Angliæ* IV. *naves magnas, quas vocant Urſos, &* XV. *Galeas, & cum ipſe Rex Angliæ receſſiſſet ab eo, ipſe in propria perſona ſua reduxit eum uſque ad Tavernim per* XXX. *diſtans millia a Civitate Cathanienſium*. Huc uſque Hovedenus.

Anno Xpi. 1191.

(a) Annal. p. 2.

Leone

Digitized by Google

Anno Xpi. 1191. XVII. Leone Pontifice mortuo, Rogerius Ocho Catanenſis Civis, & Monachus Eccleſiæ noſtræ pręficitur. Porro Tancredus poſt biennium Rogerium Filium in Regni conſortium adſcivit, eoque ſine liberis, mortuo Willelmum alium filium coronavit, necdiu poſt obiit. Willelmus eo nomine III. ab Henrico poſt menſes aliquot interceptus, ultimus Nortmannorũ inter mares, clariſſimæ familię ſeriem clauſit.

Digitized by Google

CAPUT III.

CATANA

SUB SUEVIS.

Erat *Guillelmo Regi*, inquit in Chronico Riccardus a *S.* Germano (a) *Amita quædam Conſtantia in Palatio Panormitano, quam idem Rex de conſilio Gualtherii Archiepiſcopi Henrico Alemannorum Regi filio Friderici Romanorum Imperatoris in conjugem tradidit, quo etiam procurante factum eſt, ut ad Regis ipſius mandatum omnes Regni Comites Sacramentum præſtiterint, quod ſi Regem ipſum abſque liberis mori contingeret, amodo defacto Regni tanquam fideles ipſi ſuæ Amitæ tenerentur, & dicto Regi Alemanniæ viro ejus.* Ex his ut falſa omnino arguas, quæ vulgo de Conſtantiæ monachatu circumferuntur. Mortuo nihilominus abſque prole Guillelmo, Siculi Proceres Tancredum Leccii Comitem Regiæ Nortmannorum familiæ germen ſibi Regem adſciverunt, ut vidimus, cui ſeſe Henricus oppoſuit, atque anno MCXCIV. Romam primo, ubi a Summo Pontifice Imperii coronam accepit: mox in Campaniam, Regnum ac jura uxoris vindicaturus deſcendit. Tancredo nondiupoſt e vivis ſublato, navali, ac terreſtri exercitu inſtructus in Siciliam anno MCXCIV. trajecit, Regnoque potitus, Siculos crudeliſſimè habuit, ac Regios theſauros expilavit, Guillelmum Regem Sacramento deceptum, Matrem, Sororeſque, ac Proceres complures, quin & Pontifices vinculis addixit, ac ſecum tandem captivos in Germaniam

Anno Xpi 1194

(a) *Bibl. Sic. Hiſt. tom. 2.*

maniam tranſtulit.

Ann. Xpi. 1194 II. Palatius in Aquila Sueva (a) Kalendis Septembris Henricum in Siciliam appuliſſe ſcribit, ſubditque: *Catana inde, ac Syracuſæ petitæ, ac demum admoto exercitu expugnatæ.* Ferdinandus Paternionius Opuſculo m. s. de Siciliæ Regibus in Henrici vita: *Cumque,* ait, *Urbes multæ, ac in primis Catana Nortmannis, ut par erat, faventes Henricum detrectarent, magna vi illas expugnat, captoſque nobiles omnes igni tradit, cunctaque Theutonicâ, eaque barbara crudelitate replet. Quo tyrannicę immanitatis genere permotus Cœleſtinus illum a Chriſtianorum communione ſejunxit.* Sed præſtat has Patriæ clades ab externis audire; Siculis enim Scriptoribus vix notæ. Otho igitur de S. Blaſio (a) *In ſecunda in Italiam profectione* (*) *Henricus Imperator Riccardum de Scerre Comitem ditiſſimum apud Capuam ſuſpendit patibulo, capite deorſum verſo, iratus ei, quod Imperatrix ab eo, ac aliis Baronibus Apuliæ anno* 1190. *capta fuiſſet . . . . In Sicilia apud Catanam hoſtes per Henricum Marſcalcum de Callidin vicit, & civitatem cepit. Eccleſiam ibi ſanctæ Agathæ cum hominibus, qui intro confugerant, combuſſit, nobiles, qui poſt deditionem contra eum conjuraverant miſerabiliter occidit.* Conſonat Matthęus Bappenhaim a Cruſio allegatus (c) *Henricus vj. validum exercitum in Siciliam duxit, quo Inſulam igne ac ferro vaſtabat. Tunc, & Henricum Mareſcallum Calatinum Equitem Auratum cum copiis miſit contra*

(a) Fol. 148. lib. 23.

(b) Ad ann. 1193

(c) Apud Beſoldum de Regib. Siculis.

(*) Hęc a Cajetano in annum MCXCVI. reiciuntur. An etiam Catanæ direptio, quum Henricus ſecundum in Siciliam venit anno MCXCVII. conſignanda? ſed hęc melius infra expendam.

tra Catanam; *qui potenti hoſtium exercitu profligato, cepit Urbem, Epiſcopum, & Nobiles multos. Etiam cremavit urbem nulli Eccleſiæ parcens; magnam hominum multitudinem, qui in fanum ſanctæ Agathæ confugerant, inibi combuſſit. Rediit inde magna cum gloria ad* Imperatorem *multis cum captivis.* Ann. Xpi. 1194

(a) De German. cap. 19.

III. Huldricus denique Mutius (*a*) captos callido ſtratagemate Catanenſes his verbis prolixe enarrat: *Henricus cum exercitu in* Calabriam *& Siciliam eſt profectus, quas regiones vi cepit; ubi vero ad urbem* Catanenſem *appropinquavit, omnes qui in civitatibus, & caſtellis regnarant, collecti in unum, cum magno exercitu civium artificum, paſtorum, & aratorum turba, undique collecta occurrunt* Imperatori, *& caſtra muniverunt proxima ad Germanorum caſtra.* Imperator *ejus gentis morem bellandi ſciens, quod ſcilicet nocte concubia ſolerent impetum facere in hoſtes, caſtra ante noctem muniendi ſibi tempus relictum non eſſe ſimulat, relinquitque magnam partem foſſarum imperfectam; Excubitores raros in illa caſtrorum regione collocat. Hoſtes id animadvertentes, rati ſibi datam occaſionem rei bene gerendæ, juventutis ſelectiſſimum robur ſtatim poſt mediam noctem, ut in caſtra* Imperatoris *irruant ex parte, qua non erant perfecta. Advenientibus igitur hoſtibus expectatis, vigiles Germani cedunt, ut juſſi fuerant, & hoſtes intromiſerunt; quos expectans* Imperator *locis commodis, circumdatoſque trucidat omnes, qui capti tamen ſunt, exceptis; fuiſſe autem creditur tria millia, ſed totius exercitus præſtantiſſimi ad pugnandum promtiſſimi. Cum primum illuxit, Henricus urbi admovet exercitum, præteriens hoſtium caſtra, celeritateque mirabili, machinarum*

Digitized by Google

chinarum, & tormentorum variis generibus inci-
Anno Xti. 1194. *pit murum disjicere, & foſſam lapide, ceſpite, lignoque complet. Quod, ubi viderunt hoſtes in caſtris, educunt exercitum in apertam planitiem, & Germanos ad pugnam provocant inſtructa acie. Imperator primum dubitat, præſtetne Urbem obſidione circumvallare, & excludere ab Urbe hoſtes, an congredi melius ſit; Ubi videt autem, ob Urbis circuitus amplitudinem excludi non poſſe, ſtatuit congredi. Quare ſuos ad virtutem cohortatus eſt, & inter reliqua demonſtravit evidentibus argumentis, aut moriendum, aut vincendum, nullam ſpem ſalutis in fuga eſſe poſſe, oſtenditq: victu facilem eſſe colluviem hominum, qui numquam prælio interfuerant, non aſſuetos armorum conſpectu exanimari. Ubi videt animos ſuorum erectos, & pugnam optare, certa victoriæ ſpe concepta, adverſus hoſtes contendit magno animo. Statim ſine Germanorum cæde perturbatis ordinibus, primo concurſu ad Urbem fugiunt; nam animi in Urbe ante congreſſum erant ſine dubio. Exercitus Germanorum fugientes perſecutus cum eis irruunt in Urbem, primo furore occiſi ſunt in Urbe omnes utriuſque ſexus, nulla etiam habita ætatis ratione; captis Urbis Primatibus, & Epiſcopo, qui multa in Cæſarem perpetrarat, incendit Urbem, nec paſſus eſt eſtingui ignem, donec omnia exuſta in cinerem redacta ſunt. Huic bello volunt ipſum Henricum non interfuiſſe, ſed per Legatos geſſiſſe, quorum primum faciunt Henricum de Kalend Marſcallum Imperatoris. Hoc conſtat inter omnes, bellum illud geſtum nomine Imperatoris Henrici, & Henricum tum in Italia fuiſſe.* Ex his Mutii verbis eruo, quotquot contra Henricum arma ſumpſerant, Catanam con-

Digitized by Google

veniſſe, conjunctisq; viribus, cum ejuſdem copiis *Anno Xpi.*
conſerto prælio, in fugam actos, ac detritos fuiſſe. 1194
Ex eodem Mutio refert Groſſus (*a*) Henricum, una cum reliquis Catanæ Primatibus Pontificem Rogerium in Germaniam captivum abduxiſſe, idque actum anno MCXCVI. Præcedenti enim, Alberti Comitis de Spanheim opera, peculiare hoc diploma ſcripſerat Imperator.

(*a*) *Cat. Sac.* § 47.

IV. „ Henricus Sextus Divina favente 1195
„ clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Impenſis a Deo beneficiis reſpondemus, & ei gratiarum offerimus holocauſtum, cum ſacroſanctas Eccleſias favore noſtræ clementiæ intuentes, eorum paci, & quieti miſericorditer providemus, & quę tam a principibus, quam ab aliis quibuſcumque ipſis fuerint collata, noſtra Imperialis Serenitas ratihabitione confirmat. Nos itaque pro reverentia B. Virg. & Mart. Agathæ, cujus reliquiæ in Catan. conſervantur Eccleſia, & ad honorem Domini ibidem requieſcunt. Attendentes etiam fidelitatem, & grata ſervitia, quæ Rogerius ipſius Eccleſię Electus fidelis noſter devotione ſedula noſtræ Serenitati ſtudet exhibere; ad ſupplicationem quoque fidelis noſtri Comitis Alberti, Eccleſiam ipſam Cataneinſem cum fratribus, & univerſis obedientiis, communitate, & pertinentiis ejus ſub noſtræ majeſtatis protectione recipimus, ac tenemus, confirmantes ei univerſa Privilegia, libertates, conceſſiones, & oblationes, quæ ſibi tam a Comite Rogerio, quam a Rege Rogerio ejus filio minore, nec non & a Rege Guillelmo I. & II. piæ memoriæ fuerunt indulta, ſci-

licet

Ann. Xpi. 1195 „ licet ut homines, & tenimenta, & univer-
„ ſas poſſeſſiones ſuas eidem Eccleſiæ a qui-
„ buſcumque collata pacificè teneat, & liber-
„ tatibus, & dignitatibus ſuis, ſicut prædictorum
„ Regum temporibus conſueverat, utatur. Siqua
„ igitur Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona alta, vel
„ humilis contra hujuſmodi noſtræ confirmationis
„ contravenerit inſtituta, in ſuæ temeritatis pęnam
„ centum libras auri puriſſimi pro pœna com-
„ ponat, medietatem cameræ noſtræ, alteram
„ partem injuriam paſſis perſolvendam. Ut au-
„ tem hæc noſtræ confirmationis pagina firma
„ & inconcuſſa permaneat, præſens exinde
„ privilegium conſcribi, & Majeſtatis Noſtræ
„ bulla aurea juſſimus inſigniri. Teſtes hi ſunt
„ Philippus Dux Thuſciæ Frater noſter. Con-
„ radus Imperialis Aulæ Cancellarius. Gualthe-
„ rius Trojanus Epiſcopus, & Regni Cancel-
„ larius, Henricus Vuarmatienſis Epiſcopus, Bo-
„ nifacius Marchio Montis Ferrati. Conradus
„ Dux Spoleti, & Regni Siciliæ Vicarius, Co-
„ mes Albertus de Spanheim, & alii quamplures.
„ ✠ Signum Domini Henrici VI. Romanorum
„ Imperatoris Invictiſs. & Regni Siciliæ Regis.
„ Ego Conradus Imperialis Aulæ Cancellarius
„ una cum Domino Gualtherio Regni Siciliæ
„ Cancellario recognovi. Acta ſunt hæc anno
„ Domini MCXCV. Indict. 13. Regnante Domi-
„ no Henrico VI. Rom. Imp. Invictiſſimo Anno
„ Regni ejus 25. Imperii vero 4. Regni quoque Si-
„ ciliæ Anno primo. Datum apud Caſale no-
„ vum per manus Alberti Imp. Aulę Protonotar.
„ Nono Kal. Maii.

V. Et ſane complura ſunt, quæ in hoc Privilegio negotium faceſſunt: *A fidelitate enim*

Digitized by Google

enim *gratiſque ſervitiis Regiæ* Serenitati *devotè exhibitis* Henricus Rogerium Pontificem commendat, quem etiam *Electum* dicit. At ſi Rogerius, ut ex Mutio vidimus, *multa in Ceſarem perpetrarat*, his certe titulis neutiquam donaretur; Captivus porro cum aliis Catanæ primatibus in Germaniam anno ſuperiori abduci, haud potuit, moxque dimitti, ac relatum aſſequi Privilegium. Clades igitur Catanæ, ac Rogerii Captivitas anno MCXCVI aut ſequenti aſſignandæ, quo Henricus ſecundùm contra Siculos, Nortmannoſque deſæviit, ut dicemus; Verum pacatam omnino id temporis Siciliæ Inſulam Hiſtorici produnt; neque e Siculis quemquam ſeſe Cæſari opponere tot millibus ſtipato auſum fuiſſe credendum; ſimulata enim in Syriam ad ſacrum bellum profectione, ſexaginta penè militum millia ſub ſignis ille numerabat. Non inficior, validam adverſus Henricum ſub Conſtantiæ Imperatricis auſpiciis conflaſſe Siculos conſpirationem anno MCXCVII, ſed hæc longe diverſum habuit exitum. Putaverim ergo poſt Patriæ everſionem Rogerium Pontificem cum Fratre Philippo, cui erutos immaniter fuiſſe oculos conſtat, aliiſque nobilibus Civibus in Germaniam ablegatum, dum adhuc in Hydruntinis Imperator ageret, Alberti Comitis de Spanheim opera Principis gratiam iniiſſe, ab eoque Catanenſis Eccleſiæ jura tot cladibus protrita, peculiari reſcripto firma, ac rata obtinuiſſe. Conſueto autem Aulæ ſtylo potuit *fidelis, gratuſque Regi* appellari, eoque titulo exilii pœnam evadere, ac ſuæ ſedi reſtitui. *Ann. Xpi. 1196*

VI. Sequenti anno Henricus *ſub velato pretextu*, ut ait Baronius (a) *expeditionis Terræ ſanctæ veniens*

(a) *Ad ann.* 1196.

Anno Xpti *veniens in Italiam perditurus Normannos, diram*
1197 *vindictam exercuit adverſus omnes, quos ſciret ex Normannorum gente deſcendere, ac eos in primis, qui alium in Regem erexiſſent.* Verùm tot gentis ſuæ malis occurrere Imperatrix Conſtantia volens, cum Siculis fœdus iniit, ac conjugem Henricum debellatum, ut ad propria poſtliminiò rediret, tandem compulit. Mox reconciliatis animis, quum in rebelles aliquot movere ſtatuiſſet, morte prereptus Meſſanæ tertio
1198 Nonas Octobris obiit. Pacato regno, exules in patriam Conſtantia revocavit, elapſo autem anno, & ipſa mortale exuit, filium Fridericum Romano Pontifici commendans. Sedebat per id tempus ad Petri clavum Innocentius III. qui ad pueri Regis tutelam poſt matris obitum acerrime incubuit, Cenciumque Cardinalem in Siciliam deſtinavit, mox ipſe Panormum, ut Siculos in fide contineret, ſi Pirro credimus, venit.

VII. Jam vero Rogerium noſtrum civiles diſcordiæ excepere, quæ adeo increverunt, ut nonniſi Alberti Comitis de Spanheim authoritate compeſci potuerint, ac ſedari; Gliſcentibus quippe diſſidiis, quibus non ſemel in Urbe perniciosiſſimi excitabantur tumultus, pro paſtorali ſolicitudine occurrens Epiſcopus, Comitem ſibi addictiſſimum adjutorem perpetuo habuit, pacemque tandem ſuis reſtituit, ac Philippum fratrem, quamvis oculis orbatum, maleficiorum Quæſitorem, vulgo *Juſtitiarium* per Urbem, ejuſq; ditionem conſtitui curavit. Verum non diùpoſt in ipſum Pontificem nonnulli conjurarunt: eumque e medio tollere decrevere. Rem *ex teſtibus juratis*, ut ajunt, coram Matthæo Syracuſano Epiſcopo anno MCCLXVII. receptis hìc enarrare non pigeat: *Cum aliqui ho-*

mines de Catania, Ita F. Nicolaus Cathedralis Ecclesiæ Prior, *conſpiraſſent in Dominum Epiſcopum Rogerium, & eum interficere intendiſſent in die Palmarum, quando Epiſcopus cum Clero, & Populo venturus erat proceſſionaliter ad Eccleſiam S. Mariæ de Eleemoſyna, & evaſit periculum rediens incolumis ad Epiſcopale Palatium, & clauſis januis Eccleſiæ ſupradictæ de mandato Juſtitiarii, ne evaderent Conjurati, ſed unus captus fuit Joannes Ricchutus, qui fuit ſuſpenſus in furcis.* Inſidias ſtruxerat, ducebatque choream Rogerius quidam de Marotta, cui Pontifex benigniſſimè veniam indulſit, ac vitam a Principe impetravit, ut Groſſus advertit. *Anno Xpi 1201*

VIII. Anno MCCV. mortuo Jeremia primo Licodienſis Benedictini Cœnobii Priore, 1205
Petrum Celium (de Confratre male appellat Groſſus) multis animi dotibus præditum, ab alterius inſtituti Monaſterii ſub titulo S. Leonis Monachis dudum in Priorem electum Rogerius noſter Epiſcopus Abbatem conſtituit, illi utriuſque Aſceterii regimen commiſit, ut Annuli, Mitræ, ac Baculi inſignibus uteretur, conceſſit, datis Catanæ literis menſe Decembri Indict. jx. quas integras alibi dedi (a) Caveas hinc a Pirro, & Groſſo, pene omnia, dum de hac Abbatis electione loquuntur, confundentibus. Per idem tempus Monialium Sancti Juliani inſigne Cœnobium Catanæ conſtitutum tradunt in edito colle extra Urbem ad Aquilonem, cui a S. Sophia nomen, etſi Pirrus initio Pontificatus Rogerii conſtructum dicat. Extat apud Sacras Virgines Jacobellæ, Eliſabeth, & Iſabellæ Friderici Regis affinium memoria, quas veluti Monaſterii Fundatrices, deducta ab antiquis traditione

(a) *In Not. S. Nicolai de Arena*

Anno Xpti 1206 tione reverentur; crucem etiam cryſtallinam exhibent ex dono earumdem magnitudine, atque artificio ſpectabilem. Translatum circa hujus ſeculi finem ex eo loco Cœnobium intra Urbis mœnia in regionem illam, quæ vulgo *Civitas* audit, ac noſtra demum ætate in opportuniorem ſitum, nobili Virginum collegio hodie inſtruitur. Non deſunt, qui ante Saracenos, ac M. Gregorii ævo, eodem in loco Monaſterium extitiſſe ſcribant, cujus in S. Pontificis Epiſtolis fit mentio.

IX. Carmelitarum quoque coloniam diebus hiſce Catanæ fixiſſe ſedem obſervat Groſſus (*a*) Carmelitas enim primo a Syria in Siciliam anno MCC. B. Bertoldo Priorem Generalem agente trajeciſſe, teſtatur Ægidius in ſuo Viridario (*b*) qui tertium aliunde ſub eodem Priore Siculum Carmeliticum Cœnobium Catanenſe appellat. Bertoldus porro ſeptimo hujus ſeculi anno mortem oppetiit. Conſtantiæ Auguſtæ opera Henrici uxoris id factū noſtri memorāt; ſed hæc longe ante diem obierat ſuum, ut Pirrus advertit; Alia ſane Conſtantia Friderici uxor, quæ diu Catanæ ſubſtitit, Cœnobium hoc, paullo poſtquam fundatum, bonis ac privilegiis auxit, ut merito inter ejuſdem Inſtitutores primum habuerit locum, *ac Regii Conventus* illi titulus inde obvenerit. Attribuit porro Aſcetis Templum B. Virgini ab Angelo Nunciatæ ſacrum Catanenſis Populus, quod in area Steſichoræa dudum pia fidelium ſedulitas prope S. Agathæ ſepulchrum ſtatuerat. Inventæ in hujus Templi tecto Inſcriptionis ad annum MIIII. memini.

(a) *Decac.Catan. Cor.2.mod.*10

(b) *Par.4.c.2.§.2*

X. Deceſſit inter hæc Rogerius an. MCCVII

cujus

cujus effigiem ſenili aſpectu venerabilem vidiſ- *Anno Xpti* ſe Groſſus affirmat cum epigraphe: *Rogerius* 1207 *Civis, & Epiſcopus Catanenſis, ac Regius Familiaris.* Illius vices Gualtherius de Palena, ſive de Palcariis opportune ſubiit. Hic genere Nortmannus, ac Regii ſanguinis, Henrico Imperatori unice carus, ab eo magnus Siciliæ Cancellarius ſtatuitur, quo mortuo Regis Friderici adhuc minoris Actor conſtitutus, a Gencio Cardinale Pontificis legato e Trojana Apuliæ Eccleſia ad Archiepiſcopalem Panormi Cathedram translatus fuit, ſed ab Innocentio Pontifice minime admiſſus, eidem infenſiſſimus evaſit. Summa, qua præ aliis in Siciliæ Regno pollebat, authoritate abuſus, multa in Pontificem molitus, infulis idcirco privatus, quum alternantis fortunæ vices non ſemel fuiſſet expertus, Catanenſem demum Pontificatum obtinuit, optimique paſtoris opinione adminiſtravit. Subdit Lellus (*a*) 1208 Caro Pontifici Montisregalis perſcripſiſſe Pontificem, ne ad præſtandum ſibi, uti *Metropolitæ*, obedientiæ juramentum Gualtherium Cancellariæ Regiæ negotiis addictum, compelleret. At par eſt credere: Carum contra Epiſcopum noſtrum mordicus Eccleſiæ ſuæ libertatem tuentem, apud Romanam Curiam inſtanter egiſſe; Innocentium vero jurgia inter Præſules dirimendi gratia, Apoſtolicis tranſmiſſis literis, eo prudenti conſilio opportunè utriuſque juribus providiſſe.

(a) *De Eccl. mont. par. 2. f. 46.*

XI Anno MCCIX Fridericus Conſtantiam Ara- 1209 gonum Regis filiam xv. Kal. Januar. Panormi uxorem duxit; At ſæviente nondiu ea in urbe peſtilenti lue, Catanam ſe recepit, ubi integro pene anno perſtiterunt; Tum Monaſterio Sanctæ Agathæ Templum *ſanctæ Mariæ in Plano*

Aydonis

Digitized by Google

Ann. Xpi. *Aydonis* conceſſit ſcripto in Opido Calatajero-
1210 nis diplomate; ac dotis nomine Urbem Catanam, ac Syracuſas Conſtantiæ contulit, quas *Cameræ Reginali* dudum addixerat Henricus, ut tradit Philippus Bergomenſis in Chronico. (*a*) (*a*) Lib. 2. f. 404

XI. Menſe Decembri ejuſdem anni in Apuliam tranſmiſit, nec diupoſt Imperii co-
1213 ronam ab Innocentio obtinuit. Quum porro Gualtherius Comes, ejuſque Frater Paganus de Pariſio Avellini Domini dudum multis malis Catanenſem Eccleſiam affeciſſent, eorumque dehinc bona, ob defectionis notam, Regi fuiſſent adjudicata, & Calatabiani caſtrum præ aliis Armaleoni Comiti ex Regia conceſſione ceſſiſſet, Gualtherius Pontifex exſolutis Armaleoni xv. tarenorum millibus, Odriſii de Ochone nepotis ſui opera, illud ſibi comparaverat, utque Regia etiam authoritate acta firmarentur, Friderici, quum Catanæ hic degeret, aſſenſum exoraverat, ejuſdem Conſtantiæ quoque literas hæc omnia firmantes Meſſanæ Martio menſe ſignatas MCCXIII. Epiſcopus hinc obtinuit, a Pirro, & Groſſo exſcriptas, quas Gregorius Cardinalis legatus Apoſtolicus ſuo etiam calculo probavit. Caſtri, & Opidi poſſeſſionem ad fluminis Onobalæ ripas ſub tentoriis ex intextis arborum ramis iniiſſe Gualtherium ſollemni pompa, Catanenſis Eccleſiæ tabulæ referunt.

XII. Sub eodem Pontifice S. Claræ inſtitu-
1220 tum Catanæ fixiſſe ſedem anno MCCXX. ſcribit Pirrus, ac Monialium Cœnobium illius opera à fundamentis excitatum adſtruit. Vvadignus S. Franciſci Alumnos ante annum MCCLVIII. coloniam Catanæ habuiſſe tradit (*b*) Monaſterio huic (*b*) Ann. min. t. 2. num. 23.
S. Mariæ Virginum, ſeù *Montis Virginum* titulus, quod

quod in editiori Urbis loco ſitum. *Franciſcanæ Moniales*, ait Pirrus: *primum habent Monaſterium ſub vocabulo Montis Virginum, quæ ab anno* MCCXX *adhuc in vivis agente* S. *Clara, quadraginta numero regularem ejus vitam ſervabant, Epiſcopo Gualtherio volente*. Perſtitit hæc ſacra domus ad annum MDCXCIII. quam ſuo etiam incolatu Eleonoram Siciliæ Reginam decoraſſe inferius dicemus. Sequenti anno, ut Honorio Pontifici obſequeretur, quadraginta Triremes Terræ Sanctæ ſubſidio miſit Fridericus, claſſique Henricum Melitæ Inſulæ Comitem Siciliæ Talaſſiarcham, atq: Gualtherium noſtrum Regni Cancellarium prȩfecit. Hi Damiatam appulſi, ex pactione urbem ab exercitu Chriſtianorum Ægypti *Soldano* traditam indoluere. Tradit autem Ricardus a S. Germano (*a*) Gualtherium Imperatoris iram metuentem Venetias confugiſſe, Comitem vero in Siciliam reducem a Friderico in carcerem conjectum, ſuaque exutum ditione. Ricardi verba ſunt: *Hoc anno viceſima a perſonis Eccleſiaſticis, a laicis vero decima pro ſubſidio Terræ Sanctæ per totum Regnum colligitur, & per Gualtherium de Palear Cancellarium, & per Henricum de Malta Comitem marini* Stolii *Ammiratum ipſam Damiatam trãsmittit, licet tunc temporis amiſſa fuiſſet culpis exigentibus Damiata; propter quod ipſe Cancellarius iram* I*mperatoris metuens, ſe Venetias contulit, & dictus Comes rediit in Regnum, qui ab Imperatore captus eſt, & terram, quam tenebat amiſit*. Appendix ad Malaterræ Hiſtoriam (*b*) Friderici expeditionem in Saracenos memorat, qui in Acis Opido ſeſe contra Regem erexerant; captum *Benaveth* illorum Ducem cum Filiis, extremoque ſupplicio Panormi affectum dicit: *Anno Dñi* MCCXXI *deci-*

Ann. Xpi 1221

(*a*) *In Chronico ad ann.* 1221.

(*b*) *Bibl. hiſt. Sic. tom.* 1. *f.* 249

Ann. Xpi. 1222 *decima Indic. Dominus Fredericus Imperator ivit cum magno exercitu ſuper Saracenos Jacis & cepit Benaveth cum ſuis Filiis, & ſuſpendit apud Panormum.*

XIII Jamvero Conſtantia Regina, quæ dudum Catanæ ſedem ſtatuerat, anno MCCXXII. nono Kal. Julii lethali morbo correpta, fato ceſſit, cujus corpus, ut eadem mandaverat, Panormum inde traductum eſt. Ænea lamina in illius tumulo a Ferdinando Acuña Siciliæ Prorege anno MCCCCXCIX. adinventa: *Hoc eſt Corpus Dominę Conſtantiæ* III. *Imperatricis ſemper Auguſtæ, Reginæ Siciliæ, Uxoris Domini Imper. Friderici, & Siciliæ Regis Aragonum. Obiit autem anno Incarn.* MCCXXII *die* XXIII. *Junii* X. *indic. in civitate Catanę.* Regio funeri in Cathedrali templo interfuiſſe Gualtherium Pirrus, & Groſſus tradunt; hinc Friderico Regi eumdem conciliatum, non diu Venetiis ſubſtitiſſe putandum. An etiam Uxori, quum ad mortem decumberet, adſtiterit ipſe Fridericus, incertum. Extat Conſtantiæ Diploma VI. Kal. Januarii ejusdem anni Catanæ ſignatum, quo transferendum Ordinis Prædicatorum Cœnobium intra urbis mœnia, ſuis ſumptibus magnificentius exædificandum Syracuſis Regina præceperat, quod recitat Pirrus (*a*) Id autem Friderici nomine datum refert Invegius, atque hunc cum Uxore Catanæ eodem anno degentem inducit (*b*) Verum Ricardus a S. Germano tradit anno MCCXXII menſe Februario Honorium Pontificem Anagniam profectum, Fridericum ad ſe vocaſſe, quocum apud Verulas per dies XV. colloquium ſollemne habuiſſe. Non ergo Fridericus menſe Februario Catanæ verſabatur. Ad ægrotantem dilectam Conjugem forte ſub Veris finem venit, nec videtur abnuere Fazellus (*c*) qui per hæc tempora moram in Sicilia traxiſſe

(*a*) *Not. Eccl. Syr. lib.* 3.

(*b*) *Æra Sueva fog.* 318.

(*c*) *Dec.* 2. *lib.* 8. *cap.* 2.

xiſſe Fridericum, juſtiſque Conſtantiæ Reginę exolutis in Germaniam non diu tranſmiſiſſe ſcribit. *Ann. Xpi.* 1231

XIV. Effloruit id temporis Rivivardus Catanæ Civis et Monachus Militenſis Eccleſiæ in Calabria Pontifex, de quo in ſua Italia Sacra Ughellius (*a*) ac Nos lib. XII. Animo immutato Eccleſiis ſacrisq: locis infenſum ab hinc Fridericum Cæſarem ſcriptores produnt; diris proinde ab Honorio Romano Pontifice primum execratus, mox *Jola*, ſive *Iſabella* Joannis Brennæ Jeroſolymorum Regis filia in Uxorem ducta, communioni fidelium reſtituitur. Rurſus autem a Gregorio Honorii ſucceſſore cenſuris inuſtus, quod ſacrum bellum, ut voverat, differret, tandem Jeroſolymæ Regno jure uxoris ſibi vindicato, ac pace in Palæſtina cum *Soldano* firmata, ad Eccleſiæ unitatem receptus eſt. Quum porro nonnullæ per Siciliam urbes illius a ſe jugum excuſſiſſent, quas inter Meſſana, Centuripe, Nicoſia, Syracuſæ, & Catana cum primis enumerantur, 1132
anno MCXXXII. menſe Auguſto in Inſulam regreſsus, ferro ac igne illas duriſſimè habens, ad officium revocavit, *Fridericus*, verba Fazelli ſunt, *cum contra Romanos, qui Viterbium obſidebant, bellum, Pontificis nomine, gereret, orta, authore Martino Bellono, in Meſſana, & pleriſque Siciliæ Oppidis, quæ prorſus ab eo deſciverant, ſeditione, confeſtim liberato Viterbio, Meſſanam venit, qua non multo labore recepta, & Martino exuſto, Syracuſas poſtea & Nicoſiam, quæ quoque ab eo rebellaverant, ſeditionis pœna mulctatis ad officium retraxit, Centoripen quoque urbem, quæ contumacius ab eo defecerant, magna vi expugnatam funditus delevit.* De Catana porro alibi (*b*) ait: *Eam Fridericus ſecundus Rom. Imperator*

(*a*) *Tom. I. de Epiſ. Milit*

(*b*) *Dec. I. lib. 3. cap. 1.*

Anno Xp:i 1232 *tor, Siciliæ hujus nominis primus Rex, quod ab eo deſciviſſet, ſolo fere æquavit, arcemque in ea, quæ adhuc extat, in rebellionis formidinem poſuit.*

XV Acriorem vindictam in noſtros moliebatur Fridericus, civesque omnes gladio ad unum transfigendos, jurejurando coram ſuis edixerat, ſed celeſti oraculo territus, ſententiam mutavit. Rem diſertiſſime recitat Horatius Manchia Catanenſis M. S. Opuſculo apud Groſſum *Anno poſt Chriſtum natum* MCCXXXII *cum propter impia ac nefaria Friderici* II. *Imperatoris facinora, quemadmodum aliquot Sicilienſes Urbes, neſcio quid Catana etiam vel fuiſſet molita, vel omnino deſciviſſet ab Imperatore; Hic quam maximis itineribus in Siciliam contendit, Meſſanam facili negotio recipit; inde Catanam funditus delendam edicit, ſubitoque ſolo adæquat; cives etiam ad unum omnes; quippe novis rebus ſtuduiſſent, gladio obtruncandos decernit. Cum autem tam crudeli Imperatoris decreto nemo intercederet, nemo conatus ejus nefarios leniret, nemo ferocientem rabiem mitigaret, ecce tibi indicta internicioni die, dum ad preces horarias libellum aperit Imperator, hæc ipſa verba aureis characteribus obſignata illi occurrunt:* Noli offendere Patriam Agathæ, quia ultrix injuriarum eſt. *Claudit Imperator ſtupens libellum, iterumque alio in loco aperit, atque inibi eamdem cantilenam perterrefactus invenit; tertio alibi apertus liber eamdem cæleſtem comminitationem Imperatori offert; quas quidem Divini furoris petitiones in ſe conjectas, ut vitaret Fridericus, Catanam reædificandam juſſit, protinuſque à civium internicione abſtinuit. Ne vero Imperatorium decretum irritum omnino eſſet, fama eſt edi-*

Digitized by Google

xiſſe, ut Catanenſes per medias gladiatorum acies hinc inde diſtributas, illęſi tamen pertranſirent. Puto equidem id captivarum more legionum miſſarum ſub jugum factitatum; Vidique puer cum eſſem id loci, ubi diſtricti enſes pependiſſent, in ædiculam ceſſiſſe, cujus pavimentum per viam tranſmiſſum portam effingebat, eamque ob cauſam ad hodiernam uſque diem vicus proximus Porta Media *nuncupatur. Ædes vero illa Beatiſſimæ Virgini a Gratiis ſacra erat, a cujus dextero latere B. Agathæ imago videbatur. Monumentum ſcilicet gratiæ, quam a Gratiarum Parente liberaliſſima, Patronaque Agatha cives ſuos ſervandi avidiſſima Catanenſes injecerant.* Eadem habent Bolanus, & Ferdinandus Paternionius (*a*) aliique, quorum teſtimonia congerit Groſſus. Hæc ſane Pirro, & Invegio minus probantur, quòd Agathæ Patriam eſſe Catanam evincunt, atque a nullo Veterum literis mandata, veluti ſuppoſititia rejiciuntur. Verum laudatus Groſſus in Decacordo Catanenſi, atque in ſuo de Patria S: Agathæ opere totus eſt, ut hiſtoriam, atque oraculum, pluribus monumentis evincat, illum conſule, Fridericus Gregorii Pontificis animũ denuo offendit; hincperiuri Princip is conatibus quũ imperterrita animi conſtantia Gualtherius noſter obviam iret, graves ab eo jacturas ſubſtinuit, carcere, exilio, ac fortunarum denique expilatione mulctatus. Inter Capitula quędam a Gregorio Cęſari oppoſita illud primum recenſetur, quod Montis-regalis Cephalędenſis, & Catanenſis Eccleſiæ jura ſibi vindicaverit, boniſque pene omnibus illas expoliaverit, ut apud Palatium legimus. (*b*) In Apologia vero pro ſe edita reſpondit Imperator: *de Cathanenſi Eccleſia, niſi forte*

Anno Xpti 1232

1238

(*a*) *De Regibus Sicil. m. s.*

(*b*) *Aquil. Suev. Catan. Hiſt. lib. 26. cap. 2.*

Anno Xpi 1239 *te tangatur de Hominibus Demanii Domini Imperatoris, qui temporibus belli propter locum ſecurum & fertilem ſe Cathanam contulerunt.* Hos *fatetur Imperator ad Demania ſua revocaſſe ſecundum formam generalis conſtitutionis Regni.* In Anathemate dehinc Romæ a Gregorio Dominicæ Cœnæ die lato, quo fidelium communione depulſus Fridericus, inter execrationis cauſſas illa recitatur: *Quod in Regno Siciliæ capiuntur Clerici, incarcerantur, proſcribuntur, inter quos Cephalædenſis, & Catanenſis, cujus fuerat Alumnus.* Id ipſum vulgavit locis laudatis in ſua Hiſtoria Fazellus (a) *Demum Fridericus omnem iram, qua Papam Gregorium* IX *proſequebatur, tranſfudit in Prelatos, quorum multos Archiepiſcopos Epiſcopoſque partim occidit, plures carceri addixit, nonnullos exilio mulctavit, in quibus fuerunt Cephalædenſis, & Catanenſis, cujus fuerat Alumnus.* Hæc paulo ante annum MCCXXXVIII. accidiſſe credimus.

(a) Dec. 2. lib. 8. cap. 2.

XVI. Nondiupoſt Gualtherius preſſuris, ærumniſque confectus fato ceſſit, a cujus morte Henricum de Palimberga auſu temerario in Catanenſem ſedem Fridericus intruſit. Hujus meminere Teſtes recepti Catanæ MCCLXVI. alibi allegati, quem genere Theutonicum appellant, Urbiſque noſtræ Strategum, vulgo *Juſtitiarium Macharonium* quemdam de *Catania* elegiſſe aſſirmant.

1247 Henricus hic Groſſum, & Pirrum omnino latuit. Anno MCCXLVII menſe Februario Indic. VI. precepit Imperator, ut Catanenſis Eccleſiæ bona in indicem exactiſſimè referrentur, eorumque deſcriptio publicis tabulis mandaretur. Idem MCCL quum ſe morti proximum agnoſceret, ſollemni coddito teſtamento, Carthanenſem Comitatum

Anno Xpti 1254

tatum Conradino Nepoti voluit addictum; hinc nonnulli falſo legunt *Catanenſem*, ut in Raynaudo (*a*) adverti, quod adnotabis, ne aliquid omiſiſſe Patriæ Hiſtoriam ſpectans tibi videar. (*) Friderico Conradus filius in Siculo Regno ſucceſſit, qui immaturè mortuus, Conradinum adhuc puerulum hæredem dixit. Hunc Manfredus Friderici Filius, ac Regni Bajulus defunctum in Germania vulgavit, ut Regiis ipſe inſignibus donaretur. Interim vero Urbis noſtræ Pontifex Otho Caputius patria Trojanus, gente apud Neapolitanos nobili natus denunciatur; ſub quo Minorum Fratrum ſacra familia Catanæ ſedem ſtatuit, ædemque S. Archangelo Micheli dicatam in area Urſini Caſtri ejuſdem Epiſcopi decreto Catanæ XIII. Kal. Majas MCCLV ſignato occupavit. 1255
Quum id vero Cathedralis Eccleſiæ Monachis minime probaretur; perſcripſit ſequenti anno Alexander IV. Rom. Pontifex ſpeciali Diplomate V. Kal. Maii, ut Apoſtolica authoritate ratum haberetur. Pirrus hic Lucæ Vvadigni teſtimonium profert, ſcribentis multo ante Catanam *Franciſcanos* veniſſe, atque hoc anno in opportuniorem locum migraſſe, ſed noſtris non alia ſuppetit antiquioris Fratrum Coloniæ memoria.

(*a*) *Tom.13.Ann. fog. 600.*

XVII. Turbas per idem tempus in Regno excitas Urbis noſtræ ſtatum aliquandiu agitaſſe perhibent Siculi Annales. Commiſerat Fridericus Imperator paucis ante mortem *Siciliæ* pro-

(*) *Alibi Comes* Catanenſis *Regni Siciliæ* Mareſchallus *memoratur apud Bzovium ad An* MCCLIV *ideſt Petrus Ruffus* Chartanenſis, *ſeu* Catanzarii *Comes Raullus etiam quidam a Manfredo Rege eodem plane errore Comes* Cathanenſium *creatus dicitur*.

Ann. Xpi. 1255 proximæque Calabriæ regimen Petro Ruffo Carthanenſi Comiti, quem Inſulæ *Mareſchallum* creaverat. Hic Manfredo Principi inviſus, quod ejus ſupremam parvipenderet poteſtatem, juſſiſque minime pareret, tandem Conrado Rege mortuo, ejusdem inierat gratiam, utque Provincias Conradini pupilli nomine, vice tamen Manfredi Principis Regni *Bajuli*, moderaretur, impetrarat. Verùm non diu poſt *aſſenſu Principis* (ait Anonymus, Clariſs. Muratorio Nicolaus de Jamſilla appellatus) *Generalis Balii Regni nec requiſito, nec habito, monetam novam cudi fecit in Meſſana ſub nomine Regis Conradi* II; quæ cauſſa fuit, ut in ipſum Panormus primũ ac Pactæ, mox aliæ Siculæ urbes rebellarent. Has ad officium revocaturus cum electa Meſſanenſium manu contra Pactas movet, quas facile in ſuas adduxit partas; hinc in Calatajeronenſes exercitum duxit; *cumque perveniſſet* (*) *Leunconium* (proſequitur Jamſilla) *& ſequenti die pararet ſe in Leontinum, & iviſſet uſque ad flumen, invenit pontem a Leunconenſibus fractum, intellexitque quod Leunconium & Argirò manifeſtè rebellaverant; reverſus ergo in civitatem Cathaniæ, moratusque ibi per aliquot dies, recepit tam a Meſſanenſibus, quam ab aliis Siciliæ partibus in fidelitate manentibus equitum, peditumque præſidium. Cum jam Calatagironum, Heraclea, Biczanum, Aydona, Placia, Miſtrecta, Polizium, & Cephaludum apertè rebellaſſent, & neſciret, cui parti prius occurrere deberet, recepit a Caſtellano Caſtrijoannis nuntium nomine Guaimarium, qui ſignificavit ei, quod civitas Caſtrijoannis pa-*

(*) *Incertus locus, nulli alteri memoratus, ſed medius inter Meſſanam, & Leontinos, nec longe a Catana. An* Paternionium? *inde enim Leontinum uſque unius pene diei iter. An Leonfortis?*

rata erat ad rebellandum, ſi tamen ipſe properanter iret illuc, poſſet civitas ipſa de levi a rebellione cobiberi. Proceſſit itaque prædictus Petrus cum multitudine Armatorum & equitum & peditum verſus Caſtrumjoannem. Eo expugnato, Aydonum obſidet, ſed a civibus pulſus, Meſſanam repetit, ubi popularibus inviſus ſummum vitæ diſcrimen adiit, coactusque Urbe excedere, in Calabriam transmiſit. Ann. Xpi. 1255

XVIII. *Sequenti* anno Galvanus Lancea Manfredi conſanguineus Salerni Princeps renunciatus, in Comitiis Baroli habitis Regni Siciliæ & Calabriæ Mareſchallus creatur, ejus autem frater Fridericus Generalis Vicarius ad belli motus in utraque Provincia componendos conſtituitur. Cujus opera tota pene Sicilia ad Principis mandatum converſa, ut ſcribit Jamſilla laudatus, aliquandiu reſpiravit. Per eadem ferme tempora Otho Catanenſis Pontifex Anagniæ penes Romanum, ſupremumque Eccleſiæ Paſtorem verſabatur. Ex qua urbe Monachis S. Leonis de Panachio III. Nonas Julii perſcripſit, eisque Eccleſiam S. Cathaldi in Opido Paternionis conceſſit. 1256

XIX. Anno MCCLVIII. Manfredus Regias Inſulas Panormi III. Idus Auguſti ſuſcepit, rebusque in Sicilia compoſitis, Apuliæ partes repetiit. Groſſus in ſua Catanenſis Eccleſiæ notitia de Minorum Cœnobio differens, hæc ſcribit. *Cum autem Chriſtianæ pacis inimicus inteſtina odia, ac domeſticas ſeditiones Civium adverſus cives excitaſſet, ob quæ interius exteriusque turbata eſt Catanenſium rerum conditio, urgente per ea tempora Manfredi Regis perſecutione, Cœnobium hoc infra Arcis fines conſtitutum idem Rex, qui Regium Caſtellum ſibi liberum expoſtulabat demolien-* 1258

lien-

Digitized by Google

Ann. Xpi 1261. *ſiendum præcipit*. Verùm, quæ fuerint Catanæ id temporis turbæ, literarum monimentis tradit nemo. Nicolaus de Jamſilla Manfredi cum in Sicilia, tum in Italia res geſtas ſingillatim recitat, ac nullibi Catanam eidem Regi infenſam dicit. Inviſiſſe illum hoc ipſo anno Urbem noſtram, antequam Regiæ dignitatis honorem ſuſciperet, quum Meſſanâ terreſtri itinere Panormum proficiſceretur, non levi conjectura aſſequor; ſcribit enim laudatus Nicolaus: *Toto itaque Regno Neapolis in pace ſtabilito, Princeps Manfredus in Sicilam ire decrevit, ingreſſuſque Siciliam, paucis diebus apud Meſſanam moratus, ad Civitatem Panormitanam proficiſcitur viam faciens per Civitatem Caſtri-Joannis.* Cōſtat autem Meſſanâ frequentiori itinere Ennam euntibus Catanam occurrere. Hac igitur fortaſſe occaſione in hanc Urbem devectus, Arcis aream laxiorem ſterni, ac Minorum domus demolitionem præcepit. Ceterum, quum in Sicilia Roſinus ex eodem ordine Minorum ſummi Pontificis Legatus Romanæ Eccleſiæ jura contra Manfredum tueretur, Siculos pene omnes in varias abiiſſe factiones, non inficior, quid autem Catanæ actum, me neſcire fateor.

XX. Paucis poſt annis Richardo Filingerio Marſici Comite Siciliæ regimen adminiſtrante *Novus, & inopinatus ignaviæ motus*, ut verbis utar Jamſillæ, *invaluit; ac mirabilis ſtupor per Inſulam irrepſit. Dum enim quidam pauper Joannes de Calcaria nomine, infimæ conditionis, & abjectæ fortunæ mole depreſſus, ac inopiæ ſquallore diſcurreret, & concordibus forſitan vultus, ac ætatis indiciis, per quæ fallax opinio in uno, eodemque ſubjecto diverſas plurimaſque for-*

mas

mas ſimilitudinis conformitate mentitur, audivit pauper ab aliquibus, qui eleemoſynarum ſibi ſuffragia porrigebant, Imperatori præmortuo ſe fore conſimilem: cumque videret inopinato more verba crebeſcere, mutavit repente mendicus animum, & quæſitus hactenus ſuper his reſponſa negantia diſſimulat, quatenus veriſimilia faciat, quæ dicuntur. Oritur ex ipſius negatione ſuſpicio; & cum nutriatur hominum appetitus inventis, eò magis inſurgebat de ejus ambiguitate credulitas, quo major infiaciatio tradebatur. Jam rumor de verbo in verbum in fabulationem diſpergitur; diſcedit pauper a frequentia populi, barbam nutrit, ut inventa liberius valeat fabricare mendacia; loca petit vicina ſilveſtria; firmat in Montegebello latibulum; Imperiales ſibi mores, & verba, quæ veritas, & natura non dabant, adulta fictione componit. Anno Xpti 1261

XX. Proſequitur fuſiori ſtylo enarrare Nicolaus, ut plures exules concurſu ad pauperem facto, Imperatorem illum appellant, atq: ut ducem in munitiſſimum Centoripis collem ſequuntur. Ibi Joannes Imperiali ſigillo conflato, literas undique ad ciendos populos emittit, ac in eis, ſe olim habitu ſimulato, Divinæ permiſſionis oraculo ad expianda delicta, nonum jam annum peregrinationis exercitio peregiſſe confingit. Nonnullis itaque *Siciliæ* locis hujuſmodi fraude corruptis, longinquas etiam provincias figmenti novitas pervaſit. Hinc malo occurrere, ne paulatim ſubreperet, Ricardus Siciliæ Præſes ſtatuens, comparato exercitu, collem obſidione cingit, mox inito cum ſeditioſis prælio, illos fugavit, pauperem eiuſque ſocios dignis pœnis affecit: Catanæ ſuſpendio enectos Rebelles, atque Ennen-

ſium

Digitized by Google

Anno Xpi ſium opera captos, Pauperem denique Bartho-
1261 lomæi de Mileto, & Philippi de Catania ſuaſionibus excitatum tradit Neocaſtrus (*a*) *Durante cujus*, Manfredi ſcilicet, *figura dominii quidam fraudolenter procedentes, defunctum Imperatorem, qui dormiebat jam annis duodecim, ex ingenio Bartholomæi de Mileto, & cujuſdam Notarii Philippi de Catania apud montem Ætnæ in perſona cujuſdam pauperis ſimularunt, Patrem in filium hoſtiliter arma gerere ſatagentes. Turbatur inde pro majori parte Sicilia; & tandem conſiliis hominum Caſtri-Joannis, qui ipſum tradiderunt, adulterinus Imperator, ibi cum ſuis complicibus capitur, & apud Cataniam laqueo ſunt ſuſpenſi.*

(*a*) *Hiſt. ſuorum Temp. cap.* 8

XXII. Seditione rebellium ſupplicio compoſita, Rex in Siciliam transvectus, ut provinciam ab omni contagio perverſitatis expurgatam in ſtatu paci-
1262 fico ſua præſentia confoveret, Panormi aliquandiu ſubſtitit, tum Conſtantiam Filiam natu majorem Petro Aragonenſi Principi Juventutis anno MCCLXII nuptui tradidit. Inde ab Urbano Pontifice in judicium evocatus, diriſque ſollemni ritu devotus, Carolum Andegavii Ducem, Provinciæ Comitem, Ludovici Francorum Regis Fratrem ſibi æmulum, atque hoſtem a ſummo Paſtore adjectum intellexit. Hunc in Baſilica S. Petri anno MCLXV Romę in Siciliæ Regem inunctum, infenſiſſimum deinceps Manfredus expertus eſt; tandemque fatali prælio victus, ac hoſtium ferro ſublatus vitam, regnumque ſimul amiſit.

Digitized by Google

CAPUT IV.

CATANA

SUB GALLIS.

I PArta tam inſigni de hoſte Manfredo victoria Carolus Beneventi Urbem in deditionem acceptam, dirutis mœnibus, magna ex parte vaſtavit; tum theſauris illuc a Suevis Principibus congeſtis potitus, Siculos Legatos Inſulam ultro dedentes excepit, ac Philippum de Monforte, Guidonemq. ejus fratrem ſuos in Siciliam Vicarios deſtinavit, qui incolas in fidem reciperent, & Conrado Capyrio (*) aliiſque Conradini, Conradi Regis Filii, partes tuentibus ſeſe opponerent. Porro, quum inter conditiones, quibus Siciliæ Regnum a Romano Pontifice Carolus acceperat a Summontio exſcriptas (*a*) illa loco XVI. recenſeretur: *Quod Eccleſiis Regni omnia reſtituantur ablata*. Ac Legatum idcirco Pontifex anno MCLXVI Rodulphum S. R. E. Cardinalem Epiſcopum Albanum deſtinaſſet, ex Urbe Tarentina perſcripſit hic VI Idus Januarii Matthæo Pontifici Syracuſano, ut ad Catanenſis Eccleſiæ jura vindicanda, quæ ab anno MCCXXXIII paſſum ierant, ſe conferret. Suſceptæ provinciæ Matthæus ſtrenue ſatisfecit, teſtibusq: receptis, atque diſcuſſis x. Kalen: Martii comperit; *Catanen-*

Anno Xpi 1265.

(*a*) *de Reb. Neap.*

(*) *Conradus inter decem Equites Manfredi ſtrenuiſſimos a Cruſio lib. 2. cap. 16. recenſetur, qui in acie, qua idem Manfredus vitam, ac Regnum amiſit, Carolum adorti, ut eum interimerent, hoſtium multitudine oppreſſi periere, ſolo Conrado ſuperſtite, qui gladio ſibi viam aperiens in Siciliam transmiſit.*

Digitized by Google

Anno Xpi

1267 *nenſem Eccleſiam fuiſſe in poſſeſſione, vel quaſi, cognitionis cauſarum criminalium in Civitate Cataniæ, Terris Jacii S. Anaſtaſiæ, Maſcbalarum, & in poſſeſſione, vel quaſi, cuſtodiæ Portus Civitatis Cataniæ, & in poſſeſſione, vel quaſi, tertiæ partis Dyganæ ejuſdem Civitatis, & in poſſeſſione, vel quaſi, Caſtri Calatabiani cum civibus, juribus, & pertinentiis ſuis, & fuiſſe per Dom: Fridericum olim Rom. Imper. præmiſſis omnibus, & ſingulis ſpoliatam, & Dom. Carolum illuſtrem Regem Siciliæ per officiales ſuos permiſiſſe omnia, & ſingula retinere.* Datis hinc literis Petrum de Almagnone Regni Siciliæ citra flumen ſalſum Juſtitiarium, Regiumque Camerarium de his omnibus inſtruxit, confectiſque deſuper tabulis, illas ad Legatum direxit; a quo *Sententiæ* reſcriptum emanavit, jura hæc Epiſcopis adjudicantis ſub IV Idus Septembris MCCLXVII a Groſſo, & Pirro relatum. Legati Sanctionem Carolus ipſe ſuo diplomate ratam habuit menſe Auguſti ſe-

1268 quenti anno, ſuis adminiſtris præcipiens, *quatenus Prælatos Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac perſonas, & loca alia, quibus adjudicata eſt per Legatum rerum poſſeſſio, vel procuratores eorum in corporalem poſſeſſionem prædictarum rerum inducerent, ac inductos defenderent.*

II. Interim Capytius e Germania Conradinum advocat, atque in Africam contendens, collecto Pœno milite, una cum Friderico Alfonſi Caſtellæ Regis fratre copiis etiam inſtructo in Siciliam tranſmittit. Tum conjunctis viribus cum aliquot Siculis Conradino faventibus hoſtes ſibi obvios fugant; Mazariæ, ac Neti valles, Panormo, Meſſana, ac Syracuſis exceptis, Urbemque noſtram cum primis in fidem recipiunt, ac nutan-

tan-

Digitized by Google

tantem Inſulam in Suevorum clientela aliquandiu retinent. Sabas Malaſpina (*a*) *Inter famoſas ſane terras, & fortes, ac utiles, quas dictus Conradus Caputii ſubegit dominio Conradini, ſunt iſtæ præcipuę Agrigentum, Terranova, Licata, Notum, Calataſcibet, & Nicoſia, Cathania, Auguſta, Caſtrum S. Joannis, Centurbium, Platia, & ultimo Leontinum*. Has omnes per literas etiam a Conradino emiſſas Fridericus, & Capytius firmare ſtudent, quas ab Capytio confictas nonnulli immerito vulgarunt. Victo Corradino ab exercitu Caroli, ac mox Neapoli crudeliter capite truncato, majores Gallorum copiæ duce Guillelmo Eſtraardo Siciliam invadunt, magnaq: ex parte recuperant, Conrado Capytio a Centoripinis dolo circumvento, ac hoſtibus tradito; *cujus oculos*, inquit Malaſpina, *ſtatim Standardus abſque ullo judicio mandavit avelli, evulſiſque oculis, Cathaniæ in altis præter morem furcis juxta littus maris ſolitarius alligatus dimiſit in aere vitam ſuam. In ſignum autem, quod fuerat Militiæ cingulo decoratus, ſcutum ſuum ſplendeſcens coloribus fulgoroſis vitri perlucentis ad inſtar ſuſpenditur cum eodem*.

Ann. Xpi. 1268

(*a*) *Hiſt. lib. 4. apud Murator*

III. Bartholomæus Neocaſtro morte Conradini deſcripta ſubdit (*b*) *Poſt conflictum autem Regum rumor in Sicilia promulgatur, miratur, & gaudet populus Meſſanenſis, turbatur Fridericus Lancea*. Hic pro Conradino ſtrenuè rem geſſerat, *in Siciliam tranſcendit; collectæ vires hebetant, prudentes fortunæ victrici Inſulam derelinquunt, ad alienas nationes provehuntur; Capitur a ſuis in ſeptemplici monte, Alaymo exhibente, Capycius, & apud Civitatem Cataniæ pendulus vitam vomit*. Conradum hunc cum alio Regii generis Friderici Impera-

(*b*) *Hiſt. cap. 2.*

Anno Xpi 1269 peratoris ex Filio Friderico Nepote, *de Anthiochia* ab ejus Urbis Principatu, & *de Caputo* etiam ab Hiſtoricis appellato male confundunt noſtri Fazellus, Pirrus, & Groſſus. Conradus enim de Antiochia cum Conradino captus, ac poteſtati Eccleſiæ commiſſus dicitur a Saba Malaſpina. Majori oſcitantia erratum in Friderico Regis Caſtellæ fratre, qui Conradini partes in Sicilia cum Capytio tutatus, ex conventione in Africam liber remeavit cum ſuis, peſſimeque cum altero Friderico Auſtriæ Principe Conradini conſobrino, mortiſque ſocio confunditur.

IV. Othonem porro Catanenſem Pontifi-
1271 cem a Guidone Montisfortis Comite Gallicæ Claſſis Præfecto exilio, aut nece mulctatum cum aliis Siciliæ Proceribus ſubindicat Fazellus (a) & cum eo laudati Pirrus, & Groſſus. Othonis loco Angelus Buccamatius, Patria Romanus, ex nobili Sabellorum familia circa annum MCCLXXI aſſumitur. Fuit Angelus Joannis S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopi Montis-Regalis germanus frater, ac Regi Carolo apprime carus; ejus enim fidei plurima Rex ipſe bona credidit Regiis fidelibus impertienda, quæ publico ærario ex perduellium fortunis fuerant addicta. Rei monumentum habes apud Groſſum. Sed perduellium nedum jura Carolus, ejuſque Miniſtri ſibi per Siliciam vindicaverant; ſed incolas univerſim adeo inſuetis oneribus; atque inauditis vectigalibus urgebant, ut Regnum loco prædæ habere viderentur, plebemque ac nobiles impotenti dominatu exagitarent.

(a) dec. 2. lib. 8. cap. 4.

V. Nec ipſę Eccleſiæ ab hujuſmodi rapinis immunes, quarum bona, quamvis non apertè attentarent, nova tamen lege nequiter adin-

Y venta

venta, Portus ad Eccleſias ſpectantes *in ſua ſo-* Ann. Xpi. 1272
litudine, ut Malaſpina ſcribit (*a*) *remanere de-*
(a) Hiſt. lib. 6. cap. 2. *ſertos, & inapplicabiles navibus mandarunt. Hinc Pactenſis, Catanienſis, & Cephadulenſis Eccleſiæ, quibus jura portuum Civitatum ipſarum, ex privilegio competunt Fælicium Auguſtorum, nec non & quibus Civitates ipſæ temporaliter, & ſpiritualiter ſunt ſubjectæ, ſpe fructus dictorum portuum ſunt privatæ*. Hæc Malaſpina: Noſtro nihilominus Epiſcopo Carolus Rex facultatem anno MCCLXXIX. 1279
largitus eſt, *decimas percipiendi, & tarenos veterum jurium Regiæ Curiæ in omnibus terris diœceſis* Catanenſis, *necnon* 250 *tarenos auri ponderis generalis de proventibus Civitatis Calatajeronis*. Regias literas apud Lacum Penſilem VII. Kal. Auguſti obſignatas locis laudatis exſcribit Groſſus. Jura porro, ac proventus Opidi Calatajeronis *ratione Caſalis Juditæ, & S. Mariæ de Rasò Catanenſis Eccleſia, ac prædeceſſores Pontifices conſueverunt percipere*, ut in diplomate legitur. 1281

VI. Jamvero, quum uni tantum rapinæ, avaritiæ, ac libidini, Carolo Rege, iniquo in Siculos animo; id fortaſſe permittente, Galli ſtuderent, ſeptemque ac decem annos illatas injurias æquanimiter Siculi toleraſſent, unanimi; ac prorſus mirabili tandem conſenſu in Francos conſpirarunt, eoſque ingenti clade per univerſam Inſulam paucis diebus ad unum, ne parvulis quidem in utero parcentes, crudeliter peremerunt. Panormi ad horas veſperas die ſecunda Paſchatis in area Sancti Spiritus extra muros Gallorum laniena cœpta eſt; hinc apud Hiſtoricos Siculæ Veſperę celeberrimæ. Interim Petrus Aragonius, cui Proceres aliquot Siculi in Aragoniam adve-

cti

Ann. Xpi 1282 cti duce Joanne Procita dedendam Siciliam ſpoponderant, cum claſſe in Africam, ſacram ſimulans expeditionem, delatus, ibique Hippone Urbe incenſa, Siculæ defectionis exitum præſtolabatur; qua audita, Legatos in Siciliam mittit, juramentum fidelitatis ab incolis exigit, ac obtinet, demumque Panormum appulſus, Regni coronam jure Uxoris Conſtantiæ Tancredi filiæ aſſequitur. Tum contra Carolum Meſſanam dura obſidione prementem ducit, eumque in Calabriam fugat. Sunt qui Procitam Catanenſem Patricium dicunt, ſepultumque in æde ſacra S. Mariæ Majoris Ordinis Prædicatorum extra Catanæ mœnia affirmant; ſed alibi de illo fuſiori calamo dicam.

CATANÆ

Digitized by Google

CATANÆ ILLUSRATÆ

LIBER VI.

CAPUT I.

CATANA SUB ARAGONENSIBUS AB ANNO MCCLXXII AD MCCXCVI.

Anno Xpi. 1282

I EXactis Gallis, Petrus ovans Meſſanam ingreſſus ad componendas provinciæ res totus incubuit, nec diu poſt XVII. Kalendas Novembris Catanam venit; *Erat quidem*, ſcribit Bartholomæus de Neocaſtro (*a*) 2. *dies Octobris XI Indict. qua ſub palleo Regem recipiunt Pharii... Sextodecimo autem menſis ipſius Rex Cataniam adiit; & ibi ſtatim vocatis atque præſentibus Syndicis Vallis Nothi alloquitur ipſe idem ſingulos, hortans ipſos, & totam ſimul Siciliam de adventu, & ejus præſentia, & quod eo prævio cunctus Siciliæ populus in confuſionem, & finale eſterminium hoſtium animetur.* Eadem ſcribit Zurita, ſubditque, Catanenſes hanc nacti occaſionem, ſeſe ab juriſdictione Epiſcoporum exemiſſe. Quod uti falsum infra rejiciam. Tum ait (*b*) quod ad Catanæ Urbis cuſtodiam,

(*a*) *Hiſt. cap.* 53.

(*b*) *Ann. Arag. lib.* 4. *cap.* 18

ac Demanæ Vallis tutelam Fridericus Muſet Mothycæ Comes præſidebat, qui Rhegium quinquaginta pedites miſit. Neucaſtrus vero quincentos fuiſſe tradit: *Undecimo autem menſis Novembris Comes Fridericus Muſca apud Scaleam pro recipienda, & regenda terra ipſa nomine Regis transmittitur, et in Calabriam 60 Almugabaros* (*) *mittit ad vicinas partes Rhegii, qui loca ipſa ſubverterent, & in ruinas & ſpolia crebris, & latentibus ſtimulis excitarent.* Fazellus denique de Petro loquens, deque indicto inter utrumque Regem Burdegalis in Vaſconia ſingulari certamine Kalendis Junii MCCLXXXIII (a) *Petrus*, inquit, *Rex decreto duelli die, relicto in Calabria exercitu, in Siciliam venit, & Catanæ Conventu cum Proceribus habito, vectigalia omnia quæ Carolus impoſuerat, remiſit, ut ejus adhuc diplomate conſtat. Conſtantiam Reginam Regni Gubernatricem, Jacobum filium Infantem, quæ dignitas Regi proxima eſt, Guillelmum Calcerandum Neeti regionis Vicarium, Alaymum Leontinum Magiſtrum Juſtitiarium, Joannem Procbitam Cancellarium, Rogerium Lauriam Claſſis Præfectum & Admiratum inſtituit.*

Anno Xpi 1283

(a) Dec. 2. lib. 9. cap. 1.

II. Quinto Idus Maii MCCLXXXIII. e portu Drepanenſi, Sole in occaſum vergente, ſolviſſe proceribus comitatum Petrum Regē ſcribit Neucaſtrus; XIII. Kal. Junii Valentiā Burdegalē magnis itineribus contendiſſe, condictaque duelli die Joanni Grilliaco Angliæ Regis *Mareſchallo* ejuſque Vicario, certaminis præfecto, diſſimulato habitu ſeſe præſentaſſe, indeque occultè

(*) Nicolaus Specialis lib. p. cap. 19. *Almegareras* pedites milites intelligit. Vide Gloſſarium Dufreſne tom. p.

Digitized by Google

Anno Xpi 1283 tè, quòd, Carolum inſtructis copiis adfore, ac Regem Galliæ cum exercitu ad eum intercipiendum, mox adventurum fama, certuſque rumor vulgarat, diſceſſiſſe affirmat. Nec diſſonat Chronicon Siculum a Martene in Theſauro Anecdotorum, & noviſſime a Muratorio editum, concinitque Nicolaus Specialis (*a*) in ſua Sicula Hiſtoria, quibus omnino utpote Synchronis ſtandum; quidquid de Petri infidelitate ſcriptores exteri occlamitent.

(*a*) *Hiſt. lib.* 8. *cap.* 25.

1284 III. Sequenti anno Carolus Andegavenſis ex concepto animi dolore ob filii captivitatem vivere deſiit. *Neque fuit mors ejus abſque prodigio*, inquit laudatus Specialis (*b*) *nam in diebus illis Mons Ætna vehementi motu concuſſus eſt, atque ab ea parte, qua reſpicit Orientem, ita terribile oculis mirantium eructavit incendium, quod tamquam alluvies per declivium montis manans, (mirabile dictu) Eccleſiam ſub nomine S. Stephani, quæ in Eremo eſt, per latera hinc inde circumdedit, tamen in aliquo non offendit, quod uſque in hodiernum diem miraculoſum apparet*. Idem incendium a Philippo Paruta adnotatum paucis verbis: *Ætna mittit ignes ſub mortem Caroli Regis circa annum* 1184. refert Groſſus. Interea Pirronus quidam Aydonenſis Siculus, & Antonius de Monte Apulus Ordinis Prædicatorum Summi Pontificis nomine, Siculos ad defectionem occulte ſollicitabant, & Guillelmum Maniacii Abbatem, aliòſque in ſuas pellexerant partes; Verùm Meſſanæ tandem deprehenſi, ubi diu inter Moniales S. Mariæ de Scalis latuerant, cum honore Neapolim remittuntur, qui ſeſe jurando obſtrinxere, mox ut Romam pervenirent, pacem Siculis, atque a diris, quibus implexi erant

(*b*) *lib.* 1. *cap.* 29.

erant, relaxationem ab Apoſtolica ſede implora- *Ann. Xpi.* 1285
turos. Guillelmus vero Melitam primo, mox Romam relegatur, ejuſque Nepotes Meſſanæ capite plectuntur. Bonamicus de Randis ex conjuratis unus *in Ætnæum nemus intrans*, Neuca-
(a) *Hiſt. cap.* 97. ſtrus ait (*a*) *conſpirationem jam fecerat, ſed ex induſtria, & ſtudio Matthæi de Thermis in gratiam Regis, & Infantis receptus convertitur*. Ut porro ad Pontificis conſpectum Apulus, & Siculus Fratres devenere, promiſſis fidem nullimode ſervantes, hæc inter alia ſuggeſſerunt,
(b) *Hiſt. cap.* 109 Neucaſtro eodem teſte (*b*) *Ecce ſi jubeas, Auguſtam, quæ locus quietis, & ſecuritatis noſtræ primus erit, intrabimus. Leontinum nobile, & optima Cataniæ civitas, & reliquæ partes Vallis Nothi, & Demanæ, quas olim jam tentando circuivimus, noſtræ, nobis illic apparentibus, erunt.* Cujus ſane jactantiæ qualis exitus fuerit, mox videbimus.

IV. Jamvero æmulo Carolo Petrus Siciliæ, & Aragonum Rex nondiu ſupervixit, cujus loco Jacobus infans Regiis inſignibus IV Nonas Februarias Panormi donatur. Petri mortis nuncium pridie Idus elapſi Decembris Rogerius Lauria Siciliæ Talaſſiarcha ad Conſtantiam Panormi tunc degentem cum lacrymis detulerat. Hic e Baleari majori ſolvens in Leonenſi ſinu magna ventorum vi jactatus, naves aliquot amiſit, quas inter una ex Catanenſibus triremibus periit. Hinc Alphonſo Petri Primogenito in ejuſdem Balearis Inſulæ expugnatione ſuppetias contra Gallos ſub Lauriæ ductu Catanenſes tuliſſe aſſequimur. 1287

V. Anno MCCLXXXVII. Galli, & Cruceſignati ſub vexillis Eccleſiæ exſcenſiione facta, Au-
guſtæ

Anno Xpi 1287

guſtæ arcem, urbemque ex inopinato adoriuntur, ac facili negotio, quod Cives abeſſent, expugnant. Id ut Jacobus Meſſanæ tunc agens accepit, collecto milite, inſtructaque Rogerii Lauriæ opera ingenti claſſe, contra hoſtes movit, & Tauromenium primo, mox ſequenti die Catanam venit. *Et cum jam*, Neucaſtri verba uſurpo, *perveniſſet apud Jacium, quod diſtat a Catania per milliaria ſex, obviavit Comiti Camerario, qui ad eum veniebat; cumque jam eſſet ultra Jacium, viderunt, Galeas hoſtium veliſicantes verſus Cataniam, a cujus portu diſtabant forte per milliaria duo; Et ſtatim Comes ait: Domine Rex quid eſt agendum? Reſpondit Rex dicens, quod adeamus Cataniam; dicit Comes: Domine ſocios paucos habetis, & ſi hoſtes, ut ſperant, Cataniam habebunt, omnia ſub periculo ſunt; propterea tutius eſſet, ut ad tutiorem locum, vel in Meſſanam redeamus. Dicit Rex: abſit, quod Filius Regis timore hoſtium redeat; Qui me diligit me ſequatur ... Aſt ille dixit: Domine, cum non ſim fœlix in armis, fortuna mea non eſt tecum. Sine, ergo, ait, ad Dominam Reginam adeam ... Et eo recedente Rex curſu præcipiti ad civitatem Catanenſem accelerat, paucis ſequacibus, propter ſaxoſam, & arctam viam, per quam quadrupedes ordinate perambulare non poterant. Qui cum perveniſſet apud Cataniam, receptus fuit a populo, qui ſi non veniſſet, credebat propter adventum hoſtium deperire.* Non ergo Catanenſes Gallorum emiſſariis ſpoponderant, apparentibus illorum copiis ſeſe ſtatim dedituros. *Jam Rex Regalem ædem ſubiit, & ecce poſt puſillum Nobiles cum eorum comitivis laborioſi adveniunt; erat quaſi hora* IV *diei; totus populus ad arma concurrit.*

A a *Erat*

Erat ibi preſens Guillelmus Calcerandi Vicarius ultra flumen Salſum cum ducentis equitibus, Riccardus de Paſſaneto de Leontino cum totidem, Riccardus de S. Sophia inter ſuos, & Equites Civitatis, quia erat ibi tunc Capitaneus, cum totidem, & Rex habebat quadringentos Equites milites valde ſtrenuos, & alios bellicoſos. Hoſtes quidem ad inſtinctum Prædicatorum Fratris Perroni, *& F. Antonii venerunt Cataniam, cauſa eam recipiendi; venerunt namque per mare, & per terram potentes; omnes enim milites, & equites eorum doloſe latitaverant ſe in loco, qui dicitur Laganetum, qui diſtat a Civitate per milliaria duo, credentes intercipere populum in littore, ſi ab eorum requiſitionibus reſilirent, dummodo ſi exiviſſent forſan ad defendendum littus contra nautas volentes ad terram deſcendere.* Et Claſſis quidem, quum nec milites, qui tuerentur Urbem, nec qui ſe dederent Cives, pro mœnibus cerneret, contractis velis exitum præſtolabatur, ac navim curſoriam exploratum emiſit, quæ ſecura portum adiit, atque ad ſuos ſub veſperas remeavit. Rex enim præceperat, ut nullo cives ſeſe proderent indicio, urbemque derelictam, atque habitatoribus vacuam decepti hoſtes crederent. Inter hæc Conus quidam Catanâ egreſſus in hoſtes incidit, ductuſque coram Raynaldo de Avella illorum duce, deque Urbis ſtatu interrogatus: *Si veritatem,* reſpondit, *vultis, quod dicam, laudabile erit, ſi credatis mihi. Bonus Rex Jacobus hodie Cataniam intravit cum 2. millibus equitum, & 20. millibus peditum Meſſanenſium, & Catalanorum, & ſtant ſilentes, quia hac nocte Admiratus per mare, & Rex per terram vos, & gentem veſtram percutient; propter quod, ſi hic eritis,*

Ann. Xpi 1287

Ann. Xpi. 1287 *ritis, omnes mortui eſtis, & ſi evaſeritis, non tranſibit dies octavus, quod tota Sicilia veniet ad confundendum vos*. Nec diu poſt interceptus alius eadem firmavit; hinc collatis conſiliis, deque omnibus Claſſario milite edocto, Galli diſcedunt, quorum extremum agmen *Martinus Lopis de Oblit* Catalanus miles quinquaginta ſagittariis Catanenſibus, ac decem equitibus ſtipatus ad Symethum uſque Rege inconſulto, inſequitur, hoſtium complures viarum inſcios hinc inde palantes interficit, alios fugat, nec, niſi Regis mandato urgente, ab iis exagitandis abſtinet; Qui agre tandem ſeſe Auguſtam recipiunt, quo etiam Claſſis remeavit. Hæc ex Neucaſtri prolixa enarratione exſcerpſimus. Jam vero idem proſequitur:

„ VII. Sequenti die Martis Rex de Val„ le Noti Siculos evocat, ut ſecum in mini„ ſterio belli conveniant, in quorum diſpen„ dia hoſtes venerant conſpirati. Jam equites, „ ex locis accelerant, & venientium peditum „ non eſt finis. Ordinantur quidem, & mittun„ tur de terris ſingulis mutuæ viciſſitudinis bel„ latorum, ut ſi bellorum caſus accideret, unuſ„ quiſque portaret laboribus mutuis pondera „ præliorum. Interea ſequenti die Dominico „ 12 Maii prudens Admiratus Cataniam cum „ 40 galeis ex Phariis armatis, & Siculis ap„ plicat, & ſolus ad terram deſcendens Regem „ quærit, quem allocutus eſt in loco, ubi di„ citur Triſtaynus. Erat enim ibi ſupra littus „ quædam columna marmorea proſtrata in ter„ ra, in qua erat ſculpta imago cujuſdam Sa„ raceni, qui vocabatur Triſtaynus, in cujus „ memoriam erat illa ſculptura, & erecta fue-

rat

„ erat Columna in palatio illius, quod fabri- Anno Xpi
„ cari fecerat ſupra littus; poſt cujus deſola- 1287
„ tionem adhuc marmor illud Triſtayni caſum
„ deflet. dixit autem Admiratus: Ecce per gra-
„ tiam Dei galeas armatas habeo ex potenti-
„ bus Phariis, in quibus eſt ſpes noſtra; pro-
„ pter quod, duce Chriſto, hac nocte contra
„ hoſtes iturus ſum, nec inde recedam, niſi
„ Auguſtam nomine tuo recuperem; Tu vero
„ craſtina die Lunæ ſummo diluculo mihi, &
„ nautis ſuccurre; quia contra hoſtes poſitu-
„ rus ſum. Et galeam aſcendens hora quaſi me-
„ diæ noctis cum extolio toto velificat, in Au-
„ guſtam fœliciter proficiſcens: & cum crede-
„ ret ibi galeas hoſtium invenire, galeæ ipſe ab
„ inde receſſerant per viam ſuperiorem maris
„ ultra Siciliam in patriam reverſuræ. Rex qui-
„ dem ſtatim cum toto exercitu Civitatem e-
„ grediens, vocato ad ſe Blaſco Mactia milite
„ Catalano vexillum Aquilarum victricium per
„ eum geſtandum ſibi fœliciter tradidit, et eo
„ recepto, ſtetit ſuper tumulum, quouſque totus
„ militaris exercitus, & peditum comitiva egre-
„ dientes de Urbe, patentes campos tenerent;
„ Et cum jam ſol inclinaret in occaſum, & ad
„ ripas placidi fluminis perveniſſent; placuit
„ Domino noctis otia ſuper virides ſegetes, quas
„ nondum apti temporis maturaverat gravitas,
„ cum ſociis ſumere. Aſt cum circa Auroram
„ Rex quieſceret, & forent ejus oculi ſomno
„ graves, ecce Sacra Imago ſub ſpecie mirabi-
„ lis Virginis viſa eſt ſibi adſtare (*) ſupra cer-
vicem

(*) *Virginem hanc Jacobo viſam B. Agatham fuiſſe tradunt Carrera, & Ferdinandus Paternionius, quos Groſſus etiam ſequitur.*

Ann. Xpi. 1287 „ vicem ejus, & oſtendens ei colubrum magnum nigrum venientem adverſus eum, ait: „ Dirige gladium tuum in colubrum hunc: & „ tolle eum ne pereas; & paulo poſt oſtendit „ Cervum venientem cornibus elatis verſus eum curſu præcipitem, & rurſus ait: Tinge gladium tuum ſanguine cervi huius, quia Coronam hoſtium accipies, cuius interitus tibi „ fœlix, guſtus vero amarus, & hoc quidem erit primum militiæ, & victoriæ tuæ ſignum. „ Cumque jam eſſet hora matutina, & ad iter „ ſinguli pararentur, Rex, quæ in ſomnis viderat, Secretariis ſuis exponit; & cum perveniſſent ad locum, ubi dicitur Agnonum, „ ecce coluber ſicut in ſomnis viderat veniens „ tortus ante Regem apparuit, quem, cum ſe erigeret ad pedes quadrupedum, nemo poterat ipſum percutere, deſcedens vero de equo quidam, qui vocabatur Joannes Storna „ denudato enſe percutiens colubrum, collum ejus abſcidit, ita quod mortuus eſt. Et paulo poſt Cervus mirabilis curſu præceps adverſus equites veniens, canes inſequentes levitate decipiens, equites, & emiſſa venabula vitat. Aſt Rex emiſſo clamore ait: Cingite locum corona quadrupedum ad modum ovilis, „ ne exiens Cervus decipiat ſenſus noſtros; oportet enim Cervum mori; ut adimpleatur „ ex ejus interitu, quem Virgo prædixerat, ſermo bonus. Et ſtatim Villanova miles extorquens immiſit venabulum, & cervi utraque „ diſſecat latera, & cum caderet, enſe feriente, cervicem Cervi diſſociavit ab humeris.

XIII. Interim Admiratus eodem die Auguſtam appulſus, navales copias educens Urbem

adoritur, actiſque in fugam hoſtibus, mœnia expugnat, machinas, & belli apparatus ad arcem obſidendam diſponit. Mox cum terreſtri exercitu Rege adventante, non ſemel Galli, ac Cruceſignati ad deditionem ſollicitantur, ubi vero arcis munitionibus fræti, oblatas pacis conditiones reſpuunt, undique premuntur, tandemque nimia coacti fame, impetrata vitæ tantum venia, Regis clementiæ ſe committunt. Auguſta expugnata, Jacobus Catanam remeavit, ibique III. Kal. Julii navalis triumphi ab Rogerio de Lauria in Surrentino littore ex hoſtibus reportati accepto nuncio, non diu poſt Meſſanam repetiit, unde in Calabriam contra Gallos duxit. *Anno Xpi. 1287*

IX. Beſoldus ex Collenutio (a) refert, quod quum Odoardus Angliæ Princeps, ut pacem inter Jacobum noſtrum, & Carolum II., qui captivus in Catalonia detinebatur, conciliaret, in Aquitaniam veniſſet, jamque ad votum omnia impetraſſet, *Atrebatenſis Comes, & Legatus Cardinalis, qui Regnum Neapolitanum gubernabat, Siciliæ recuperationem tentantes inſtitutum impediverunt. Conductis enim quibuſdam Venetorum triremibus, & aliis ad quinquaginta fere comparatis, ac cum ex Tuſcia, tum ex indigenis Regni magno exercitu conſcripto, eoque, Ranaldo Balzio Comite Avellino ductore, in Siciliam tranſmiſſo, Cataniam paucis diebus occuparunt, præſidiiſque munierunt*. Quibus cognitis, Rogerius Lauria, recens de navali victoria apud Narbonam ducta elatus, in Siciliam cum claſſe contendit, Inſulæ rebus opem laturus, profligatiſque hoſtium Navibus, quas obvias habuit, ingentem de hoſtibus triumphum reportavit. *Quare*,

(a) *Hiſt. Reg. Sic. Neap.*

Digitized by Google

Anno Xρi 1288 *re*, proſequitur Collenutius, *factum eſt*, *qui Cataniæ erant in Præſidiis ab Aragonenſibus obſeſſi, de auxiliis deſperantes, ſeſe ea conditione dediderunt, ut ipſis, et Comiti Avellino cum copiis diſceſſus ſine periculo concederetur*. Hæc cum relatis a Neucaſtro minimè cohærent, qui oculatus teſtis Auguſtam in Gallorum poteſtatem veniſſe ſcribit, minime vero Catanam. Nec alia Gallos expeditione Siciliam tentaſſe aliunde conſtat, quam Neucaſtrus diligentiſſimus alioqui Scriptor literis profecto conſignaſſet.

X. Sequenti anno *die* XIII *Septembris cum Hieronymus venerabilis Eremita, qui ſub aſperitate vitæ Chriſto ſervire elegerat in Ætnæo monte Siciliæ ſacri cubilis limina Divina providentia viſitaſſet*, ut laudatus Neucaſtrus ſcribit (*a*) atq: ab Angelo admonitus Romam vir pius ad Pontificis pedes veniam Siculis imploratum acceſſiſſet, adeo viri ſimplicitate, verbiſque commotus Summus Eccleſiæ Paſtor ab eodem Neucaſtro memoratur, ut Legatum, qui ad ſacrum bellum
1289 Siciliæ Regem hortaretur, tranſmitteret. Degebat tunc Jacobus forte apud Maſchalas in Ætnæ finibus, quò eum Apoſtolicus Legatus convenit, paciſque conditionibus propoſitis, contra Chriſtiani nominis hoſtes Regem accendit.
1290 Verum inopinata, ac immatura Alphonſi Regis Aragonum, Jacobi Fratris mors conſilia diſſolvit. Incidit hæc in annum MCCXC, quo e Sicilia in Aragoniam Jacobus contendit, fratremque natu minorem Fridericum, qui Infans dicebatur, Regni huius Vicarium conſtituit. Ut porro Aragoniæ coronam eſt aſſequutus, Siculis poſthabitis, Inſulam favore Caroli Neapoleos Regis, Pontifice adnitente, ceſſit, ſuoſque milites, ac Proceres in patriam revocavit. XI.

(*a*) *Hiſt.cap.*III.

Digitized by Google

XI. Inter hæc Angelus Catanenſis Pontifex e vivis exceſſerat; anno enim MCCXCV. in Epiſcopali interregno Raynaldo Cathedralis Eccleſiæ Priore Generalem Vicarium agente, Moniales S. Juliani e colle S. Sophiæ extra Urbis mœnia intra pomerium reductæ ſunt. In mſto Catanenſium Pontificum Catalogo ex Rom. Cancellaria eruto Andreæ Catanenſis Electi fit mentio hiſce verbis: *Andræas Epiſcopus anno* MCCXCV. *Succeſſor Angeli.* Sed hic fortaſſe, ut ait Pirrus, *Catanam non vidit*; nulla quippe ejuſdem extant acta; infulas idcirco Epiſcopales vel non eſt aſſequutus, aut gliſcentibus in Sicilia tunc temporis cum Romana Eccleſia diſcordiis, ſedis ſuæ poſſeſſionem numquam iniit. Eodem anno Fridericus Infans e Campania redux, quò cum Romano Pontifice convenerat, Generalia Comitia Catanæ celebranda indixit, pridie Idus Decembris perſcriptis literis, in veteri Siciliæ Chronico a Martene, & Muratorio noviſſime edito recitatis, ubi vocem *Catheriæ* loco *Cathaniæ* ex errore adnotatam deprehendes. *Et quia ſupradicti Comites, Barones, Nobiles, & Syndici ipſi conſultius providerunt, quod vocatis, & coadunatis Syndicis omnium terrarum, & locorum totius Inſulæ apud Civitatem Catheriæ xv menſis Januarii primo venturi hujus nonæ Indictionis debemus ibidem Generale colloquium celebrare.* Anno Xpi 1295

XII. Jamvero ex Aragonenſibus, Catalaniſque Proceribus ab Jacobo Aragoniæ Rege evocatis, aliquot in Patriam rediere, nonnulli vero Friderico adhæſerunt, quos inter Blaſcus de Alagona vir ſtrenuus, Hugo de Empuriis, aliique recenſentur. Hi ſupremis Regni magiſtratibus donati, egregiam deinceps operam legitimo Principi navarunt, ut ex dicendis patebit.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT II

CATANA

SUB ARAGONENSIBUS

AB ANNO MCCXCVI AD MCCCXXXVI.

I ANno MCCXCVI ineunte Siculi Magnates, atque Urbium Legati Catanam convenere, ibique in Templo majori Regni Comitiis celebratis, Fridericum Petri Aragoniæ, ac Siciliȩ Regis filium ſibi in Regem adſciſcunt. *Convenientibus in unum*, inquit Nicolaus Specialis (a) *Catalanis, Aragonibus, cunctiſque Magnatibus, & Syndicis, Siculorum in Cataníenſi Eccleſia Generale colloquium celebratur, ubi Rogerius de Lauria primum orans, Fridericum, & fato debitum, & ex teſtamento Patris ſubſtitutum, & pari voto Siculorum omnium invocatum futurum Regem Siciliæ prædicavit, cujus orationem Vinciguerra de Palatio ſubſecutus, pluribus, & decoris quippe rationibus approbavit. Ne plura, de Coronatione Friderici Magnates, & plebs omnis pari voto conveniunt, & ad futuram ſolemnitatem Coronationis hujus die conſtituta, diſcedunt*: Fuit hȩc quinta, & vigeſima Martii, in quam Reſurrectionis Dominicæ feſtum eo anno incidit, ingentique ac celebri pompa Rex inunctus, ac Regio Diademate donatus, Siculorum libertates confirmavit, ac trecentos Equites cingulo militari decoravit.

Anno Xpi 1296

(a) *lib.2.cap.23*

II. Jam vero Gentilis patria Romanus Or- *Ann. Xpi*
dinis Prædicatorum, è Cęnobio S. Sabinę edu- 1295
ctus a Bonifacio VIII Catanenſibus Pontifex da-
tur. *Ratus forte eſt Bonifacius,* ut Pirrus obſer-
vat, *Gallorum ſtudioſus, fore ut Catanenſes, &*
cum eis cæteri Siculi, hortatu Gentilis viri pru-
dentis, ac legationibus ſeriis aſſueti, Carolum
admitterent Regem. Ob idipſum Gentilem Ro-
mę conſtitiſſe ad annum MCCC. conjicio. Jaco-
bus interim Aragoniæ Rex, ut Pontifici morem
gereret, in Italiam delatus Conſtantiam Matrem
cum Jolanda Sorore e Sicilia revocat, quas ho-
noris cauſſa Rogerius de Lauria, & Joannes Pro- 1297
cita Romam uſque deducunt, ubi Jolanda, quam
alii Violantem rectius appellant, Roberto Ca-
roli II. filio nupſit. Nec diu Jacobus in Cata-
loniam, Claſſem contra Siciliam paratum, regre-
ditur; Rogerius vero de Lauria ad Æolias In-
ſulas devectus, inſidias a Friderico Rege ſibi pa-
ratas advertens, in Italiam remeat, Caroli par-
tes amplectitur, hoſtiſque publicus per Inſulam
noſtram renunciatur. Joannes demum Procita
Romæ cum Conſtantia Regina ſubſiſtit. Tunc
Acis Caſtrum, quod Rogerius ante diſceſſum
cum aliis ſuæ ditionis opidis validè contra Re-
gem munierat, *ac ſuper ingenti ſaxo fundatum*
fluctibus maris eliditur a propinquis Catanenſibus
circumſeptum, diu, & nequaquam machinis op-
pugnatum eſt, ut Specialis (*a*) tradit.

III. Anno MCCXCVIII. magna inſtructus 1298
claſſe Jacobus Aragonius adverſus Fridericum
fratrem in Siciliam venit; eique Pactæ, Mylæ,
atque ignobilia aliquot Opida ſeſe dediderunt,
quumque hyemandi inſtaret tempus, contra Syra-
cuſas movit, Urbemque arctiſſimè obſedit. *Tunc*
Fri-

(*a*) *lib. 4. cap. 6.*

Digitized by Google

Ann. Xpi *1298* *Fridericus Rex*, ſcribit Specialis (*a*) *ne forte ii, qui cum Rege Aragoniæ Syracuſarum mœnia obſidebant, avidi prædę, impunes per loca remota diſcurrerent, Catanæ ſibi belli ſedem conſtituit. Blaſcus de Alagona, more Luporum, quos improba ventris rabies incitat, quamquam metuant ora Canum, loca obſidioni proxima circuibat*; aliquot hoſtium turmas, quæ prædatum ad caſtrum uſque Petræ-pertiæ devenerant, adortus, facile obtinuit, *atque in ſignum victoriæ ad Fridericum Regem Catanam, nobiles quidem ſub diligenti cuſtodia, populares vero vinctos in decades, longo agmine deſtinavit. Interea*, proſequitur idem Auctor, *Pactarum incolæ, quamprimum fuit eis habilitas reſiliendi, ad Friderici Regis partes converſi ſunt. Caſtrum, quod eminet Civitati, obſident, ipſum Regem ad ipſius caſtri expugnationem invitant. Tunc Friderico Rege jubente, ad obſidionem Caſtri Meſſanenſes cum Benincaſa de Euſtacio, Catalani ſub Ugone de Empuriis, Catanenſes cum Neapolione Caputo, aliique Siculi convenerunt*. Verum Rogerio de Lauria ſuppetias obſeſſis ferente, ab oppugnatione diſcedere coacti Siculi, in proximam Civitatem ſeſe recipiunt. Hinc Fridericus, qui ſpeculandis hoſtium greſſibus Catanæ intendebat, ut accepit, Joannem de Lauria Rogerii affinem cum parte claſſis contra Pharum navigare, Meſſanam properans, ſuas ſubducit naves, quas in hostes emittit certa victoriæ ſpe, navalique bello commiſſo, Aragonenſes una cum ipſo Joanne, aliiſque nobilibus viris, in ſuam poteſtatem redigit. De his Jacobus edoctus, Syracuſana obſidione ſoluta, puppes, quæ de prælio evaſerant, conſcendit, atque in Æolias cum reliqua claſſe adnavigavit. Inde a noſtris ad pugnam provocatus, in altum profi-

(a) *lib. 4. cap. 6.*

proſiliens, atrox prælium conſeruit, cruentamque victoriam obtinuit. Demum Roberto Calabriæ Duci, ac Sororio vices Patris in Sicilia gerenti captivos Siculos, Opida, & caſtra expugnata reſignans, Gallis ingratus, Siculiſque olim ſuis inviſus, in Patriam remeavit, Ann. Xpi 1299

IV. Per idem tempus Creſcentius a Maguntia Pactenſis Eccleſiæ Archidiaconus *S. Agathę Veteris* Præfecturâ a Bonifacio VIII. Nonis Julii anno MCCXCIX donatur. Reſcriptum Creſcentius Monregalenſi Archiepiſcopo exequendum obtulit, a quo in poſſeſſionem fuit inductus: Erat id S. Agathæ Templum Vetus appellatum, ut a majori Baſilica diſcerneretur, quod ob Martyrii ejuſdem S. Virginis memoriam hodie etiamnum ſumma religione ab incolis frequentatur. Tot porro viribus Robertus Dux adauctus, caſtra movens Rãdacium obſedit; at deſperata ob civium conſtantiam expugnatione, aliquot opida facili negotio ſubegit, Adranum, Paternionem, Bidenum, Bucherium, Platiam, Aydonum, Claromontem, mox contra Catanam adjuncto ſibi Rogerio de Lauria copias duxit. Nicolaus Specialis ſæpius laudatus crudeli Claromontis excidio deſcripto ſubdit (a) *Exhinc Dux cum Rogerio abeuntes contra Civitatem Cataníenſium, quam tunc Blaſcus de Alagona ſervabat, in vineis Arenarum non procul a Civitate caſtrametati ſunt, ubi cum triduo reſediſſent, ſicut fama tunc innuit, et poſt illam effectu operis compertum eſt, acceptis a Virgilio de Scordia iniquæ promiſſionis literis, receſſerunt*. Ut obſeſſam Urbem Catanam Fridericus inaudiit, compoſitis Meſſanæ rebus, ad eam properavit; *Cumque hoſtes*, proſequitur Specialis (b) *abinde receſſiſſent, vocatis civibus obſequia fidelitatis eorum*

grati-

(a) lib. 5. cap. 4.

(b) lib. 5. cap. 6.

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1299 *gratificat, & quia non conceſſerant hoſtibus, benigno ſermone commendat; hortans illos, & admonens, ut in bene cœpto propoſito perſeverent. Nec mora, Virgilius, quod conceperat mente conſilium, vultu tegens, ſtans ante conſpectum Regis, ut erat affabilis, hæc inter alia pro Univerſitate reſpondit: Quamvis evidenter appareant innumerabiles rationes, quæ ſub levi jugo fidelitatis veſtræ cervices omnium Siculorum inſeparabiliter adſtrinxerunt; pauca tamen, ratione brevitatis, quia manifeſta ſunt, in medium introducam. Quis ex nobis infandas Gallorum preſſuras non meminit, et vindictam, quam ex illis propria manu ſuſcepimus, diſſimulare quis poſſet, cum eorum ſanguine per caſtra, & civitates Siciliæ adhuc rubeant parietes, & lapides angulares? Vos autem ad ulnas noſtras a diebus infantiæ diligenter alitum, & provectum, atque incomparabili gaudio coronatum ex Siculis quis ignorat? Innumera quidem beneficia, quæ de ſinu Regalis munificentiæ nobis collata ſunt, inficiari non poſſumus, nec debemus; Quis itaque ſanæ mentis hanc iniquam permutationem facere attentaret? Quod ſi quem in adverſum, quod abſit, dementiæ furor diſtraxerit, potius intellectus dehiſcens hunc raperet, vel cæleſtibus ignibus Pater omnipotens fulminaret. Grata quidem viſa ſunt ante oculos Regis fucata verba, quæ Virgilius ille dictaverat, eumque dignum laude, ac magnis extollendum honoribus in animo amplexatus eſt. Sed ne quid occultum in hac parte fortuna relinqueret, aliqua ex eis, quæ ſecreta erant Virgilio, ad aures Blaſci de Alagona ſuggeſta ſunt, quæ clam Regi ſine interpolatione temporis revelavit. Rex autem ſuſpicatus hoc verbum propter indignationis cauſam fuiſſe compoſitum; Virgilium Patrem vocans, ait*

illi: Potius eligimus hanc Civitatem ſub ictu fortunæ relinquere, quam famam Virgilii denigrare. Tunc Blaſcus ſuſpectos caſus permetuens, curam ipſius Civitatis renuit, quam Rex, non expreſſa occaſione, Ughni de Empuriis commendavit. His conſtitutis Rex Leontinum, Syracuſas atque alia Vallis Nethi celebriora opida reviſens, Ennæ arcem, ut toti Inſulæ proſpiceret, aſcendit. Anno Xſti 1299

VI. Nec diu Virgilius Neapolionem Caputum civem ſuum, cum quo haſtenus inimicitias exercuerat, in ſuas pertraxit partes. *Ille vero tamquam viribus impar Virgilio ad eam pacem libentius declinavit. Ex quo ſic actum eſt*, inquit Specialis (a) *ut qui capitales olim inimicitias, et pernicioſa inter ſe odia exercebant, ſubito ad denigrandam ſuam, ſuique generis, & innocentis patriæ famam, non ut Cives, ſed ut hoſtes reipublicæ convenirent*. Fridericus interim, ut Roberti copiis ſeſe opponeret, ac ſigna cum hoſte aperta acie conferret, milites undique evocatum miſit, atque Vgoni de Empuriis, ut ſeptincentos ex Catanenſibus acres, ac bellicoſos eligeret viros mandavit. ,, Ugo Virgilium, ,, tamquam Patriæ Patrem, quomodo juſſa Regis perficeret, conſultavit, qui inter cives negotium exponendum eſſe die craſtina reſpondit. ,, Poſtquam Ugo conſiliis Virgilii acquievit, diſcedens ab eo Virgilius, properat ad complicem ,, pravitatis, noctemque addentes operi, cum ,, pluribus ex agnatis, et miniſtris eorum, quid ,, acturi erant die altera ſtatuerunt. Et jam ,, infanda dies, quæ longam ſecum trahebat infamiam, & excidium plurimorum, exorta eſt, ,, Virgilius in habitu Romanæ pacis ad Comitem ,, togatus ingreditur, eumque ad majorem Eccleſi-

(a) Lib. 3 cap. 7.

Digitized by Google

Anno Xpi 1299 „ cleſiam, ubi de negotiis publicis agi conſue-
„ tum eſt, comitatur. Neapoleon vero cum iis,
„ quos elegerant Satellites pravitatis, ad locum
„ non uno agmine convenerunt. Cumque vi-
„ ſum eſt Comiti tempus fandi, edicto ſilentio,
„ juſſa Regis in medium exponuntur. Tunc Po-
„ pularis quidam, quem Florium nominabant,
„ evaginans enſem cum impetu, clamanſque
„ pacem, in Comitem irruit, cujus faciem ex-
„ tremo vulnere maculavit; quem complices tan-
„ ti ſceleris, invaleſcente clamore diſſidii, ſtrictis
„ gladiis ad facinus aſſequuntur. Comes itaque
„ capitur, & obſervandus fidis infidelitate cu-
„ ſtodibus traditur. Ab authoribus pravitatis ca-
„ tervatim per civitatem diſcurritur, pacem,
„ quam ignorabant, occurrentes omnes dicere con-
„ tumeliis compelluntur. Oh mira inſenſatæ gen-
„ tis ignavia, non attendens, quod amarum vi-
„ rus in leni pacis vocabulo ſparſum erat, &
„ ſub nominatæ pacis involucro Patria prodeba-
„ tur! Aſtu quidem ignorantes cives decepti
„ ſunt. Oh quam ſubito hic error invaluit, nul-
„ liſque obſtantibus incœpta mala radicibus in-
„ hæſerunt! Poſtquam vero inventum eſt in-
„ objectum, quod cæcum illorum conſilium ſu-
„ peraret, ad litus, quod portum Saracenum
„ vocant, tres lintres paratæ ſunt, quas Co-
„ mitem, ſuoſque Virgilius jubet aſcendere, ut
„ cum illis uſque Tauromenitana littora tranſ-
„ fretarent. Comes aſcenſurus lintrem, Virgiliū,
„ & Neapolionem increpat orans, ut ſi quam
„ in eos vel ipſe, vel ſui comites noxam ali-
„ quando commiſerint, ex illis pœnam aſſumerent,
„ & cauſam Regis innocui cum tanta eorum
„ infamia non mulctarent. Imponitur Comiti a-
„ bituro ſilentium, atque illo diſcedente, inter

mini-

Digitized by Google

„ miniſtros ſcelerum, qui reſtiterant in civitate, „ univerſa Comitis, & ſociorum ſpolia dividun- „ tur. Bartholomæus vero de Inſula, Philippus „ de Bruno, & plures alii ex officialibus Fri- „ derici Regis, qui tunc aderant, abire cum eo- „ rum ſubſtantia permiſſi ſunt. Tunc ipſum Du- „ cem receptaculum ad inſtantem hyemem non „ habentem, atque inedia cum exercitu labo- „ rantem, qui ſe Paternioni jam parabat ad re- „ ditum, vocant, venientem cum pompa ſuſci- „ piunt, atque in tantæ virtutis præmium op- „ pida, terras, & caſtra multorum in feuda „ depoſcunt. Ille quidem non abuſus calliditate „ conſilii, quæ non tenebat, poſtulata concedit. „ Oh infelicis memoriæ, quandiu ſtabunt Cata- „ niæ mœnia, cum Neapolione Virgilium, quos „ ab olim ſub Friderico Rege magnificatos „ de nihilo, deteſtandæ proditionis infamia „ innodavit! Virgilius quondam Pater Patriæ, „ qui Romanos hactenus redolebas, quam ſubi- „ to cum inſenſatis reputatus es! Huc uſque Specialis. *Anno Xρi 1299*

VII. Catanæ defectionem alia Vallis Nethi opida ſubſecuta totius Inſulæ potiundæ Roberto Duci ſpem ingerunt. Dum autem hæc fierent, *Vir magnæ auctoritatis Gerardus de Palma Sabinenſis Epiſcopus Cardinalis Cataniam ab Apoſtolica ſede Legatus advenit, ut Siculos converti ad dominium Regis Caroli admoneret, ipſoſque converſos ab excommunicationis, & interdicti vinculo, quibus tunc erat innodata Sicilia, liberaret.* Gerardo ſeſe fortaſſe ſocium addidiſſe Gentilem Catanenſem Pontificem conjecto. Unde autem Pirrus eruerit, eumdem Gentilem Rogerio de Lauria Acis opidum Juris Catanenſis Eccleſiæ pro-

tri-

Ann. Xpi. 1199 *triginta unciis* conceſſiſſe, exploratum non habeo. Communiit Joannes Lauria Rogerii Nepos, mox ut hic a Friderico Rege defecit, Acis Caſtrum, quod fruſtra a Catanenſibus obſeſſum ſupra innuimus, ſed caſtrum ab Opido diverſum, atque duobus ferme millibus diſtans. Per idem tempus Roberto Catanæ cum ſuis degenti nuntiatum Tarenti Principem Philippum exſcenſione facta Mazariæ Vallem magnis cum copiis adortum, tumultus ibi excitaſſe. Dux, ut Proceres, Virique principes in aulam Cardinalis evocarentur, effecit, ac Fratris adventu indicato, quid facto opus eſſet ſciſcitatur; quumque omnes feliciter a Principe geſtum iri negotium aſſererent, ſolus Rogerius de Lauria longe aliter eventurum prædixit; conjungendas itaque vires, ac terreſtre Ducis agmen in occurſum Principis dirigendum ſuaſit. *Quod ſi poterimus, inquit, acies exercitui Principis commiſcere, vel Fridericum hoſtem noſtrum inter acies noſtras, & Principis invenire, Fridericus proculdubio bellum non inferet Principi, nec inferri ſibi a nobis, etiam expectabit*. Rogerii ſententia probata, diviſo in duas partes exercitu, caſtra movent, unaque acies ab inferiori parte Siciliæ, reliqua per mediam Inſulam incedebat; priuſquam vero dimidiam itineris partem confeciſſent, jam commiſſum prælium, captumque Principem intellexere, ac Catanam mœrentes hinc inde regreſſi ſunt. Rogerius poſthac auxilia acceleratum, Neapolim contendit.

VIII. Necdiu Montanerius de Soſa Friderici Regis domeſticus Gallani Caſtri Præfectus, callidè Roberto Duci per literas primum, mox per Nepotem Catanam tranſmiſſum Caſtrũ prodere ſimulat; quũq:

ſuſpectam illius fidem nonnulli, & Gerardus Cardinalis cum primis haberent, doloſque latere affirmarent, hoſtis verſutiis nihilominus Dux deceptus, ſeſe expeditionis caput adfore promiſit. Mane altero ad Urſinam Catanæ arcem Galli, Siculi, atque Apuli Comites conveniunt; quorum adventum, ut Roberto adhuc in lecto jacenti nunciatur, Jolanda Conjux, quam timidam faciebat amor, inſolitam advocationis cauſſam edocta, virum amplexata, blandis eum vocibus obteſtatur, ne ſeſe itineri committat, nec tanto vitæ periculo caput objiciat. Dux itaque vxoris amore potius quam rationibus victus conſtitit, Comitique Brehennæ exercitum commiſit; qui non longe a Gallano in paratas incidens inſidias, a Blaſco de Alagona fuſus, non paucos ſuorum amiſit, ut Nicolaus Specialis abunde memorat (a) Chronicon Siculum alibi laudatum ad Gallani expeditionem trecentos equites ſub Comite Brehennæ ex Urbe Catàna profectos enumerat, eorumque cladem tempore *Carneprivii*, Jejunii nempe, Indic. XIII Anno MCCC. eveniſſe tradit. Anno Xpi 1299

IX. Quadrincentos exinde Milites ex Italia profectos Ducibus Raynerio de Bondelmonte, & Vicedomino de Florentia, qui Blaſcum de Alagona vel morti tradere, vel viventem ad Regem Carolum, captivum Neapolim adducere, facta in eum conſpiratione, voverant, Rogerius de Lauria in Sicilia expoſuit, eiſque ducem viæ, quo Catanam pergerent, deſtinavit. *Hi poſtquam contigere Catanam, ubi poſſent eidem Blaſco concurrere, inter civitatis mœnia, per vicos, & plateas ſollicitè veſtigabant; qui cum de geſtis ejus, referentibus civibus, aliqua didiciſſent, ab illa inveſtigatione deſtiterunt. Et tamen cum nihil*

(a) lib. 5. cap. 12.

Digitized by Google

Anno Xpi 1300 *hil dignum memoriæ geſſerint, effecti prorſus utrique parti ludibrium, ſub Auguſti tempore diſperſi ſunt*. Hæc Specialis (*a*) Sæculo Quartodecimo allabente Peregrinus de Pactis nobilis Siculus claſſem conſcendens, duodecim Apulorum Triremes ſub ipſis Catanæ mœnibus ad pugnam provocavit, detrectantes lapidum ingenti vi, quos e machinis in ſuis ratibus diſpoſitis ejaculabatur, non parum affecit; inde cum aliis ſub Conrado de Auria Siciliæ Talaſſiarcha ad Ponciam Inſulam contra Neapolim enavigavit. Ibi conſerto prælio cum Rogerio de Lauria Gallicæ claſſis Præfecto Siculæ triremes diſiectæ ſunt; Auria, aliique Nobiles, quos inter Palmerius Abbas in hoſtium manus devenere. Palmerium male curatis vulneribus in mari juxta Catanenſia littora vita functum hoſtes ipſi reveriti, ſepulchro in majori Catanenſi Baſilica condiderunt. Rogerio tanta victoria elato Robertus Dux cum ſuis ad littus obviam venit, effuſaque civitas e puppi ſignifera deſcendenti occurrit, eumque ingenti pompa in Urbem populus omnis excepit.

(a) Lib.5.cap.12.

V. Eodem Anno Idibus Januarii Gerardus Cardinalis Benedictina Cęnobia S. Mariæ de Licodia, & S. Nicolai de Arena ſub Apoſtolica Protectione ſuſcepit, eorumq: unionem, datis Catanæ literis probavit. Hunc porro Rogerius de Lauria claſſe excepit, ut circa Inſulam deductus, qua fungebatur authoritate, Urbes, ac loca littoribus proxima ad defectionem, propoſita a diris relaxatione, ſollicitaret. *Cumque diſcedentes Catania*, inquit Specialis, *& in latus dexterum navigantes Auguſtę ſinus, & antiquæ Pantagiæ littora præteriſſent, Rogerius recordatus eſt Henricum de Inciſa olim captum in bello Pon-*

cii, per quem famoſam terram, ipſius Henrici Patriam, Saccam habere ſperabat, per oblivionem Cataniæ reliquiſſe. Tunc ergo velocem puppim ad legationem electam, quę acri remige ducebatur, ut Henricum poſt eum gereret ſine dilatione, remiſit. Illa rediens Henricum recipit, & quam celerius poteſt, reportans etiam non exiguam pecuniæ ſummam, ad Rogerium retrocedit. Priuſquam vero amicis ratibus ſe addidiſſet, ab altera, quæ ſibi occurrit, Puppi hoſtium ſingulari certamine victa eſt. Quo caſu Henricus, qui captivus ducebatur, libertatem ſimul, atque pecuniam adeptus, impræviſis eventibus ad propria remeavit. Rogerius interim Thermas uſque profectus, quum nihil profeciſſet, cum claſſe Tauromenitana littora tenuit, laudiſque, ac gloriæ impatiens Urbem ſubito prælio impetiit, atque ex improviſo invaſit; Quamquam vero Cives magnam rerum ſuarum partem ad tutiora loca aſportaſſent, quęcumque tamen claſſario militi ſpolia occurrerunt, Catanam, velut victoriæ fructum, eo in diſcurſu ex hoſtibus relatæ, devexit. Anno Xpi 1300

XI. Per idem tempus ex Jolanda conjuge Ludovicum Filium Robertus Dux Catanæ ſuſcepit, quem noſter Gentilis Pontifex ſacris undis abluit. Cœperant porro Gallorum copiæ, exhauſtis Catanenſium horreis, fame laborare, ſed comportatâ ex Apulia, Rogerii opera, annonâ, ingruentibus malis conſultum. Mox diviſa claſſe, Dux in dexteram Inſulæ partem, qua Syracuſas tenditur, Rogerius vero in ſiniſtram oram, quæ Meſſanam reſpicit, contendentes, eodem ferme tempore horribilem tempeſtatem, quamquam diſſitis in locis iter agerent, flante nimirum contra Ducem Auſtro, contra Rogerium

vero

Digitized by Google

Anno Xpi 1301 vero Aquilone, ſunt paſſi, ratibuſque aliquot amiſſis, egrè tandem Catanam remearunt.

XII. Claſſe inſtaurata, Galli obſidendæ Meſſanæ conſilium ineunt, Urbemque gravi annonæ penuria laborantem diu premunt; Verum, quum famis etiam periculum Galli pertimeſcerent, Jolanda Friderici Germana, Roberti Conjuge rem per Legatos agente, de induciis capeſſendis conventum eſt. Obſidione igitur ſoluta, Catanam Dux cum claſſe rediit, inde Syracuſas ad colloquium cum Rege incundum contendit. Firmatis federibus iterum Urbem noſtram repetiit. *Ubi accitis Catanienſibus, aliiſque magnis viris, atque potentibus, qui cum eo deputati erant ad gerendum bella contra Siciliam, innuens vultu dexteraque ſilentium, in conſpectu Reverendi Patris Gerardi de Palma Cardinalis, qui tunc Cataniæ reſidebat, docto ſermone, ad quem animum pro viribus applicabat: inter alia: modicum, inquit, & non videbitis me, iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem, unde authore Domino ſub tempore brevis moræ Siciliam repetam, ducens ea millia bellatorum, quibus pertinax, & oſtinata noſtrorum rebellium Siculorum nequitia ſufficere non poſſit ad prædam; Et tandem poſt plurima, quæ tanquam vir diſertus inſeruit in ſermone, concludens, Guillelmum Palloctam virum utique gravem, & in bellis indomitum, in præda, & effuſione ſanguinis exultantem Vicarium ſibi conſtituit, Jolandam conſortem ſuam, & Ludovicum filium, quem ex illa Cataniæ ſuſceperat, tanquam inviolabile pignus amoris Catanienſibus commendavit. Sic itaque rebus diſpoſitis, Dux cum Rogerio de Lauria paratam jam claſſem inveniens, flantibus auſtris vela committit.*

Digitized by Google

XIII. Elapſo induciarum tempore, majori cum apparatu Siciliam Galli repetunt ſub Carolo Francorum Regis Fratre, ac Thermas primum ex deditione occupant, inde Caccabum, Corilionem, demumque Saccam viribus attentant. Interim Jolanda Roberti Uxor Catana ſolvens, Thermas venit; ubi non diu immatura morte deceſſit; quumque ſpes omnis pacis conciliandæ abrupta videretur, inopinatò dira exorta in Gallorum caſtris peſtilentia, quæ equos primum, dehinc milites invaſit, de componendis inter Fridericum ac Robertum diſſidiis Carolus ipſe cogitavit. Agente igitur Romano etiam Pontifice Bonifacio, ejuſque Legato, in quodam prædio inter Calatabelloctam, ac Saccam, ubi Mapalia erant, pacem hiſce conditionibus bellantes iniere Principes: Ut Fridericus Eleonoram Caroli Neapoleos Regis Filiam Roberti Sororē conjugem ducat, Siciliam cum adjacentibus Inſulis dum vivit, teneat, ac ſe Regem ſolummodo, nullo adjecto ſcilicet Siciliæ titulo, deinceps ſubſcribat. Calabria, omniſque Apulia Carolo Regi cedat, Princeps Tarenti, cæterique utrinque bello capti libertate donentur, Comites, Proceresque, qui ad hoſtes defecerant, bonis omnibus, quibus in violatis Regnis potiebantur, perpetuo ſint privati; Rogerio Lauriæ vero Acis Caſtrum in Sicilia, & Vinciguerræ Palicio Calannæ opidum, Mottam Mori, & Maſſam in Calabriæ littore tenere liceat. *Anno Xpi 1302*

XIV. Pace firmata, Carolus, & Robertus Dux cum ſuis claſſem ingreſſi, Catanam petunt, Fridericus vero Tarenti Principem e vinculis ſolutum una ſecum Leontinum adducit; Hinc Robertus ad Regem properat; mox Fridericus ipſe

me-

Digitized by Google

Annn Xpi 1303 medius inter Ducem, & Principem Catanam jam triennio amiſſam lęto aſpectu, cultuque triumphali inter plaudentes Civium voces ingreditur. *Incolæ Civitatis*, inquit Specialis (a) *poſt confeſſionem delicti a Friderico Rege veniam impetrarunt; Rex itaque in pacis habitu reſedit Catanæ, ut reconciliatos ſibi Cives, placatumque ſe Civibus indicaret*. Tum dimiſſis bello captis, ac reſignatis Opidis, Rogerius Lauria, quum pro Acis Caſtro Regi *homagium* juraſſet, claſſem conſcendit, Carolus vero cum Duce, ac Principe, aliiſque Primatibus terreſtri agmine Meſſanam primo, inde Neapolim navibus excepti contendunt.

(a) Lib.6.cap.17.

1304 XV. Anno MCCCIV Gentilis Epiſcopus vivere deſiit, cujus loco Leonardus de Fliſco nobiliſſima Januenſi familia ſatus, Clemente V. Rom. Pontifice volente, Catanenſis Pontifex inauguratur. Hic Othonem Abrazabenium ſuæ Eccleſiæ Œconomum, ac Vicarium tranſmiſit, qui mox, ut Catanam appulit, aliquot Epiſcopatus jura a laicis occupata, Friderici Regis juſſu, Eccleſiæ reſtituenda curavit, Regiis ad id literis, ſub dat: Sy-
1305 racuſis tertio Nonas Februarii MCCCV, ad Aloyſium de Plimotiis *Regium Magiſtrum Juratum* Catanæ agentem obtentis, quas integras recitat Groſſus. Ipſe dehinc Leonardus ad ſedem ſuam, Pontificio exceptus apparatu, poſt biennium venit, ubi ad MCCCXIII perſtitit. Eo enim anno decurrente, Fratribus Ordinis Prædicatorum facultatem
1313 eſt impertitus, Cęnobium exędificandi in Arcis Urſinæ area, ubi hodie Sacra S: Sebaſtiani Martyris ædes exurgit, ut Pirrus tradit, qui quartum ejuſdem Ordinis in Sicula Provincia hoc Catanenſe recenſet. Jam vero Leonardus ad ſuos regreſſus finem vitæ, confectus ſenio, expectavit.

Ca-

Digitized by Google

Catanâ exſceſſiſſe Fliſcum, quòd apud Eccleſiæ ſuæ Monachos in odium, atque invidiam ob Fratrum Prædicatorum Coloniam eò deductam incidiſſet, teſtatur Pirrus. Subditque Lellus (a) Monachos Nicolaum Deſcalceatum Eccleſiæ Priorem Montem-Regalem ad Arnoldum Pontificem ablegaſſe, ut illata ab Leonardo onera opponerent; calumniarum ille pertæſus in Patriam remeavit. Anno Xpi 1314

(a) *In Epiſ. Mõtis Regalis.*

XVI. Interim Fridericus Henrici Imperatoris auxilio fretus, contra Robertum, qui a morte Caroli II. Regni Neapoleos inſignia ſuſceperat, bellum movit, cui etiam ſuppetias ex Hiſpania Ferdinandus Majoris Balcari Inſulæ Infans attulit. Verum inopinatò mortuo Henrico, Robertus ingenti claſſe adornata in Siciliam duxit, expugnatiſque aliquot opidis, Drepanum obſedit. Huic cohibendo ex univerſa Inſula copias Fridericus coegit, rateſque, quas expeditas Meſſanæ habebat, oppoſuit. Tum Ferdinando Infanti Urbem Catanam, quoad viveret, atque aureorum quinque millia quotannis, Surita teſte (b) conceſſit. Conjunctis porro viribus anno MCCCXIV in hoſtes Rex, atque Infans feruntur. At quum gravis exorta tempeſtas Siculam claſſem, ac hoſtium etiam naves eodem ferme tempore exagitaſſet, ingenſque annonæ penuria, utrumque exercitum invaſiſſet, ejuſdem Ferdinandi opera de Induciis per triennium Reges inter conventum eſt. Per idem tempus Peloponneſum Joannes Roberti Regis Frater vi occupaverat; hinc Vidua Peloponneſi Domina Iſabellam filiam Ferdinando obtulit, cum ejuſdem provinciæ dote. Nuptiis Meſſanę ſollemni pompa 1315
celebratis, Ferdinandus cum Uxore, ac Socru Catanam

(b) *An. Aragon. lib. 6. cap. 15*

Digitized by Google

Anno Xpi. 1316 tanam anno MCCCXV ſe recepit, unde non diu Socrum, in Peloponneſum, ut populares ſuos adverſus hoſtes cieret, remiſit. Catanę deinde die IV Aprilis ex Iſabella filium ſuſcepit, cui in majori S. Agathæ Templo luſtralibus Baptiſmi aquis abluto Jacobi nomen impoſuit. Hic ultimus Balearium Rex fuit. Mater ejus poſt triginta a partu dies Catanæ etiam fato ceſſit. Filium interim Comiti Montanero Majoricam ad Aviam deferendum Ferdinandus commiſit; ipſe vero in Peloponneſum profectus, provinciam, profligatis hoſtibus, ac ſe dedentibus civibus, brevi obtinuit; cumque longe majora animo conciperet, morte immatura præreptus anno MCCCXVI interiit.

1322 XVII. Vigeſimo primo, & ſecundo hujus ſæculi anno Fridericus Rex Catanæ verſabatur. Eruo ex Privilegiis S. Mariæ Roccę Amatoris, & S. Mariæ de Altofonte Ciſtercienſibus Cęnobiis ab eodem conceſſis, Catanæ firmatis, quæ in Monaſtica Siciliæ Hiſtoria ex integro exſcripſi (a) Jam vero Januenſium diſſidia, quorum pars 1325 una Robertum, altera Fridericum noſtrum in auxilium evocavit, fœdiſſimi, ac novi belli fomes inter utrumque Regem extitere; quo diu Sicilia peſſime affecta; diris enim Eccleſiaſticis ſecundò Inſulam Pontifex Romanus ſubjecit; Carolus vero Calabriæ Dux, qui haſtenus Ludovicus, (*) Roberto, & Jolanda Catanæ natus, ingenti claſſe Panormum dura obſidione preſſit. Præerat urbi Joannes de Claromonte vir ſtrenuus, ſuppetias nihilominus ante obſidionem ſub Blaſco de Alagona Catanenſi, aliiſque Principibus

(a) Not. 1. & Not. 10.

(*) *Nomen quippe mutaverat, atque ubi antea Ludovicus quum adoleviſſet, Carolus appellari voluit.*

Digitized by Google

cipibus , ac fortiſſimis viris ad eam præmiſerat Rex, quorum virtute hoſtes pluries repreſſi, tandem finibus excedere ſunt coacti. Blaſcus hic vir prudens, ac fortis a Nicolao Speciali appellatus (*a*) Senioris Blaſci Nepos fuit, qui quondam ſub gravioribus articulis poſitam Siculorum cauſam potenter adjuvarat. Quamvis autem Blaſcus junior recte Catanenſis a Pirro dicatur, perperam noſtris itidem accenſetur Senior, quem laudatus Specialis clariſſime Hiſpanum appellat, ac Friderici Regis partibus addictum. *Anno Xpi 1325*

(*a*) *lib. 7. cap. 17.*

XVIII. Urbi Panormitanæ ob ſolutam obſidionem gratulatam celebri illa Epiſtola Catanenſem Civitatem Siculum Chronicon perhibet (*b*) Quam ſane Epiſtolam integram hic exſcriberem, niſi aut omnino ab Authore Chronici confictam, aut adulteratam putarem; Anſam præbet, id citra omnem dubitationis aleam affirmandi, aliarum ejuſdem Chronici Epiſtolarum contexus, longe ab illo diverſus, qui penes Hiſtoriam Bartholomæi de Neocaſtro legitur, ubi Author hic Epiſtolas recitat a Panormitanis ad Meſſanenſes de Gallorum excidio tranſmiſſas, quarum ſententia Epiſtolis a Chronographo allatis nullimode reſpondet. Hinc, cum Neocaſtri, tum Chronici monumenta ad ingenium, atque libidinem Hiſtoriæ interſeri putaverim; ut enim Neocaſtrus Meſſanæ ſuæ, ita & Chronici Author Panormo pluſ æquo ſtudere hujuſmodi inſtrumentis videntur. (*) Cæterum eodem anno MCCCXXV a Beltrando de Balſo Montis Caveoſi Comite claſſis Neapolitanæ Talaſſiarca Catanam irrito conatu obſeſſam refert Pirrus. Nicolaus

(*b*) *cap. 49.*

vero

(*) *De hac Epiſtola fuſius, ubi de Petria S. Agatha tom. 3.*

Anno Xpi 1326 vero Specialis Synchronus Author Beltrandi præfecturam in ſequentem rejicit annum, poſtque Termitani Suburbii direptionem ab eo patratam ſubdit (a) *Unde Comes cum exercitu navigium repetens, ad Ortum navigant, per Phari anguſtias tranſeunt, & uſque ad Leontini littora diſcurrentes, acſi certam ſpem tractatus alicujus haberent, nulla, vel ſaltem levia damna Siculis intulerunt. Poſt paululum vero, cum claſſis eadem per Jacii littora, eodemque navigationis curſu regrediens lento remige navigarent, habitatores loci hujus prætereuntem claſſem, nullaque ſibi damna inferentem garritu, & contumeliis provocarunt. Exarſit itaque indignatio Comitis ad vindictam, Nautas ad littus expoſuit, paucisque obſiſtentibus, terram invaſit, & licet eam quaſi vacuam cultoribus reperiſſet, nihilominus, ut garrulitatem incolarum damnis notabilibus, mendiſque patentibus emendaret, quaſi per ſingulas domos juſſa Nautarum ſedulitas ignem immiſit, & tandem exuſtis illorum domibus, vel arbuſtis, omnem inſanæ plebis ſupellectilem, quæ ad Caſtri confugium tracta non fuerat, quamvis exilem, & tenuem reportavit in claſſem. Ex quo vulgaris fabula inter propinquos exorta eſt, ut quicumque Jacitanis loquacitatem improperare voluerit, Ambuſtum Jacium vocent.*

(a) lib. 7. cap. 19

1327 XIX. Anno MCCCXXVI Rogerius de Sanguineto Coriobani Comes a Rege Roberto, ut Siculorum agros vaſtaret, cum claſſe deſtinatur, qui paucis illatis damnis in patriam rediit. Sequenti vero Barbanyræ Januenſi ab eodem Rege
1328 provincia committitur. Hic auxiliaribus ſuæ patriæ navibus auctus Auguſtam occupare cogitavit. *Cumque ad portum inopinato declinaſſet*, ut ait Specialis (a) *illudque exiguum habitationis, quod* (l) lib. 7. cap. 41.

præ-

præteritis bellorum caſibus, ex reliquiis magnæ Auguſtæ ſupererat, invaſiſſet, pararetque ſub eodem turbine, & tumultu indefenſum caſtrum invadere; paratas ſibi offendit inſidias, atque in hoſtes dilapſus eſt. Blaſcus enim de Alagona, qui Catanæ præſidebat, machinationes illas præſciens nocte pervenit ad locum, & ſubito egreſſus e latebris reditum illis ad claſſem inhibuit, eoſque fugam potius quam arma parantes, volentes nolenteſve a ratibus pugnaturos excluſit. Itaque inter Nautas, & milites inequale bellum commiſſum eſt; plures ex Januenſibus illis perempti; ipſum etiam Barbanyra per multa vulnera in carcere tenuerunt. Anno Xpi 1328

XX. Annum MCCCXXIX ingens Ætnæ montis incendium memorabilem reddidit. Illud ipſis laudati Nicolai placuit deſcribere verbis, qui teſtis oculatus, nonniſi quæ vidit, hauſitque auribus promere fatetur. En illa (a) „ Anno „ Domini MCCCXXIX die vero XXVIII Junii, cum „ Sol ad veſperum declinabat, Mons Ætna horrifico motu vehementer intremuit, magniſque „ videbatur mugire clamoribus, quod non ſolum incolas montis perterruit, quin etiam paſſim habitantium plurima loca Siciliæ mentibus terrorem incuſſit. Et factum eſt, quod „ ſubito ad ipſius montis latera in ſublimi ad „ partem; quæ reſpicit Orientem, ſuper eam rupem, quæ dicitur de Muſarra, ubi gelatæ nives perpetuo hactenus videbantur, ſubito viſa eſt divulsa tellus ſubſidere, unde violenter ignis erupit, quod etiam tetri fumi quaſi atræ nubis ſe tollentis in aera veſtigia demonſtrabant. Egrediebatur quidem ignis cum impetu, & velut ingentium rotarum ſtrepitus, „ aut ſonitus, diverſorum tonitruum a longe audie- 1329

(a) lib. 8. cap. 2

Anno Xpi 1329 „ diebatur. Poſtquam vero Sol occidit, cœpe-
„ runtque imminere crepuſcula tenebrarum, in
„ cælum, quaſi flammarum globi, tollebantur in-
„ cendia, & liquefacti ſaxorum orbes, quaſi a-
„ vulſa montis viſcera, cum fragore terribili
„ ructabantur. Tunc protinus ignis edax inva-
„ luit, qui tamquam impetuoſus torrens iter a-
„ gens in loca declivia, & ſubjecta, cunctaque
„ proſternens inſtar vaſtantis alluvionis agebat.
„ Ab orientali vero, & meridionali parte, ubi
„ montis concuſſio plusquam in locis aliis vi-
„ debatur erumpere, plurima ædificia, quæ in
„ eremo veneranda vetuſtas ad Dei cultum fun-
„ daverat, ipſe jugis, & validus terræ-motus,
„ vel diruit, vel in ruinas plurimas, ac ſciſſu-
„ ras ſeparavit. Placidos etiam rivos aquarum
„ fluentium dehiſcens tellus abſorbuit. Inſuper ad
„ propinqua littora Maſcalarum ſcaphas plurimas,
„ & faſelos, quas pauloante ſubduxerant, ex cre-
„ bris, & validis terræ concuſſionibus in mare
„ deductas nautæ cum terrore maximo & tremo-
„ re videre nutantes.

XXI. „ Dum hæc & alia ſucceſſive in eo
„ monte plurima his ſimilia ingruiſſent, illo eo-
„ demque anno veſperaſcente xv. Julii menſis,
„ poſt reiteratos ingentes rugitus, & impetus
„ montis hujus, ardente adhuc incendio de Mu-
„ ſarra, ſecus Eccleſiam S. Joannis, quam di-
„ cunt de Paparinecca ex inferiori parte, quæ
„ ſpectat ad Eurum, Auſtrum, & Africum tel-
„ lus in fragore diſsiluit, unde ignis violenter
„ erupit. Et ut terror terroribus adderetur, il-
„ lo eodemque die Sol eclipſari a meridie uſque
„ poſt veſperas, mirantibus populis, viſus eſt.
Tunc cominus incendium inſpecturus, ſe ad locum

Digitized by Google

acceſsiſſe ſcribit Hiſtoricus, proſequiturque: *Anno Xpi 1329*
„ Cum ſpectarem incendium, & mirarer ignita
„ ſaxorum millia, quæ ab ipſis terræ viſceribus
„ ructabantur, circa locum eumdem terrræ-motus
„ effecti ſunt validi, terra ipſa vice alia, & a-
„ lia diſsiluit, quatuorque hiatus non multum
„ diſtantes, vidi ſubito, ignitos lapides cum fra-
„ gore maximo eructare, tantuſque erat fragor
„ & ſtrepitus, quantum revera nullo umquam
„ tempore memini audiviſſe; ſtatimque in locis
„ ipſis, quibus eram propinquior, ubi hactenus
„ profundas valles, & ſaltus nemorum aptos ve-
„ natibus videram, ingentes montes ex igni-
„ tis lapidibus exilientibus de profundo, atque
„ ad locum unum concidentibus excreverunt,
„ quod niſi præſens ipſe vidiſſem, atque adhuc
„ accedens, propius aſpectaſſem, re vera
„ opus fuiſſe phantaſmatis crediddiſſem. Vidi ego
„ ſubito ignitam terram, quam pedibus paulo-
„ ante calcaveram, & tamquam ſpumas aquarum
„ ad ſcopulos eliſarum ab undis excreſcere, ac
„ velut alluvionem excreſcentis fluminis emanare;
„ poſt cujus, ut ita feram, alluvionis veſtigia,
„ tamquam horrenda materies hirſutorum, atque
„ intractabilium lapidum in maſſam informem
„ coeuntium reſidebat. Cumque ipſius alluvio-
„ nis igne vaſtans impetus per certum terræ
„ ſpatium continuo defluiſſet, ultimo in tres
„ decurſus diviſa eſt, quorum duo ad Ortum
„ in magna ſtragge per diſtrictum Jacii uſque
„ ad loca propinqua littoribus diebus plurimis
„ proceſſerunt; tertius verò contra finem Ca-
„ tanenſium ſe direxit.

„ Tunc autem, deſit in hac parte ſilentium,
„ re vera priuſquam ipſos fines invaderet, Ve-

lum

Digitized by Google

Anno Xpi 1329 „ lum B. Agathæ Virginis, quæ poſtquam blan-
„ dientis mundi illecebras, & furentis Tyranni
„ rabiem vicerat, liberationem patriæ impetra-
„ vit, oſtenſum de longe in objectum de mę-
„ nibus Civitatis extinxit, nec citra fines ipſos
„ potuit unum tantùm vaſtare virgultum. His
„ autem adhuc terribilius ſe habentibus, quam
„ ſcriptum ſit, a ſuperiori parte in cacumine
„ dicti montis, ac ſi nunquam aliàs in eo monte
„ forent incendia, nullique ventorum impetus
„ de ipſius montis viſceribus de proximo eru-
„ piſſent, facta ſunt immenſa tonitrua, & co-
„ ruſcationes terribiles, & quaſi columna te-
„ træ nubis ex cacumine ipſo eruptione facta,
„ progrediens, tendebat in cœlum, & priuſquam
„ una deficeret, altera ſuccedebat. Pluitque
„ poſt hæc de nubibus illis ſulfureos cineres,
„ & favillas, tot quidem cineres, (nec fidem
„ obſecro iis verbis detrahant, qui rem ipſam
„ non viderunt) quod cœlum ipſum obnube-
„ rent, diem tenebris obumbrarent, magnamq:
„ regionis partem, Catanenſium arva præcipuè
„ operirent. Stabat itaque tellus in campis o-
„ perta cineribus. Unde volucres Cœli eſcas
„ invenire non poterant, & pecora campi pa-
„ ſcua non ſumebant.... Magna pars piſcium
„ in circumadjacentibus fluminibus, ſtagnis, atq:
„ paludibus periit; neque fuerunt majores iis,
„ puto, Babylonis terror, & cineres Sodomo-
„ rum. Ex his namque cineribus uſque Meli-
„ vetum inſulam, quæ diſtat a cacumine mon-
„ tis ſtadiis circiter mille, ſpiritus tunc Boreæ
„ flantis adduxit. Plures ex terroribus illis u-
„ triuſque ſexus homines dulces animas reli-
„ querunt. Plures etiam in confinibus montis

Digitized by Google

„ a dęmonibus, qui tunc diverſa corpora ſumen- *Ann. Xpi 1329*
„ tes in aera terribilia mendacia prædicabant,
„ arrepti ſunt. Quos autem Divina Bonitas pro-
„ pter merita Beatæ Agathæ Virginis de tan-
„ tis terroribus, tantiſque periculis liberavit,
„ Deo gratias reddiderunt. Huc uſque Specialis.

XXIII. Extat apud Silvagium ejuſdem Incendii memoria (*a*) cujus etiam integram texit hyſtoriam Fazellus, ac Maurolycus. Per idem tempus Eleonora Regina Friderici uxor Catanę degens inſigne Ordinis Minorum Cœnobium ſub Seraphici ſancti Franciſci titulo Regia munificentia a fundamentis extruxit, boniſque ac privilegiis ditavit. Etſi Pirrus in annum MCCCXLIII fundationem hanc rejiciat, ut dicemus. Nec minori liberalitate Fridericus ipſe ſancti Nicolai de Arena ſacram ædem in Monaſterium erexit, ædificiis ampliavit, ac libertatibus donavit, cujus etiam Monachos eadem Eleonora datis Catanæ literis x. Kalend. Februarii ejuſdem anni MCCCXXIX. ab omni onere vectigalium immunes voluit, ut latius in Monaſtica Siciliæ Hiſtoria diximus. Perſtitiſſe porro abinde Catanæ eumdem Fridericum cum Eleonora conjuge, ibique ſedem ſuam ſtatuiſſe, nedum ex enunciatis diplomatis eruo, atque ex alio Ciſtercienſis Cęnobii ſanctæ Mariæ de Altofonte III. Nonas Julii MCCCXXXII. ibidem ſignato, ſed ex iis etiam conjicio, quæ in ſancti Guillelmi Buccherii vita traduntur, a Perello deſcripta. Friderico nempe in Ætnæo nemore venationi indulgenti ferociſſimum Aprum inſultaſſe, quod ubi Guillelmus aſpexit, equo deſiliens, Regi opem laturus, accurrit, adortuſque inermi manu audacius potius, quam prudentius obnitentem be-
ſtiam

(*a*) *Colloq. cap. 43*

Digitized by Google

Anno Xpi 1331 ſtiam, ab hac ingenti plaga ſtratus, Catanam ſemianimis delatus eſt, ubi voto Beatiſſimæ Virgini Agathæ nuncupato, ejuſdem meritis priſtinæ fuit ſaluti reſtitutus, circa MCCCXXXV.

XXV. Jam vero Leonardo Catanenſi Epiſcopo Januæ demortuo Canonicorum Collegium Angelū Saccanum nobiliſſimo genere Meſſanæ exortum ejuſdemque Urbis Eccleſiæ Decanum ſubrogavit, ac Monregalenſi Pontifici (ſi Lello credimus) confirmandum obtulit. Hic aliquandiu provinciam adminiſtravit, quemdam enim Clericum ſacris ordinibus initiandum XIII. Kalen. Decembris MCCCXXXI ad Philippum Agrigentinum Epiſcopum tranſmiſit. At quum ejus electio Joanni XXII Rom. Pontifici minime pro-
1332 baretur, ac Leonardi loco Nicolaum de Grellis Cevanum Caſinatem Monachum ſcriptis Avinione literis XVII Kal. Septembris MCCCXXXII Summus Eccleſiæ Paſtor ſuffeciſſet, Angelus mandatis Apoſtolicis obtemperans, juri ſuo ultro ceſſit: dum porro Nicolaus Avinione verſaretur, Catanenſis Monaſteri ſancti Juliani tranſlationem confirmavit, ut ſcribit Pirrus.

1333 XXV. Sequenti anno rurſus Ætna mons exarſit Silvagio teſte: *Item anno ſalutis* MCCCXXXIII *ſimiles evomuit cum concuſſionibus igneos aduſtos lapides Ætna*. Interim noſter Pontifex, qui ſedem ſuam adhuc non inviſerat, Benedictum de Fontana Ciſtercienſem Monachum eruditione, ac morum innocentia clarum, Vicarium delegit, qui in vindicanda Eccleſiæ jura totus incubuit, ac juris dicendi facultatem in Opido Calataxibettæ, ut olim Præſules conſueverant, Philippo Agrigentino Epiſcopo Apoſtolico Delegato ſententiam ferente IV. Kalendas Junii obtinuit. Circa

hæc tempora Siculos a diris abſolutos perhibent, Joannis XXII. beneficio, qui in vitæ extremis conſtitutus illos communioni Eccleſiæ reſtituit; verum ejuſdem ſucceſſor Benedictus id ratũ neutiquã voluit: Eodẽ anno MCCCXXXIV Monialium ſub ſancti Benedicti titulo Monaſterium ab *Alemanna de Lumello* religioſiſſima femina ac *Rogerio la Matina* e primatibus Catanenſibus erectum eſt, boniſque adauctum. Tunc quoque Guillelmi, & Franciſcæ Brancifortij larga donatione Majoris Templi cultus crevit; ut ex tabulis ſancti Nicolai de Arena eruimus, cujus Abbas Bartholomæus de Scalceato Nicolai Pontificis vices gerebat. Anno Xpi 1334 1335

XXVI Anno MCCCXXXVI Nicolai Specialis rurſus verba uſurpamus „ circa ſexageſimum „ quintum annum vitæ ſuæ Fridericus Rex „ morbo, ſenioque confractus, ſed eo familia„ ri morbo potiſſime, quem podagram, chira„ gramque vocant, cum eſſet in Caſtro-Joan„ nis, ubi libentius æſtivabat, jam propinqua ſui „ exitus ſigna cognoſcens, Cataniam declinare „ diſpoſuit, utGlorioſæ B. Agathæ Virgini, cui „ ſe devotum ab adoleſcentia ſua præbuerat, „ quæ illum in adverſitatibus multis protexe„ rat, in ultimis ſuis corpus, & animam com„ mendaret. Profecturus ergo lecticam ingredi„ tur, atque a devotis circumjacentium terra„ rum incolis per viciſſitudines ad humeros ſup„ portatur. Cumque Paternionem terram non „ longe poſitam a Civitate Catanenſium per„ veniſſet, ad hoſpitalem domum ſancti Joan„ nis Baptiſtæ Jeroſolymitanis titulis inſignitam, „ quæ non procul extra terram illam ſita eſt, at„ tenuatus, ac debilis declinavit, ſuſceptiſque 1336

Sacra-

Digitized by Google

Anno Xpi 1336 „ Sacramentis Eccleſiæ, jam exinanitus viribus, „ crucem Domini amplexatus eſt, ſibique debitum carnis in vigilia nativitatis S. Joannis „ Baptiſtæ exolvit. Tunc vero terribilis viſu, „ atque humana corda metu concutiens, ea ratione videlicet, qua vel peſtilentiam, vel „ famem, vel bella, vel mutationem Regum „ innuit, inter Auſtrales, Occidentaleſque partes crinitum ſydus, quod a Græco idiomate „ nomen ducit, Cometes, apparuit, qui Regis obitum nuntiavit. Tunc adimpleri viſum „ eſt verbum illud, quod Donatus de Brunduſio Medicus, qui jam mortuus fuerat, Regi longe ante tempora mortis ſuæ, ſive habuerit illud a ſpiritu, ſive legerit in Prophetis, ſive, ut aliquibus certius videtur, hoc „ finxerit, ut Regis animum ad altiora produceret; ſæpius aſſerebat: hunc ſcilicet Fridericum Regem in Jeroſolymitanis partibus „ moriturum. Venerabile corpus ejus diu dilectum Siculis Cataniam in luctu & lacrymis „ geritur; & quia nox erat, in caſtro Urſino „ abſque tumultu plurimo receptatur. Sed quamprimum lux alma diei ſuccedentis eluxit, „ nobiles, & populares undique convenerunt. „ Poſt quam verò nobile corpus Regis, corona, ſceptro, aliiſque regalibus inſignibus decoratum thoro impoſitum eſt; plures Nobiles, „ quamvis triſte miniſterium agerent, ingenti „ feretro ſubegerunt. Tunc alii quidem accenſos cereos ducentes pompam funeris præcedebant, alii verò lacrymoſis clamoribus longo ordine ſequebantur. Quacumque parte „ civitatis tranſitum facerent, qui corpus regium ſupportabant, terra lacrymis rigabatur.

Nobilium

Digitized by Google

„ Nobilium matronarum, quæ in luctu Regi- Anno Xti
„ nam egregiam comitabantur lamentationes 1336
„ prætereo.

XXVII. „ Petrus autem Rex (*) Guillelmus Dux, Joannes Marchio filii Regis cum Regni Magnatibus, & quaſi univerſus populus cilicio induuntur. Virorum clamor ad æthera tollitur, lamentis, ac gemitu, & ululatu fœminarum unguibus ora fędantium ſicut de obitu Didonis ſcriptum eſt, tecta fremunt, reſonat magnis clangoribus æther, non aliter quam ſi Urbem illam hoſtilis acies invaſiſſet. Re vera, ſi quæ eſt ad antiquorum geſta comparatio modernorum; non magis Brutum primum Conſulem, Romanæ pudicitiæ defenſorem, non Camillum, qui debellata Romanorum ſigna quamvis in exilio poſitus, devictis hoſtibus, in Capitolium retulit; non Romulum primum fundatorem Vrbis, a quo Roma nomen accepit, Romanæ Matronæ planſerunt, quam Siculæ Fridericum. Nam ſicut infelix Andromaca poſt famoſum illud Trojanorum excidium pro Hectore apud Epirum, ſic univerſæ famoſæ civitates Siciliæ pro Friderico Rege inanem tumulum, cauſam lacrymis, & materiam doloribus conſtruxerunt. Neque immerito; quoniam Fridericus, quaſi omnium illorum inter Siculos vices geſſit, Poſtquam verò corpus Regium in Baſilica Sanctæ Agathæ in inſigni tumulo condiderunt, decoratur tumulus more Principum armis fulgentibus; Et ne futuris temporibus quibus

(*) *Hunc Fridericus Pater ab anno* MCCCXXXI. *conſortem Regni adſcitum regiis inſulis donaverat Panormi.*

aliquando

Anno Xpi 1336 „ aliquando conſuevit longinqua vetuſtas ævi
„ delere memoriam, cui tantus tumulus, & in tam
„ ſacra ſede ſurrexerit in dubium quæreretur,
„ hoc triplici Epitaphio inſignitus eſt.

Quis tumulus caperet Friderici carmina Regis?
Murus erat Siculis longo certamine; legis
Divinæ cultor, humani juris amator
Occubuit, ſcandit cæleſtia Regna, Viator.
Quæ Friderici queant de te Rex carmina fingi?
Dignus eras Siculis divorum numine pingi.
Aurea Trinacriæ ſub te Duce floruit ætas;
Nec potuit quiſquam Regni tibi tollere metas.
Sicaniæ populi mærent, cæleſtia gaudent
Numina, terra gemit, Rex Fridericus obit.

XXVIII. Fuit Fridericus de noſtris optime meritus, Catanenſis enim Civitatis jure, ac ſi privatus eſſet, donari voluit, ut Michael Platienſis literarum monumentis conſignavit, atque ex Aragonenſibus primus Catanæ ſibi ſedem ſtatuit.

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM

CATANA

SUB ARAGONENSIBUS

AB ANNO MCCCXXXVI. AD MCCCXLII.

I. PEtrus II. ex Patris teſtamento xij. Kal. Julii Catanæ Regni gubernacula ſuſcepit, quartoque a Friderici morte die, has ad Panormi Cives, ut morem illis gereret, perſcripſit literas initio Chronici Michaelis de Platia relatas. *Petrus II. Dei gratia Rex Siciliæ univerſis Urbis Panormi fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem: Licet ad ſignificationem veſtram Prædeceſſorum Regni ordinem imitatus dominus noſter Genitor elegerit in eadem Urbe poſt ejus obitum ſepeliri, nihilominus, & loci diſtantia, & aeris intemperie & agendorum inevitabili multitudine ſubſiſtentibus, electionem ipſam nequivimus adimplere. Depoſitum eſt itaque corpus ejus in Majori Catanienſi Eccleſia, quouſque nos habilitet Dominus ad ea, quæ idem Genitor noſter adhuc vivens diſpoſuit, & mandavit; & ideo veſtra fidelitas non miretur. Dat. Cataniæ Anno Dñi noſtri Incarnationis* MCCCXXXVI. *menſe Junii xxviij. ejuſdem Ind. v.* Tum nonnullis Regni Nobilibus Comitatus contulit dignitatem. *Volens Petrus*, laudatus inquit Michael (a) *Regnum de Nobilibus propagare in ſuæ præmium Maeſtatis, elegit, & ſtatuit infraſcriptos Nobiles, videlicet Ruſſum de Rubeo de Meſſana, Matthæum de Palicio, Guglielmum Raymundum de Montecatino, & Scalorum de Ubertis ad Comitatus gradum ſublimare*

Annn Xpi 1336

(a) *Lib. 1. cap. 2.*

Anno Xpi 1329 *blimare. Quapropter in ſolemnitate maxima, ſicut decet, in Majori Cataneinſi Eccleſia cuilibet illorum vexillum Comitatus more Regali dictus Rex tribuit, & conſignavit: Et hoc infra dictum menſem Junii*. Maxima quidem ſollemnitas infra Junium, quam innuit, Ss. Apoſtolorum Petri, & Pauli dies natalis fuiſſe videtur.

II. Non diu poſt Civiles Procerum diſcordiæ pacem, qua, ab externo hoſte libera, fruebatnr Sicilia, perturbarunt, ac ſimultas inter Vigintimillios ex una, Palicioſque, & Claramontanos ex alia, quæ Friderici authoritate conſopita, quorumdam Nobilium animis, partibus faventium, occulte obrepſerat, in apertum, cruentumque bellum evaſit. Res porro hoc pacto ſe habuit. Magnatum Conventum Rex de more Catanæ celebrandum indixerat, ad quem Franciſcum Vigintimillium Jeracii Comitem arceſſivit. Hic ab inſidiis Damiani de Palicio Regni Cancellarii, & Matthæi etiam de Palicio a Regiis rationibus ſibi timens, in arce Mottæ S. Anaſtaſiæ, quæ millibus ferme quinque Catanâ abeſt, ſeſe continuit, Regi nuntium remittens, quod eo in loco *Regiam expectaret præſentiam*, ut Michael ſcribit, (a) *Domeſtici vero Regis, quibus idem Comes Franciſcus gratiam contulerat, & juvamen, inſidias ſibi propalant per Palicienſes paratas*. Igitur, quaſi ad propria ob gravem filii Coliſanenſis Comitis infirmitatem eſſet revocatus, ſeſe ab arce proripiens, excuſata ſui apud Regem per literas abſentia, Jeracium inopinatò contendit, remque omnem domeſticis, ac fœderatis Nobilibus aperuit; quorum uſus conſilio, rurſus Catanam remeavit, veniam intempeſtivæ profectionis excuſa-

(a) Coll. cap. 43

excuſaturus, exceptuſque à Rege ſummis benevolentiæ ſignis Jeracium denuo ſe recepit. Rex vero Catanâ ſolvens, Meſſanam ad Comitia celebranda profectus eſt, quibus etiam intereſſe Franciſcus novo Regis mandato evocatus, renuit; quin & tertio ex Opido Nicoſiæ, quò Rex ſe contulerat, ad curiam accerſitus, parere detrectavit. *Anno Xpi 1336*

III. *Rex itaque Petrus*, proſequitur laudatus Michael (a) *reverſus fuit in Civitatem Cataniæ, ibique Nativitatis Dominicæ propinquæ feſtum celebraturus; & dum in dicta Civitate moram aliquam traxiſſet, Comes Franciſcus volens ſuam excuſare contumaciam, eadem die Nativitatis Dominicæ Comitem Franciſchellum filium ſuum ad Regiam præſentiam deſtinavit, qui coram Rege prædicto patris ſui abſentiam ſua excuſaret præſentia. Quem cum Rex acutis aſpectibus inſpexiſſet, cogitando ad injuriam receptam per hujuſmodi Franciſci abſentiam, dictum Comitem Franciſchellum capi mandavit, & omnes, qui cum eo venerant illo die; Palicienſes vero, qui tunc aderant in comitiva dicti Regis in Caſtro civitatis Cataniæ, more prædoneo, non accenſi zelo fidelitatis, ſed calore inimicitiæ antiquæ, cœperunt opes, & arma dicti Comitis, & ipſum in Caſtro dictæ Civitatis recluſerunt captivum, captis etiam ſuis familiaribus eum comitantibus; inter quos erat quidam Ribaldus nomine miles, ſecretarius, & Major domus dicti Comitis Franciſci, quem Rex de conſilio Palicienſium, acriter torqueri fecit, exquirens ab eo abſentiæ cauſam Comitis prædicti, & ſi aliqua contra dictum Petrum Regem eſſet proditio, qui poſitus, & depoſitus a tormentis pluries denegavit præmiſſa, tandem depoſitus, ut eſt*

(a) Chr. cap. 5.

juris,

Anno Xpi 1331 *juris a torturis, confeſſus extitit, quod dictus Comes Franciſcus cum Comite Friderico de Antiochia conjuraverat, & ſacramentum fœderis inter eos erat initum, & firmatum contra Regiam Majeſtatem.*

IV. Id omne, ut Comiti innotuit, apertè cum ſuis a Rege deſcivit, ac Ragalſoannis caſtrum occupavit. Adhæſere Jeracenſi Fridericus, & Chiccus de Antiochia, qui & ipſi Opidanos ſuos in ſocietatem traxerunt. Hinc Rex Catana excedens Nicoſiam profectus, Colliſanenſem Comitem, Ribaldum, eorumque ſocios in Arcem Leontinenſem deſtinatos, Comiti Rogerio de Paſſaneto Arcis prefecto commiſit; Tum Franciſcum Vigintimillium ejuſque filios, ac fau-
1332 tores perduellionis reos egit, Joannem Claromontanum Franciſci æmulum in priſtinam recepit gratiam, Fridericum quoque de Antiochia, & ſocios proditores, ac Regni publicos hoſtes declaravit. *Quibus geſtis*, ait Fazellus (a) *Catanam reverſus Calatabelloctam, Calatabuturum, Caſtrum ad Mare de Gulfo, Burgettum, & pleraque alia Friderici oppida Raymundo Peraltæ Regis con-*
1333 *ſanguineo Regnique Aragonum Admirato ſub titulo Comitatus Calatabelloctæ tradidit, pro ut ejus diplomate Catanæ x Januarii die* 1327. (*) Coacto mox ex Inſula univerſa juſto exercitu, Rex contra rebelles movit, opidaque complura ex deditione facile accepit, ac Jeracium, ubi ſeſe Comes concluſerat, dura obſidione preſſum pro-

(a) Dec.2. lib.9. cap.4.

(*) *Menſis Februarius in hiſce literis notatus erat Anni* 1338. *Sed Antiquis Annum a Martio inchoantibus erat* 1337. *ut ſuperius dictum.*

Digitized by Google

proditoris cujuſdam ope tandem invaſit. Fugiens Comes præcipitio ſe collidit; cujus cadaver Jeracium traductum furens populus inhumaniter diſcerpſit. Comitatu ſubacto Fridericum de Antiochia in Miſtrettæ opido ſe tutantem Rex ad deditionem per nuncios ſollicitavit, veniamque, ac ſui, ſuorumque incolumitatem petenti facile conceſſit; Caſtro denique accepto, ovans Catanam remeavit. *Cives cujus*, ſcribit Michael, (a) *cum indumentis ſericis, & palmis in manibus in ſignum victoriæ ei obviam tamquam Regi victori, & triumphanti unanimiter exierunt, ſicque tota illa hebdomada in jucundis ſolatiis cives prædicti jugiter congauderunt.* Anno Xpi 1338

(a) Chr. cap. 10.

V. Interim Eliſabeth Regina pridie Nonas Februarii *die illa, qua B. Virginis Agathe Catanenſis, totius Inſulæ Protectricis glorioſis Reliquiis Civitas Catanenſium colluſtratur*, filium peperit primogenitum, in Catanenſi Urſina Arcæ ſumma totius Urbis congratulatione, ingentique Civium gaudio, quorum fidelitati vicem rependere liberaliſſimus Princeps ex animo cupiens, illos immunes, ac liberos ab onere hoſpitandi Regem ipſum, ejuſque Adminiſtros voluit. *Palicienſes verò*, proſequitur Michael, *tamquam invidi, & maligni gerentes odium antiquum, tam Civitati, quam Civibus, ut Privilegium hoc eis non eſſet indultum, mirabili altercatione impugnaverunt, in tantum quod dum Privilegium eſſet in ſcriptis redactum, & ſigillo Regio communiri deberet, Damianus de Palicio, qui tunc temporis Cancellariæ officium exercebat, ſigillum ipſum in dicto privilegio imprimere recuſavit. Sed Patriæ Cataníenſium liberatrix B. Agatha mentem Regiam ſic firmam in dicto privilegio*

Anno Xpi 1338 *legio perficiendo perſeveravit, quod expreſſe dicto Cancellario mandavit, ſigillum in privilegio imprimi deberet; quod factum extitit invitis Palicienſibus, & coactis. Tanta igitur fuit, & eſt affectio per univerſos Cives Catanienſes erga Regis natum Filium, quod non eſt aliquis, qui potius maluiſſet proprium filium morti tradere, quam dictus Regis filius aliquod incommodum perſenſiſſet; mulieres etiam tam in matrimonio, quam virgines in earum domibus ſatis hilares dies ducunt, & in cantilenis dulcibus produnt voces ſuas dicentes: Se amodo cum earum filiis, & maritis in laribus abſque verecundiæ timore permanere. Qui Regis filius more Regio baptizatus extitit in Eccleſia B. Agathæ ſupradictæ, cui nomen fuit impoſitum Aloyſius*. Subdit Groſſus (a) Regium Infantem ſacris ablutum undis ab Epiſcopo Nicolao de Grellis, cique Ludovici nomen fuiſſe impoſitum ob S. Tholoſæ Pontificem Ludovicum, cui votum Parentes, atque Eleonora Soror nuncuparant.

(a) Cat. ſac. § 34

VI Jam vero Regii diplomatis talis, vel ipſo Michaele teſte, tenor eſt: *Petrus II. Dei gratia Siciliæ Rex &c. &c.* ,, Et ſi Reges, & ,, Principes ſuorum natalitia celebrantes, Urbes, ,, & Civitates, ſui Regiminis immunitatibus de- ,, corant, ; ſparguntur honores in populis, qui ,, merentur; Nos qui Dei nutu in trono Re- ,, gio præſidemus, ubi deſideratam prolem nobis ,, conceſſit Altiſſimus, honores impendere, am- ,, plas immunitates, & gratias fundere ſine par- ,, citate debemus. Præſentis itaque Privilegii ſe- ,, rie notum fieri volumus univerſis tam præſen- ,, ſentibus, quam futuris, quod conſiderantes in- ,, ſigne beneficium, quod pridie in Civitate Ca- ,, taniæ, intercedente glorioſa Virgine Agatha,

quæ

„ quæ tutela Regni noſtri eſt, cujus titulo ea- *Anno Xpi 1338*
„ dem Civitas inſignitur, de manu Dei noſtri
„ ſuſcepimus, cū Illuſtris Regina Eliſabeth Con-
„ ſors noſtra dilecta filium Nobis peperit, quem
„ Nos, & fideles Siculi propter virilis prolis ca-
„ rentiam longo tempore optabamus; Volentes
„ etiam afflictiones, labores, & damna, quæ Ca-
„ tanienſes ipſi occaſione frequentis, & conti-
„ nuæ hoſpitalitatis noſtrorum Curialium, alio-
„ rumque Regalium, in eorum hoſpitiis, & roba,
„ quoties recolendæ memoriæ Dominus Genitor
„ noſter Rex, & Nos in eadem Civitate, qui
„ temporibus continuatis morabamur hactenus,
„ & moramur, perpeſſi ſunt; quo caſu eis ad-
„ verſa, & importabilia incommoda plurima con-
„ tingunt; ut de Nativitate novi Domini læ-
„ tam aſſumant, & notabilem ſuis poſteris ma-
„ teriam gaudiorum, eosdem Catanienſes ob o-
„ nere ſuſcipiendi hoſpites, & dandi robam No-
„ bis, noſtriſque Curialibus, & quibuscumque
„ aliis cujusque gradus, & conditionis exiſtant,
„ pro quacumque cauſa, de ſpeciali gratia, &
„ noſtra certa ſcientia in perpetuum duximus e-
„ ximendos. Quapropter ab eodem onere Ca-
„ tanienſes ipſos eximimus; Volentes, & præ-
„ ſentis Privilegii ſerie mandantes, ſub obtentu
„ gratiæ noſtræ, ut nullus præſentem exemptio-
„ nem noſtram quovis modo audeat infringere,
„ vel eam aliquatenus contrahere. In cujus no-
„ ſtræ exemptionis, & gratiæ certitudinem, &
„ dictorum Catanienſium cautelam præſens pri-
„ vilegium eis exinde fieri, & ſigillo Majeſtatis
„ noſtræ pendenti juſsimus communiri. Datum
„ Cataniæ per Venerabilem Damianum de Pa-
„ licio de Meſſana Juris Civilis Profeſſorem Re-

gni

Digitized by Google

Anno Xpi 1338 ,, gni Siciliæ Logothetam, & Cancellarium, &
,, Capellæ noſtræ magiſtrum Capellanum Anno
,, Domini MCCCXXXVII. menſe Februarii XII. ejus-
,, dem Sextæ Indiction. Duodecima Februarii dies male hic apponitur; Rex enim in Privilegio, *pridie*, ait, *Eliſabeth nobis peperit Filium.* Quum igitur partus dies quarta fuerit, ut vidimus, datum diploma die V. colligimus.

VII. Perſcripſit porro Panormitanis Rex Petrus hiſce prorſus verbis: *Petrus* II *Siciliæ Rex Univerſitati felicis Urbis Panormi gratiam ſuam. Exultemus omnes in Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro, qui pridie Nobis de proditoribus lætum dedit abſque ſanguinis effuſione triumphum,*
1332 *Ecce nunc hodie luceſcente die, qua B. Virginis Agathæ noſtræ, noſtrorumque fidelium Protectricis glorioſis Reliquiis Civitas Cataneuſium illuſtratur, Filium dedit optatum, quem Eliſabeth Domina Regina Conſors noſtra dilecta peperit ſine periculo, & Nobis, noſtriſque fidelibus ingentem tribuit materiam gaudiorum, quod fidelitati veſtræ intimamus, ut una de his pretioſis muneribus Nobiſcum Deo gratias referatis. Dat. Cataniæ Anno Incarn. Do-*
1333 *minicæ* 1337. *Quinta Februarii* vi. *indict.*
Ineunte Æſtate Roberti Regis Neapolitani Claſſis Duce Rogerio de Anthiochia (Hunc Petrus liberum dimiſerat) Siciliam invaſit. Ennam hinc Rex profectus, ut opportunè hoſtium conatibus occurreret, Rogerium de Paſſaneto, quem Paliciorum aſtus ſuſpectum reddiderat, ad ſe arceſſit; Renuit hic, hoſtium veritus inſidias, caſtrumq: Leontinenſe, cui præerat, contra Regios munivit; *Cumque hæc omnia veniſſent* (a) *ad aures inclitæ Reginæ Eleonoræ matris dicti Regis Petri, quæ in Civitate Catanæ tunc temporis reſidebat,*

(a) *Michael de Platia c.* 17

nimio fuit completa dolore; quapropter omnibus *Anno Xpi* 1338
ſuis familiaribus convocatis, jubet eos parare neceſſaria, cum ipſa Leontinum appetat ſe conferre. Nec mora equi parantur, & Comites, & dicta Regina in quadam vara lignea ſe intromiſit, equis duobus ſeipſam ducentibus propter nimium calorem Æſtatis, & ſuis cum Equitibus ad terram prædictam ante caſtrum Leontini recto itinere fuit profecta. Quam dictus Rogerius in dictum caſtrū admittere penitus recuſavit. Et ſic dicta Regina Eleonora valde pudibunda, dolore non modico intrinſecus vulnerata, in quamdam Villam ipſius Reginæ a terra Leontini per tria milliaria diſtantem reverſa, ibidem ea nocte quievit, & ſequenti die in Civitatem Cataniæ fuit reverſa. Hæc Michael.

VIII Hiſce ſuccenſus Rex, convocato exercitu Blaſcum de Alagona Regni Magiſtrum Juſtitiarium contra Rogerium delegavit, qui ex deditione Leontinenſi arce potitus, copias in hoſtes externos traduxit, opidaque ab illis impune occupata pari felicitate Regi aſſeruit. Sequenti anno MCCCXXXIX. Nicolaus Epiſcopus fato conceſſit, *ob cujus obitum*, ait Groſſus, *F: Jacobus de Soris S. Mariæ de Licodia Abbas in Generalem Vicarium a Monachorum Capitulo eligitur*. At per id tempus Jacobus nondum ea dignitate potiebatur, electus enim fuit Licodienſis Abbas anno MCCCXLII. Munus itaque Vicarii, dum eſſet adhuc Cathedralis Baſilicæ Monachus, obivit. Jamvero Rogerio de Antiochia Duce rurſus Neapolitana Claſſis, copias prope Mylas expoſuit, caſtrumque ejuſdem Urbis diu obſeſſum vi tandem capit. Verum a Siculis ſub Alagonæ præfectura, Auguſto menſe, claſſario mi- 1339

ite

Digitized by Google

Anno Xpi 1339 lite pulſo, ac Friderico ipſo interfecto, expugnatur: Tunc Petrus per varia Inſulæ loca diſcurrens, Panormum tandem ſe contulit, quò illum Joannes Randatii Marchio ejus Frater convenit. Joannem Catanâ ſolventem complures Magnates Siculi, *ac Catanenſes ſpecialiter Cives in quibus*, ut Michael ſcribit, *maximam gerebat fiduciam* ſunt comitati. Ejuſdem conſilio, Palicienſes Regno excedere juſſit Petrus, eorumque bona publicari. Nec diu extremo morbo correptus in Oppido Calatanixectæ, Joanne Fratre Regni Vicario relicto, immatura morte e vivis exceſſit anno MCCCXLI. pridie Idus Auguſti, cujus corpus Panormum deportatum Regio ſepulchro conditur.

IX Regni nactus gubernacula Joannes, Catanam ſe recepit, ſecum Eliſabetham, Regioſque pupillos deferens. At hæc muliebri imprudentia, ac levitate Paliciorum clam favens partibus, Duciſque potentiam ſuſpectam habens, de filio, nimis quam per eſſet, ſolicita, non diu poſt Panormum remeavit, ac de filio in Regem coronando, inungendoque cum Proceribus egit.

CAT-

Digitized by Google

CAPUT QUARTUM

CATANA

SUB ARAGONENSIBUS

AB ANNO MCCCXLII. AD MCCCL.

I.

COacto Panormi Procerum Conventu Ludovicus adhuc puer VI. Idus Septembris MCCCXLII. Siculorum Rex ſalutatus, ab Joanne Tolano Peloponneſiaco Pontifice, genere Catalano, Regio diademate inſignitur, ac ſacris de more ritibus ungitur; tum Catanam cum Joanne Duce, Matre, ac Sororibus advehitur. *De quo novo Rege*, inquit noſter Chronographus (a) *Siculi maxima gaudia, & tripudia contulerunt, & ſpecialiter Civitas Cataniensium, pro eo, quod dictus Rex Civis eorum eſt ortus, & natus in Civitate prædicta, & hoc anno Dñi* MCCCXLII. *octavo Septembris Indict.* XI. Ex his Groſſi conjecturas Ludovicum Catanæ in Regem inauguratum, atque inunctum autumantis facile convellas, diploma enim pro Urbe Panormitana ab Ludovico pridie Kal. Novembris Catanæ ſignato optimè *fælicis ſuæ coronationis, & novæ ad Regium faſtigium elationis* meminit, quæ Panormi ſub initium Septembris fuerat celebrata, nec Fazellus, ac alii, qui levi errore in deſignanda Coronationis die ſunt lapſi, ſine authore, aut ſine teſte Ludovicum regia corona Panormi donatum affirmant, quum id Michael de Platia ſynchronus Author evulget. Denique, quæ erat tertia Groſſi conjectura, optime Ludovicus adhuc puer poſtquam inunctus, Catanam cum matre

Annn Xpi 1342

(a) *Chron. cap.* 24

tre

Anno Xp. 1342 tre, & Patruo migraſſe dicitur, ibique Panormitanis Privilegium conceſſiſſe, quum ab octava Septembris die ad Octobris extremum quinquaginta & amplius intercedant, quibus cõmodiſſimè iter Panormo Catanam, vel puer, ac Rex percurrere poterat. Emendandus ſane Fazellus, qui in Decembris rejicit initium, & Surita, qui in Septembris medio eam ſollemnitatem reponit; At citra dubium, Groſſi opinione rejecta, Panormi ſtatuenda.

II Eodem anno Gerardus Oddonis Gallus Pontifex Catanenſis Apoſtolicis Clementis VI. literis V. Kalendas Decembris deſignatur. De eo præclara ſcribit Wadignus in Minorum Annalibus (a) unde eruit Groſſus. Fuit enim doctoris ſubtiliſſimi Auditor, ac varia ingenii ſui monumenta poſteris reliquit, emenſuſque in Ordine omnium dignitatum gradus, Generalis Miniſter adſcitus Joanni XXII. Rom. Pontifici operam ſuam probavit, ac variis legationibus functus, Antiochenſis Patriarcha, demumque noſter Pontifex eligi meruit. Idem Theobaldo Panormitano Præſuli vices ſuas delegavit, qui Catanam Rhodiorum Equitum triremibus vectus, Eccleſiæ poſſeſſionem iniit, eamque aliquandiu, dum a conſiliis Eliſabethæ Reginæ Catanæ moraretur, adminiſtravit.

(a) lib. 3. anno 1308 & 1347

III Per idem tempus Emmanuel Spinula Archiepiſcopus Montisregalis ad S. Nicolai de Arena Cœnobium in Catanenſi regione ſub Ætna ſitum, fama Monachorum inibi degentium illectus, venit, compluresque ex eo Aſcetas, quorum opera diœceſis ſuæ Monaſteria reformaret, aſſumpſit; Catanam exinde advectus, jure Metropolitico uſus, Eccleſiam viſitavit, ac laicali

Digitized by Google

fretus potentia, complura ejuſdem libertati ob- *Anno Xρi* 1343
noxia ſtatuit. Qua de re apud Summum Pontificem conqueſtus Gerardus noſter, haſce literas ab eodem Clemente VI ad Emmanuelem directas obtinuit. *Clemens Epiſcopus Servus ſervorum Dei. Venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo Montis-Regalis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem: Expoſuit Nobis Vener: Frater noſter Gerardus Patriarcha Antiochenus Adminiſtrator Eccleſiæ Cataniensis in ſpiritualibus, & temporalibus authoritate Apoſtolica deputatus: Quod licet olim eadem Eccleſia Catanienſis a Jure Metropolitico per ſedem Apoſtolicam prorſus exempta fuit, & ſedi eidem immediate ſubjecta; Tu tamen contra hujuſmodi exemptionem, & ſubjectionem, in ejuſdem ſedis contemptum, veniens, memoratam Eccleſiam Catan: & perſonas ejuſdem viſitare, ac alia ibidem exercere, quæ tibi, ſi exemptio non extaret prædicta, competerent, defacto pro tuæ voluntatis libito, adhibita tecum nihilominus ſuper his laicali potentia, quod egre, ſi ita eſt, ferimus, præſumpſiſti: Quo circa fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtrictius injungendo mandamus, & inhibemus expreſsè, quatenus talia, vel ſimilia de cætero facere non attentes, & attentata per te ſuper his in præjudicium exemptionis prædictæ revocare, quantocius non poſtponas. Si vero tibi, & Eccleſiæ tuæ in præmiſſis, vel circa, & jus competere credideris quovis modo, illud apud Sedem Apoſtolicam, ubi tibi faciemus exhibere juſtitiam proſequaris, præſertim cum dictus Patriarcha de hujuſmodi exemptione paratus ſit facere promptam fidem; de receptione autem præſentium Nos per tuas literas, vel inſtrumentum publicum earum ſeriem continens, reddere ſtudeas certiores. Dat: Avenio-*

ne

Anno Xpi 1343 *ne 7. Idus Aprilis Pontif. noſtri An. 2.*

IV. Eleonoræ Friderici Regis uxoris pretioſa morte annus hic inſignis etiam memoratur; A morte viri ſui in pagum quemdam *Le Guardie* ad radices Ætnæ montis Eleonora æſtatis tempore quotannis digrediens, ſæpius ad S. Nicolai Benedictinum Cœnobium haud longe a pago diſſitum permeabat, ubi ſacris Eccleſiæ epulis refecta, Monachorum cœtui ſociata, choro interfuit, adeo illorum exemplis, ac modeſtia in primis accenſa, ut faſſa ſuis familiaribus ſit, nuſquam Monachorum oculos vidiſſe; moriens denique eodem in loco, atque in eorumdem manus ſpiritum commendans ſupremum, inſignia SS. Lipſana, argentea vaſa, & candelabra, multa denique ex oloſerico eis legavit, quorum aliquot ad hanc noſtram ætatem perſeverant. Deſignatur etiam hodie locus, & cella, ab ejuſdem Eleonoræ incolatu *Cella Reginæ* appellata. Ejus corpus Catanam delatum in templo S. Franciſci Fratrum Minorum, quod propriis ſumptibus a fundamentis erexerat, nobili tumulo, atque epigraphe eſt conditum.

Siciliæ Regina jacens hic Eleonora
Regum nata, parens, conjux inſignis honora.
Hæc Caroli, Petri, Friderici, ſancte, ſororem
Accipe tu dignam Ludovice, Petrumve priorem;
Quamvis Arenæ Nicolai migraverit ædem,
Cataniæ petit Franciſci ſiſtere ſedem
Ordinibus devota ſuis, Sydus bene micans.
Hic jacet, inſpicite.

Erat olim Mauſoleum in templi ſacrario decenter collocatum, in cujus ſuperiori parte Chriſtus Jeſus e cruce dependens hiſce adiectis verbis inſpectabatur.

✠ *Chri-*

✠ *Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat,* Anno Xpi 1343
Chriſtus ab omni malo nos defendat. ✠

Inſculptus quoque S. Ludovicus Eleonoræ Germanus Toloſæ Epiſcopus infulis inſignitus videbatur, qui ſepulchralem urnam benedicebat his adjectis.

Illuſtris Regina jacet hic Eleonora, cui ſacra Clara dedit habitum, quam Frater honorat Sanctus Ludovicus. Anticam denique ſepulchri faciem Regia obſignabant ſtemmata. Hodie inter Eccleſiæ ruinas obrutum; ſed brevi excitatum iri in nova templi molitione e ruderibus, quæ ſuperſunt, ſperamus.

V. Jam vero ad ſedem ſuam anno MCCCXLIV 1344
Theobaldus Panormitanus Pontifex reverſus Jacobum de Soris tunc S. Nicolai de Arena, & S. Mariæ de Licodia Abbatem Catanenſis Cathedræ Vicarium ſcriptis XII Kal. Decembris Literis, deſignavit. Hic Cœnobii erectionem ſub titulo *S. Mariæ de Monachabus* Benedictini inſtituti in regione Arcis Urſinæ piorum eleemoſynis Catanæ fundati pridie Idus Februarii confirmavit, quod elapſo decennio ſuppreſſum alteri ejuſdem ordinis Monaſterio S. Juliano ſacro fuit adnexum. Nec diu Gerardus noſter Jacobum Sebaſtæ Pontificem, ut ſui vices gereret, Catanam tranſmiſit.

VI. Anno MCCCXLVII Joanna Roberti Regis 1347
Neapolis ex Carolo filio neptis belli inducias per Pontificios Legatos ab Joanne Duce Catanæ degente poſtulavit; Quas quidem firmare Dux renuit, pacemque honeſtis conditionibus componendam pollicitus, Legatos ad Pontificem remiſit. Hos inter Gerardum Catanenſem Præſulem fuiſſe ex hac Clementis Epiſtola eruo.

„ Cle-

Digitized by Google

Anno Xpi 1347 „ Clemens Epiſcopus &c. Dilectæ in Chriſto mu„ lieri Eliſabethæ relictæ quondam Petri Primo„ geniti claræ memoriæ Friderici Regis Trina„ criæ, & dilecto filio nobili viro Joanni eiusdem „ Regis nato. Cum venerabilis Frater noſter „ Gerardus Patriarcha Antiochenus ad partes „ Inſulæ Siciliæ pro viſitanda Eccleſia Cataníen„ ſi, Apoſtolica ſibi authoritate commiſſa; & „ quibuſdam ſuis aliis peragendis, cum gratia „ noſtræ benedictionis accedat. Nos ipſum, quem „ diſtributor gratiarum omnium multis dota„ vit meritis, & copioſis virtutibus inſignivit, „ ac dictam Eccleſiam Catanienſem, ipſiuſque „ jura, bona, & negotia Nobilitati veſtræ ſince„ ris affectibus commendamus; Et quia de ipſi„ us Patriarchę fidelitate, & probitate confidi„ mus, quædam ſuper tractatis nuper cum Am„ baſciatoribus veſtris ad Nos, & Apoſtolicam „ ſedem deſtinatis, pro parte noſtra Vobis refe„ renda duximus ſibi imponenda, cui velitis, „ quæſumus, fidem ſuper illis creditam adhibe„ re, ac ei ad noſtram præſentiam, dante Do„ mino, ſatis de proximo reverſuro, veſtræ in„ tentionis beneplacitum, Nobis per eum re„ portandum, ſerioſius aperite. Dat. Avenio„ ne 15. Kal. Septembris Pontif. noſtri Anno 6.

VII. Illud porro effeciſſe Pontificis Romani Nuntios, laudatus Michaël de Platia memorat: ut Joannes Dux bona omnia Eccleſiis uſurpata integrè, fideliterque reſignaret. *Reverſis nuntiis ad Inſulam*, proſequitur Chronographus, (a) *hinc inde tum capitulis inſcriptis diſcurrendo, applicuerunt in Civitatem Cataniæ quidam nobilis Neapolitanus Miles, nomine* Sandalus, *& Archiepiſcopus Amalphi cum certis popularibus homi-*

(a) Cap. 26.

minibus Civitatis Neapolim, & ipſis exiſtentibus in Civitate Cataniæ, facto inter eos & Reginam Eliſabeth & Ducem prædictum colloquio, receſſerunt a partibus Siciliæ anno Domini 1347. *de menſe Septembris* 1. *Indic. & reverſi ſunt in Siciliam anno prædicto de menſe Octobris penultimo ejuſdem* 1. *Indic. Et facto colloquio dictus Dominus Dux; prædicta Regina cum Proceribus, & Siculis in Civitate Cataniæ aliqui de Nobilibus pacem prędictam recuſabant, aliqui ipſam habere affectabant. Tandem pax fuit inita, & confirmata inter eoſdem ſub certis pactis, & capitulis confirmandis per ſum: Pontificem. Quapropter ſtatutum fuit, & ordinatum, quod donec capitula illa a Summo Pontifice confirmarentur, fuiſſet tregua inter Regnum Siciliæ, & Regnum Reginæ Joannæ, abinde ad feſtum S. Joannis Baptiſtæ proxime futurum. Et ſic bandita extitit pax prędicta in Civitate Cataniæ Anno Domini* 1347. *Octavo Novembris* 1 *Indic.* Anno Xpi 1347

Huic firmandæ paci Gerardum noſtrum multam contuliſſe operam non ambigo, Catanæ enim ſubſtitit, ut novo malo proſpiceret, quod Gregi ſuo imminebat a ſæviſſima lue. Hęc Italiam primum, dehinc Siciliam invaſerat, Urbemque Meſſanam adeo affecerat, ut vix ſupereſſet, qui mortuos efferret; aliis quippe morbo abſumptis, aliis fugâ in agris proximis ſalutem ſibi quęrentibus, reliqui vero, & pro majori parte Catanam ſe contulerant ,, Confiſi (ait Michael) quod B. Agatha Catanienſis Virgo eos ,, de tali infirmitate liberaret. Et dicta Regina Eliſabeth exiſtens in Civitate Cataniæ ,, Fridericum filium ſuum, qui in Civitate Meſſanæ tunc tempus aderat, ad ſe feſtinanter

juſſit

Digitized by Google

Anno Xpi 1347 ,, juſſit venire, qui cum Galeis Venetorum Ca-
,, taniam feſtinanter applicuit. Exiſtentibus
,, vero (proſequitur idem Author) (a) quam-
,, pluribus Meſſanenſibus in Civitate Cataniæ
,, piis porrectis petitionibus ad Dominum Patri-
,, archam, ipſum unanimiter exorarunt, ut cum re-
,, liquiis aliquibus B. Agathæ Virginis ipſe per-
,, ſonaliter, devotionis cauſa, ſicut decet ho-
,, norificè, Meſſanam ſe conferret. Credimus e-
,, nim, inquiunt, quod propter adventum re-
,, liquiarum prædictarum, Meſſana Civitas erit
,, ex tali penitus infirmitate liberata. Dictus
,, vero Patriarcha eorum precibus devotè com-
,, motus, annuit cum reliquiis prædictis Meſ-
,, ſanam perſonaliter accedere. Et hoc anno
,, Domini 1347 circa finem menſis Novembris
,, 1 Indic. Agatha Virgo ſacra conſiderans do-
,, lum intrinſecum, & Meſſanenſium inſidias,
,, qui ſemper & in opportunum exititerunt tam-
,, quam ſignum ad ſaggittam, & volentes reli-
,, liquias prædictæ Virginis apud Meſſanam re-
,, tinere, Domino operante, precibus eidem per
,, Virginem ſupradictam porrectis, Plebs uni-
,, verſa Civium ad dictum Patriarcham ſe con-
,, tulit, exclamans, & dicens, quia talia omni-
,, mode non placebant, & extortis clavibus a
,, Melingrerio, dictum Patriarcham fortiter incre-
,, parunt, aſſerentes prius mori eligere, quam
,, reliquiæ prædictæ ad Meſſanam deberent tranſ-
,, ferri. Ad quorum increpationem dictus Pa-
,, triarcha nequiens aliud facere, honorificè cum
,, cantilenis Eccleſiaſticis, & cum devotione
,, maxima ad locum, ubi reliquiæ aſſervaban-
,, tur cum Monaſtico Clero fuit ingreſſus, &
,, de aqua munda certas reliquias ſanctas præ-
dictas

(a) *Chron. cap. 28*

Digitized by Google

„ dictas madefecit, quam aquam juſſit ad Ci-
„ vitatem Meſſanæ deferri, eamque ipſe per
„ mare navigans perſonaliter transfretavit.
„ IX. Sed o infamata Meſſanenſium opinio,
„ quæ ſub zelo devotionis reliquias B. Agathæ
„ ipſas furto ſubtrahere clandeſtino modo pu-
„ tabas, quare tuæ tradidiſti oblivioni, quod
„ corpus prædictæ Virginis ad Conſtantinopoli-
„ tanas partes exiſtens, affectans ad Civitatem
„ Cataniæ ſuam patriam advenire, in ſomnis
„ ad Giſbertum, & Goſelmum accedens, ipſos
„ Corpus ſuum ad Civitatem Cataniæ deferre
„ juſſit? Nonne ſi tunc Meſſanam intrare vo-
„ luiſſet, inibi ſuam ſtatuiſſet manſionem? Quid
„ plura? Patriarcha vero prædictus in Civitate
„ Meſſanæ poſtquam applicuit, ſecum aquam
„ prædictam portans, multos & diverſos infir-
„ mos ex aquæ prædictæ aſperſione, et ſigna-
„ tione liberavit. Concurrunt igitur Cives Meſ-
„ ſanenſes ad prædictum Patriarcham, quem cum
„ multo gaudio videre feſtinant, multas ſibi, &
„ Deo gratias referentes.

X. Gerardo ad ſedem ſuam redeunte, Dei-
paræ Virginis ope implorata, Divinam avertere
indignationem Meſſanenſes ſatagebant; verum
exigentibus mortalium culpis, eò malum proceſ-
ſit, ut major civium pars patriam deſererent,
plures in Calabriam evaderent, alii per inſulam
univerſam vagi, ac profugi, undique pulſi, mi-
ſerrime in agris perire compellerentur. „ In
„ tantum vero Meſſanenſium in civitate Cata-
„ niæ crevit mortalitas, quod ad poſtulationem
„ Catanenſium civium ordinatum extitit per Do-
„ minum Patriarcham, quod nullus Meſſanen-
„ ſis intra civitatem ſepeliatur, immo extra in
ſepul-

Anon. Sic. 1347 ,, ſepulchris bene profundis. Quid ultra? adeo
,, fuerunt abominabiles, & timoroſi, quod ne-
,, mo cum eis loquebatur, nec converſabant,
,, ſed fugiebant velociter eorum viſionem, eo-
,, rum anhelitum penitus recuſantes, & ſi aliquis
,, eorum cum aliquo loquebatur, reſpondebatur
,, illi vulgariter: *Non mi parrari ca ti Miſſuiſi.*
,, Et nemo eos hoſpitabatur, domoſque pro eo-
,, rum habitaculis ad conducendum penitus non
,, inveniebant; & niſi Meſſanenſes aliqui in ci-
,, vitate Cataniæ cum eorum familia habitantes
,, eos clam hoſpitarentur, fuiſſent quaſi omni au-
,, xilio deſtituti.

1348 XI. Novo ineunte anno Syracuſas, Sac-
cam, Drepanum, atque Agrigentum morbus in-
vaſit, ac poſtremo Catanam fœdè vaſtavit. Quid
dicemus, (ſcribit Michael,) ,, de Civitate Cataniæ,
,, quæ oblivioni tradita eſt? Tanta fuit peſtis
,, exorta in ea, quod non ſolum puſtulæ illæ,
,, quæ Antrachi vulgari vocabulo nuncupantur,
,, ſed etiam glandulæ quædam in diverſis cor-
,, poris membris naſcebantur, nunc in pectore,
,, aliæ in tibiis, aliæ in brachiis, aliæ in gut-
,, ture, quæ quidem a principio erant ſicut A-
,, vellanæ, & oriebantur cum magno frigoris mo-
,, tu, & rigore, & in tantum humanum cor-
,, pus extenuabant, & affligebant, quod diri-
,, gere ſe potentiam non habens ſtandi, ſed ad
,, lectum proſternebat? febribus immenſis inci-
,, debat, & amaritudine non modica contriſta-
,, batur. Quapropter glandulæ illæ ad modum
,, nucis creſcebant, deinde ad modum ovi gal-
,, linæ vel anſeris, ex cujus dolore non modi-
,, co, & humorum putrefactione urgebatur di-
,, ctum humanum corpus ſanguinem expuere;

,, Sed ſputum a pulmone infecto ad gutturi per- Anno Dñi 1348.
,, veniens, totum humanum corpus putrefacie-
,, bat. Quo putrefacto, humoribus deficientibus,
,, ſpiritum exalabant. Quæ quidem infirmitas
,, triduo perdurabat, quarto vero die ad minus
,, a rebus humanis humana corpora erant adempta.
,, Catanienſes vero perpendentes talem ęgritudinē
,, ſibi brevi finire tempore, ſicubi dolor capitis
,, eis ſuperveniebat, & rigor frigoris, omnia
,, peccata ſua primo & ante omnia Sacerdoti-
,, bus confitebantur, & deinde teſtamenta eorū
,, conficiebant. Tanta autem erat mortalitas in
,, dicta Civitate, quod Judices, & Notarii fer-
,, ri ad teſtamenta facienda recuſabant; & ſi ad
,, aliquem infirmum accederent, ab eo procul
,, omnimode ſtabant. Sacerdotes vero nullatenus
,, ad domos infirmorum accedere præ nimio ti-
,, more mortis trepidabant. Patriarcha vero
,, volens de Animabus Catanenſium providere,
,, cuilibet Sacerdoti licet minimo totam, quam
,, ipſe habebat Epiſcopalem, & Patriarchalem
,, licentiam de abſolvendis peccatis tribuit, atque
,, dedit. Dux vero Joannes timens mortem
,, ſupradictam, nolens civitatibus, & locis pro-
,, pinquare habitatis propter aeris infectionem,
,, per loca nemoroſa, & inhabitata circumquaq;
,, hinc inde continuè verſabatur. Sed dum hinc
,, inde, nunc ad Aquam Mili, quæ eſt in nemo-
,, re Catanienſium, nunc ad quamdam Eccleſi-
,, am, ſeu locum S. Salvatoris de Blancardo in
,, nemore civitatis prædictæ, nunc ad quamdam
,, turrim, quæ vocatur lu Blancu per ſex
,, milliaria a Civitate Cataniæ diſtantem, quaſi
,, latitando diſcurrens, pervenit ad quamdam Ec-
,, cleſiam, ſeu locum per dictum Ducem noviter

con-

Anno Xpi 1348 ,, conſtructum, vocatum Santo Andria, qui lo-
,, cus eſt in confinibus nemoris Maſchalarum,
,, in quo dum incolumis, & ſanus exiſtebat, ex
,, quadam ſibi ſuperveniente infirmitate mortuus
,, extitit. Corpus cujus fuit ſepultum in Ma-
,, jori Catanienſi Eccleſia in eodem tumulo, ubi
,, corpus Friderici Patris ſui fuerat conditum,
,, & humatum, & hoc anno Domini 1348. de
,, menſe Aprilis Indict. prima. Quæ quidem mor-
,, talitas duravit a menſe Septembris dictæ I.
,, Indict. uſque ad mortẽ Ducis ſupradicti paulo
,, ante vel poſt. Talis itaque fuit mortalitas in
,, nullo diſpar, ſexu, in nulla ætate diſſimilis.

XII. Ejuſdem morbi vi ſublatum Gerardum Pontificem, ſepultumque in majori Catanenſi templo teſtatur Michael. Subdit hic Pirrus ex Martyrologio Siculo Cajetani xv. Kal. Julii ſupplicationes in memoriam liberatæ Urbis a peſte meritis B. Agathæ Virginis, & Martyris Catanæ fuiſſe inſtitutas; ſed labitur: illas quippe anno MDLXXII. quo & ſæva peſtilentia Urbem noſtram infecit, & præſens Civis amantiſſimæ præſidium Catanenſes experti ſunt, unanimi conſenſu decretas alibi dicemus. Non multo poſt Fridericus Joannis Ducis filius ab Ludovico Rege, Blaſci de Alagona *Supremi Juſtitiarii* opera, Meſſanæ ſolemni ritu Dux Athenarum, & Randacii Marchio fuit inauguratus. *Quapropter*, ait Michael, (a) *immenſa gaudia fiunt per univerſa loca dicti Ducis Friderici, & licet Catania fuiſſet, & eſſet Regis, & non Ducis, tamen propter immenſum, quam gerebant Catanienſes quondam dicto Joanni benevolentiam, plures dies feſtos de hujuſmodi Ducis Friderici excellentia ducunt. Qui cum comitatu ſuorum a Rege Ludovico obtenta licentia,*

(a) Chr. cap. 3.

a

a Meſſanæ partibus receſſit, & ad quoddam Caſtrum ſuum vocatum Jacium, quod per ſex milliaria à Civitate Cataniæ diſtabat, fuit profectus. Mater verò dicti Ducis, quæ Cæſarea nuncupatur, poſtquam filium ſuum Ducem vidit, multo fuit gaudio exhilarata, in cujus viſione Ducem ipſum Joannem putat videre. "Anno Xpi 1348

XIII. Junio menſe, advenientibus Palîciis, quos Joannes è Regno exturbaverat, ingens Meſſanæ tumultus excitatur; hinc Blaſcus Regis *Bajulus* hunc adhuc pueriles annos agentem Catanam reducere cogitavit; quumque Tauromenium uſque cū Eliſabeth Regina perveniſſet, ejuſdem Reginæ mandato Catanam progreſſus, ut excipiendo Regi neceſſaria inſtrueret, ſumma cum lætitia a Civibus receptus eſt; eo autem apud Catanam agente, Eliſabeth Palicūs addicta, aëris intemperiem, atq; æſtatis calorem cauſata, quibus ſubeſſe Catanam dictitabat, in Montis Albani arce cum filio Rege ſe contulit. Ibi Palicios conveniens, illos Panormum, ut contra Blaſcum turbas cierent, direxit; ſeque Meſſanam denuo recepit. Paliciorum aſtu & Claramontanorum factionibus nedum Panormi, ſed & per Inſulam pene univerſam res adeo ſunt concitatæ, ut Blaſcus ad Nari Opidum, quod cum Paliciis conjuraverat, ex Urbe Catana educto milite, obſidendum advolaret, illatiſque Opidanis compluribus damnis, eorumque vineis, ac ſegetibus vaſtatis, ingentem prædam Catanam tranſmiſit. Verum & ſuo & militum morbo præpeditus, obſidionem ſolvere, ac denuò Catanam remeare cogitur. Ibi confirmata valetudine Regni Adminiſtros de more, Septembre ineunte, declaravit, convocatiſque Urbis Proceribus, quid

facto

Anno Xpi 1348 facto opus ab illis ſciſcitatus, quum undique civile bellum ingrueret, *ordinatis nocturnis cuſtodiis per muros, & portas civitatis Urbem ſolicite cuſtodiri mandavit, fecitque quoddam edictum, quod nullus de civitate audeat frumenta, aut hordea extrahere. Meſſanenſes vero, qui in prædictā acceſſerunt pro emendo victuali, vacui receſſerunt.* Hæc Michael. (a)

XIV. Palicii interim copiis inſtructi univerſam pene inſulam ſuo ſubegerant imperio, Opida, arceſque munitas, aut metu, aut ſociorū opera ſibi vindicaverant. *Comes vero Blaſcus pro parte Regis cum ſuis Catalaunis tenebat, & poſſidebat Civitatem Cataniæ, quæ caput fuit, & protectrix omnium Catalaunorum tunc in inſula commorantium, qui in civitatem prædictam ſe contulerunt. Qui Comes una cum dictis Catalaunis ſe contra dictos hoſtes viriliter defendit, Agatha Virgine ſancta Catanenſi propitiante.* Præerat tunc Meſſanæ Urbi Orlandus de Aragonia Blaſco addictiſſimus, mileſque ſtrenuus, qui de Paliciorum audacia certior, quum imminere mœnibus eorumdem exercitum intelligeret, Reginam adiit, de proximo periculo admonuit, ſeq: ad obſiſtendū fortiter hoſtibus paratū nō inani jactantia exhibuit. Verum illa Paliciorum partibus clam, ut innuimus, ſtudens, Orlandum e ſuo conſpectu rejecit, qui ſibi conſulens VI. Idus Septembris Catanam cum ſuis profugit.

(a) Chr. cap. 35

XV. Orlandum Meſſanenſes aliquot Paliciis adverſi ſunt ſequuti, quos omnes Blaſcus Comes peramanter excepit. Meſſanâ hoſtes potiti, Ludovicum Regem ſub tutela accipiunt, Blaſcum publicum Regni Proditorem declarant, eique bellum inferre decernunt. Nec ſecus ille

Digitized by Google

ſeſe ad prælium inſtruit, Orlandum copiis pręficit, militibus, quos plures, & externos habebat, ſtipendia largiſſimè attribuit, Joannis Ducis theſaurum apud Acis caſtrum repoſitum, Friderico Joannis filio annuente, ſibi vindicat. Civilis belli mala enumerans hìc laudatus Michael: Leontinenſes in Catanæ agrum inſurrexiſſe ſcribit, ac prædonum more cuncta vaſtaſſe, nec minora in Leontinos a Catanenſibus perpetrata; Tauromenitanos ad Maſchalarum uſque opidum incurſionibus delatos, Randacienſes demum in Catanenſi nemore debacchatos ingentem egiſſe prædam memorat, concluditque (a) *Et ſic una pars, & altera efficiebatur mendica, & ſola guerra erat militibus prędictis, ac peditibus, & mercenariis proſigua; nam adeo divites effecti fuerant de prędis, & aliis furtis, quæ faciebant, quod ſpernebant aliquod metallum in eorum veſtimentis imponere, ſed in eis argentum univerſaliter ponebant: Nomen Carleni, & Unciæ, quæ ſolet computari per numerum ſexaginta Carlenorum, erat amiſſum; ſolum floreni curſus erat in Civitate prædicta, in tantum, quod ſi aliquis vendere volebat aliquid, non reſpondebatur ementi pro tarenis tot, ſed pro tantis florenis. Crevit itaque guerra, & ſeditio maxima inter utramque partē. Quapropter Blaſcus prædictus conſtrui fecit ad expenſas Univerſitatis Cataniæ duo machinamenta, unum videlicet in planitie Cœmeterii Eccleſiæ Majoris ipſius Civitatis, & aliud in balio Caſtri Civitatis pro defenſione, ut ſi contingat hoſtes aliquos contra civitatem ipſam venire, machinamenta ipſa poſſint eos lædere per mare, & per terram, quæ quidem machinamenta fuerunt erecta, & expleta menſe Jenuarii Secundæ Indict. per quēdam*

Anno Xpi 1348

(a) Chr. cap. 36

Anno Xpi 1348 *dam Meſſanenſem Magiſtrum Axiæ nomine Borellum Lelita, qui Meſſanenſibus multa damna intulit.*

XVI. Neque otio interim Palicii indulgebant, ſed inſtructa claſſe, Catanenſem oram prædabundi excurrentes, naveſque onerarias infeſtantes, Urbem maritima obſidione premebant; adeout compellerentur cives, ſi quod lignum Catanæ portum ſubiret commeatu onuſtum, feſtinanter exonerare, ac ſub ipſis mœnibus contra hoſtium inſultus tutari. Contingit porro, ut Catalana navis, quæ Meſſanenſibus ingentia intulerat damna, ac ſæpiſſime onerarias mercibus, aut annona refertas in prædam egerat, ſub ipſis pene muris audacter ab hoſtibus impeteretur; quorum aliqui nando, alii in ſchaphis lignum abſtrahere conabantur. Verum Catanenſes e propinquo S. Agathæ templo miſſilibus illos arcendo, magna eorum ſtrage edita, ab inceptis deſiſtere compulerunt.

XVII. Tot belli malis, atque univerſæ Inſulæ jacturâ Eliſabeth commota Blaſcum Comitem ad ſe Tauromenium uſque evocatum convenit, quumque per Nuntios pacis fœdera utrimque perferrentur, Rogerius de Neto Reginæ miles, ac Legatus a Franciſco Valguarnero Blaſci exercitus *Mareſchallo*, cum quo inimicitias diu geſſerat, occiditur. Ægre id factum tulit Comes, at Eliſabeth iræ impatiens ita exarſit, ut in Blaſcum, Urbemque Catanam omnimode deinceps moliri damna per ſuos non deſtiterit; regiiſque triremibus Catanenſe littus hoſtiliter excurrendum commiſerit. Tauromenio, re infecta, ſolvens Blaſcus, ut Catanam appulit, Proceres de geſtis cum Regina edocuit; atque ad bellũ

ſeſe

Digitized by Google

ſeſe denuo comparavit; Januenſium triremes duas largo ſingulis menſibus ſtipendio conductas in hoſtes immiſit, quæ navim tritico onuſtam e portu Syracuſano Meſſanam enavigantem adortæ Urbem noſtram, quæ annonæ jam penuria laborabat, ſublevarunt. Dum porro cives deonerando ligno incumberent, valida exorta tempeſtate partem commeatus una cum navi fluctibus abſorta amiſere, idque iterato, dum aliæ etiam in prædam actæ onere levarentur, eveniſſe Chronographus advertit. Urbs nihilominus omni deinceps anguſtia immunis, rebus omnibus abundanter affluxit. *Anno Xpi 1348*

XVIII. Ineunte Vere de obſidenda Catana conſilium iniit Regina, Henrici de Claromonte, ejuſque fratris Friderici, ac Paliciorum potiſſimum fraudibus adacta. Militum hinc delectũ per inſulam univerſam, Procerumque Conventũ apud Leontinos indixit, quò & ipſa cum filio Ludovico copiis inſtructa ſe contulit. Juſto exercitu collecto, prope Symethi flumen, *ubi eſt quædam aquæ congregatio*, ſcribit Michael, (a) *quæ dicitur Laghi ſicchi, Regii ſua fixerunt tentoria die Pentecoſtes ultimo menſis Maii Indict. 2 Exiſtentibus vero hoſtibus in parte prædicta duæ Galeæ erant circa maris littora eis propinquæ, quę penes eaſdem erant repoſita dictis hoſtibus neceſſaria ſuppeditantes. Hoſtes vero quotidie damna in ſegetibus Civitatis prædictæ non modica inferebãt; Cives autem nihil de adventu eorum formidabant, & quod intus eamdem Civitatem erant ultra mille milites in armorum magiſterio valde experti, qui paratos ſe offerebant cum hoſtibus dimicare. Civitatem vero dicti milites diurnis, & nocturnis vigiliis cuſtodiebant, & ſtabant omnes communiter*

(a) Chr. cap. 39

niter

Anno Xpi 1348 *niter hilares, & gaudentes, ſicut guerram cum aliquo non haberent. Eratque in civitate prædicta gens peditum quædam ex diverſis linguis congregata, quæ communi vocabulo Briganti vocabatur, & ad nihil aliud vacabant, niſi ad tripudia & immenſa gaudia, circuendo civitatem per plateas, & vicos cum buccinis, & fiſtulis, & aliis diverſorum generum inſtrumentis.* Hoſtes interim igne ac ferro Catanenſes agros vaſtantes, e civibus complures in ſummam ægeſtatem redegerunt; adeout ſegetum colletio vix per bimeſtre tempus Urbi annonam ſuppeditarit; Vetere nihilominus meſſe affluente, rerum omnium abundantiâ illa fruebatur.

XIX. Jamvero Eliſabeth e Meſſaneſi portu Triremium claſſem arceſſit, quam conſcendens cum Ludovico filio Catanam enavigat. Ut oram Urbis Regia triremis tenuit, contra Templum divæ Agathæ Nautæ claſſicum carmen Regis Ludovici nomen iterantes, concinerunt, quod altis etiam vocibus cives e mœnibus ingeminabant. *Credebat enim Regina, quod ſtatim ac ipſa ſe cum Rege oſtenderet Civitati, hæc apertis portis omnes intrari permitteret, quod non erat congruum rationi*, ait Hiſtoricus, *& licet cum Galeis Rex advenerat, Catanienſes erant parati ipſum recipere cum ſua comitiva, tamquam eorum Regem, ac Dominum, ſed quia etiam inimici prædictæ Civitatis advenerant, ipſum recipere recuſarunt.* Spe ſua fruſtrata, poſt leves incurſiones circa proximum littus, a militibus, qui excenſionem fecerant patratas, claſſis abſceſſit, Reginam cum filio Proceresque circa tentoria exponens. Tum inito conſilio, adverſus Catanam expeditio communi hoſtium voto decernitur. Id ut Blaſco Co-

miti per emiſſarios innotuit, aquarum extra Urbem fontes obſtrui ac devaſtari, quin & veneno infici mandavit, *Puteos in viridariis Arenæ.* Eſt Regio prope Catanam arenoſa, *fecit lapidibus, & animalibus mortuis fœtidis obrui; Piſchias, ſive Gebeas* (vivaria) *in eis exiſtentes dirui, & eorum pavimenta conquaſſari, omnes herbas domeſticas in ipſis viridariis, ſicut ſunt Citruli, Melones, & his ſimilia, evelli juſſit; & convocatis per eum omnibus, qui ad prælium erant parati, omnes monuit, & rogavit, quod quilibet, ut animoſus, & prudens, ad bellum ſe cum hoſtibus præpararet.* Nec ſegnior Matthæus Palicius, qui Regio exercitui præerat, ſuos adhortatus, Urbiſque opulentiſſima ſpolia militibus diſtribuenda deſpondens, Caſtra movet, copias bifariam dividit; ſuiſque committit, ipſe ad ſarcinas, Regiſque tutelam remanet. Anno Xpi 1348

XX. Præſtolandum intra mœnia hoſtem Franciſcus Valguarnerius Blaſci *Mareſchallus* minime ratus, obviam illi Urbe exceſſit, quem alii mox ſubſequuti obliquis itineribus *per viam cujuſdam Hoſtagii, quod vocatur la Gurna di Paternò, recto tramite iterarunt, & pergentes per viam quamdam, quæ dicitur lu Fireli, aſcenderunt in quoddam podium dictum lu Seiu. Hoſtes vero venientes per viam, quæ dicitur Funtana ruſſa, cum eorum explicatis vexillis, videntes aciem militum prædictorum in podio ſupradicto, contra ipſos ad prælium præparantur animosè; quos dictus Franciſcus cum ſua comitiva, & alii in numero copioſo aggreditur. Signum vero hoſtium prædictorum alta voce clamantium erat: Palicii, & Chiaromonte; Signum vero Cataniensium: S. Agatha, & Aragona.* Confertis manibus, quum plures utrinque corruerent, atque ex noſtris Guillelmus Peralta

Digitized by Google

Anno Xpi 1348 alta nobilis miles ſtrenue depugnans occubuiſſet, hoſtium numero prævalente, demum loco cedere Catanenſes coacti, magna cum ſtrage ſuorum e prælio elapſi, diu per vicinia errantes ęgre ſeſe in Urbem receperunt. Valguarnerio fugienti mœnibus interdictum a Civibus, qui & illi quoque inſultantes: *Proditor nequam*, dicebant, *revertere ad prælium*. Hinc talia perpendentes Nicolaus de Lauria, ac Fridericus de Mantua, qui male eo in bello ſe geſſerant, clam per ciſternam Nicolai ędibus adhęrentem irrepſere. Ab his de hoſtium victoria edoctus Comes, potius mori cupiens, quam inglorius in illorum manus incidere, e caſtro erupit *per viam arenæ, & recto tramite ad quamdam arborem Palmerii, quæ eſt ibidem, moram fecit. Hoſtes vero prædicti*, qui in Valguarnerium irruerant, *putantes noſtros eſſe devictos, uſque ad muros civitatis concurrunt, putantes Civitatem habere prædictam. Et quidam de terra Minæi, qui cum noſtris veniens intermixtus, putans omnes illos eſſe de ſuis ſupradictis complicibus, equum ſuum calcaribus coegit currendo, & pervenit ad portam, quæ eſt prope Eccleſiam S. Dominici* (*) *clamando Palicii, & Claromontis. Noſtri vero eum crudeliter peremerunt; cujus cadaver fuit ſepultum in Eccleſia Beati Leonardi prope januam prædictam.*

XXI. Blaſcus interim contra alterā hoſtium aciē movit tam inopinato, ut illum ex inſidiis erumpere putantes, acriter Regii formidarent; com-

miſ-

(*) Eccleſia S. Dominici *tunc prope aream Urſinæ Arcis erat, Hinc porta prope id templum illa creditur, quæ hodie a Decima appellatur.*

Digitized by Google

miſſoque prælio fortiter utrinque dimicatum; pulvis vero in altum aſſurgens oculorum aciem ſic perſtringebat, ut ſocii ſeſe mutuis vulneribus conficerent. Contigit porro, ut aliquot ex noſtris ſervatis ordinibus ſeſe ad Urbem recipientes, in hoſtium agmen inciderent, qui palantes e mœnibus revertebantur a Civibus pulſi, ut alteri ſuorum phalangi ſeſe adjungerent, atque in eos facto impetu, omnes pene confoderent; hinc pauci, qui elapſi, quum hæc ad ſuos diu ac ſtrenuè cu Blaſco dimicantes referrent, tanto illos timore affecerunt, ut paulatim ſeſe a pugna abduxerint, noſtriſque canendi triumphum non immerito locum dederint. Ovans itaque Comes Catanam ingreſſus, hoſtium, quos obvios habuit in itinere, reliquias confecit; quumque falſus rumor de Matthæi Palicii morte per turbam effuſus civium animos nimium erexiſſet, ignes per Urbem in lętitiæ ſignum, faceſque ſuccendi juſſit. Deſiderati, ex noſtris in hac pugna complures, quos inter præcipuus Guillelmus Comes de Peralta. Huic ſollemni pompa funeris, multiſque cum lacrymis Catanæ parentatum; corpus vero in S. Dominici templum illatum. Bonifacius quoque Alphonſi Melitę Comitis filius inter captivos ab hoſtibus abductus. *Anno Xpi 1348*

VXII. Sequenti nocte decimonona Junii illuſcente, Regii faces, & ipſi, igneſque per caſtra diſpoſitos, qui lætitiæ ſigna pręſeferrent, oſtentant; illatiſque Catanenſi agro damnis XII. Kal. Julii ſolventes, Leontinos repetiere. Nec diu poſt Triremes e Catalonia auxiliariæ Catanam appulerunt, quarum milites noſtri ſumma cum exultatione intra Urbem excepere. Catalanis advenientibus Januenſium claſſis, quæ occul-

tas

Digitized by Google

Anno Xti 1349 tas cum illis inimicitias gerebat, cunctis inopinato e portu ſolvit, atque ad ſuos enavigavit. Hinc Blaſcus ſtipendio Catalanis exoluto, illos in hoſtes immiſit, qui juxta Meſſanam re infeliciter geſta, parte militum amiſſa, inde abeuntes in patriam remearunt. Per idem quoque tempus Nicolaus de Lauria Rhegio Catanam enavigans, ab hoſtibus interceptus miſerandum in modum occubuit. Capti etiã cum navi Catanenſi, qua vehebantur, Guillelmus de Montecateno, & Fridericus de Simetta ſtrenui milites, quos Matthęus de Palicio veneno in carcere ſubſtulit. Mortua non diu poſt Meſſanæ Eliſabeth Regina in S. Franciſci templo conditur. Petrum denique hoc ipſo anno patria, & cognomine incertum ad Pontificiam Catanæ Cathedram a Romano Pontifice aſſumptum perhibent Groſſus, ac Pirrus, qui mox ab Emmanuele Spinola Montis-Regalis Pontifice jura Metropolitica repetente vexatus, Avenionem appellavit; unde ad Archiepiſcopum Meſſanenſem cauſa delegatur. Quid actum vero fuerit ignoramus.

XXIII. Interim Troynæ opidum ab Joanne de Aragonia militibus ſuffulto, menſe Aprili tentatum, ac dolo captum, ſed brevi magna cum ſtrage, ejuſdemq; Joannis morte amiſſum; quæ ſane jactura Blaſci res non parum afflixit. Adrani etiam munitiſſima Arx, interfecto Thomaſio de Aquino ejuſdem cuſtode ab opidanis, in hoſtium manus venit. Dum porro aliquot Catanenſes, qui ad Palicios deſciverant, de Patria prodenda agerent, ac militibus auxiliariis a Manfrido Claromonte acceptis, adſcitiſque in ſocios Randacienſibus, Adranum profecti, in Paternionenſem agrum ſub Franciſci de Caſtello

Meſſanenſis equitis præfectura debaccharentur, *Anno Xpi 1350*
Catanâ tercenti milites egreſſi, atque intempeſta nocte Paternionem appulſi, diſpoſitis inſidiis, hoſtes, proditoreſque intercepere, ac magna clade affectos in fugam verterunt. Captus inter alios Franciſcus de Caſtello, vulneribusque confoſſus; cujus Cadaver Conradus Spatafora Miles indigne tractavit; *ipſum enim*, ait Michael, *ad caudam cujuſdam muli ligari fecit, & ſic proſtrando in Civitatem Cataniæ intromiſit, & ideo conſimilem fecit vindictam, ſicut Meſſanæ de Domino Nicolao Lauria cognato ſuo fuit effecta. Nam per totam civitatem per vicos, & plateas fuit inſtratum, & de manibus ipſius fuerunt digiti amputati, quos ferebant in manibus certi plebeii. Ultimo extra mœnia ad portam Jacii prope Eccleſiam S. Brancati fuit eductum, ibique lignis impoſitis igne concremarunt. Quod Comiti Blaſco multum diſplicuit. Et hoc die S. Cathaldi de menſe Maii decimo ejuſdem.*

XXIV. Nęti quoque opidum a Paliciis, Rolandi de Aragonia, & Joannis Landolinæ ſuorumque opera, ad Blaſcum defecit. Hunc vero pro parte Matthæi Comitis Philippus de Chipiro magnæ Curiæ Judex Catanam appulſus convenit, pacis ineundæ conditiones exhibens, quarum erat ſumma, ut Blaſcus Magiſtri Juſtitiarii munere, minori Regis Ludovici ætate durante, fungeretur, opidiſque ditionis ſuæ liberè gauderet; Friderico Duci Athenarum Joannis filio dominium in opidis, ac terris, ut olim Joannes habebat, reſtitueretur; Palicii & Claromontani liberum etiam in ditionis ſuæ terris jus exercerent. Aſt dum de pace Catanæ ageretur, Platiæ opidum ab Alagona deſciſcens, Paliciis adhęſit. Id Meſſanenſium opera factum vulgo jactabatur, pa-

rum

Digitized by Google

Anno Xpi rum hinc abfuit, ut Legatus, & ipſe Meſſanenſis, ejusque familiares peſſime ab inſaniente plebe tractarentur; Blaſci tamen authoritate, Procerumque induſtria ſeditione pacata, liber Philippus cum ſuis dimiſſus author fuit, ut fędera firmarentur, quæ nihilominus non multo poſt Artalis Blaſci filius hac occaſione diremit. Quum annonæ penuria laboraret Catana, Artalis Aleocatæ opidum eo conſilio invaſit, ut tritici ingentem vim Friderici Claromontis nomine in Emporio aſſervati Catanam tranſmitteret; ut autem militibus rem gratam faceret, opidanorum domos illis diripiendas dedit, ac Blaſco, ut naves quamprimum onerarias deſtinaret, perſcripſit. Comes a Manfrido Claromonte ditionis Syracuſanæ Præfecto, ut libera ſit noſtris navigatio, fidem expoſtulat. Spondet hic; At Friderici affinis ſui injuriam cauſatus, onuſtas naves in portu Syracuſano ſtationes obſervantes contra promiſſa deprehendit, frumentumque diripit. Legatos ad Manfridum Blaſcus Catanâ Leontinos tranſmittit, a quibus ille expoſtulatus, id Regio perſcripto urgente factum reſpondet, paciſque fędera ab Artali, inopinata in Aleocatæ opidum irruptione, violata opponit; nec niſi de bello deinceps cogitandum concludit.

1350

XXV. Mutuis hinc cladibus quum utrinq: Siculi per menſes aliquot ſeſe affeciſſent, ſpes tandem aliqua ſinceræ pacis affulſit. Tauromenitani militum Catanenſium incurſionibus diu vexati ſex menſium inducias a Blaſco impetrarant; diſcurrentibus ergo jam libere noſtris Tauromenium uſque, contigit, ut quidam Ordinis Minorum Cuſtos Catanenſis eò negotiorum cauſſa delatus, a Meſſanenſi quopiam audiret, Matthæum Palicium ſumma animi contentione Inſulę

lę, tranquillitatem, ac Blaſci amicitiam exoptare. His intellectis, Catanam Minoritanus reverſus, Blaſcum convenit, ac re expenſa, operam ſuã obtulit; nec mora, Cuſtos Meſſanam profectus Palicium alloquitur, Regemque adit, ſed quum a Comite Authoritates minime accepiſſet, in Patriam remeare concito itinere compulſus, Legatos Meſſanenſes a Palicio directos Bartholomæũ Frixarium, & Henricum Comitum XII. Kalen. Decẽbris ſocios accepit. *Sed aliqui Catanẽſes malevoli*, verba ſunt Chronographi (a) *quibus pax omnis, & tranquillitas diſplicebat, per viam qua dicti nuncii tranſire debebant, in plateis, & locis publicis probibebant populares, & iis formidinis pęnam imponebant, quod nullus ſit auſus aliquam pacem appetere, nec penitus nominare, quod factum extitit*. Legati pridie Kal. Decembris Catanam appulſi, ab Henrico de Rubeis domũ perhonorificè excipiuntur, proximaque die, ad Urſinam arcem deducti Comitem adeunt, fandiq: licentia impetrata, *in præſentia dicti Comitis, & aliorum diverſorum nobilium Catanenſium Civium Bartholus Frixarius, ſuæ narrationis ſeriem per hæc ſub compendio verba narravit*. Anno Xᵢ 1351

(a) Chr. cap. 49.

„ Noſtis Viri prudentiſſimi, quomodo, & qua-
„ liter guerra, quam inter nos ad præſens ha-
„ bemus, Siculos univerſos deſtruit, & de-
„ ſtruxit, & quanta cruoris multitudo im-
„ menſa viridia, campeſtria, & ſilveſtria loca
„ rubricaverit, quod quidem Comiti Matthæo
„ immenſe diſplicuit, & diſplicet, & intra ſe
„ de hujuſmodi ſtrage compatiens, ſui cordis in-
„ teriora acutis vulneribus pungit. Quapropter
„ capitula, ſub quibus dicta pax debet fieri, vo-
„ bis præſentibus litteris duximus publicanda.

Fœde-

Anno Xpi Fœderum prima conditio hæc erat. „ Quod
1351 „ nullus Meſſanenſis Comiti Matthæo adverſa-
„ rius, qui Meſſanam reliquerat, in prædicta Ci-
„ vitate Meſſanæ audeat commorari, nec in
„ illam intrare, ſed ſi quæ ſua bona ſtabilia
„ habeat in ea, fructus ex eis recolligere va-
„ leat per Procuratorem per Comitem eligen-
„ dum, ita tamen, quod caſtra, & feuda Pa-
„ tronis minime reſtituantur, ſed modo dicto,
„ uſque quo Rex ad perfectam ætatem perve-
„ nerit, valeat Baronus quilibet ſuos proven-
„ tus percipere. Hiſce auditis, Blaſcus condi-
tiones uti omnino rationi diſſonas rejecit, illud
ſubdens: „ Nec puto vos adverſus nos tantis
„ viribus prævalere, quod ad faciendum, quod
„ dicitis, cogi aliquatenus deberemus. Comes
„ igitur Matthæus a nobis ſatisfieri petit, qui
„ ſatisfactionis judicio eſt abnoxius, & obliga-
„ tus.... Finito vero colloquio ſupradicto, &
„ ratiocinantibus Cataneinſibus civibus cum Co-
„ mite Blaſco de hujuſmodi collocutione, de-
„ cretum extitit per Comitem, quod de hujuſ-
„ modi cauſa in Civitatem Meſſanæ ſuper cer-
„ tificatione Capitulorum prædictorum Nuncii
„ tranſmittantur. Ad cujus ordinationem quidā
„ præſumptuoſus Meſſanenſis nomine Rogerius
„ Spina, qui in civitate Cataniæ morabatur,
„ ſe paratum obtulit, ipſum nemine eligente,
„ apud Meſſanam legationis cauſæ prædictæ o-
„ nus ſuſcipere. Ad cujus oblationem Comes,
„ qui pudibundus erat, ſibi quod petiit annu-
„ it feſtinanter, & in ejuſdem legationis offi-
„ cio alius quidam de Cataneinſibus civibus fuit
„ ſibi ſocius coadjunctus.

Digitized by Google

XXV. „ De cujus quidem Meſſanenſis legatione Catanienſibus valde diſplicuit, unde querulis lamentationibus per publicas plateas undique Catanenſes ſe inter eos affligebant. Quapropter ad poſtulationem univerſitatis Jurati Civitatis prædictæ ad Comitem Blaſcum acceſſerunt, cui narrationem eorum per hæc verba reſolvunt: Domine Comes omnes univerſaliter Cives contradicunt, & aſſerunt: Meſſanenſem nuncium ad Meſſanenſium partes accedere non debere ex hiſce rationibus. Nam primo Meſſanenſes iſti ſunt Meſſanæ Nuncii, qui ad vos ſunt tranſmiſſi, oportet ergo quod per æquipollentiam eis per Catanenſes præbeamus reſponſum. Quod ſi per alios, & præſertim Meſſanenſes iſta legatio tractaretur, videretur omnino, quod diſcretis viris, & Sapientibus Cataniæ civitas indigeat, & Meſſanenſibus eſſet quodammodo gaudium, & ludribium Catanienſibus generaret. Alia etiam ratione, quod Meſſanenſis eſt, & non zelo legationis, imo etiam affectione ſuorum bonorum, & patriæ revidendæ. Alia demum ratione: Comes Matthæus, qui nunc ad præſens in civitate Meſſana dominatur, inter alios Meſſanenſes hoſtes peſtiferam gerit malevolentiam in iſtum, quare propter exoſam viſionem, quam abhorret, guerram pro pace obtineremus. Comes vero his intellectis, nullum nuncium decrevit ad Meſſanenſium partes deſtinare. Nuncii vero Meſſanenſes prædicti in Eccleſia B. Franciſci loci Catanæ eo die ſunt hoſpitati, ad quam Eccleſiam nullus ingredi poterat cum dictis nunciis loquuturus; pro eo quod duo erant hoſtiarii, qui ingreſſum *Anno Xpi. 1351*

greſſum

Digitized by Google

Anno Xpi 1351 „ greſſum volentibus intrare prohibebant. Qua
„ de cauſa dicti nuncii fuerunt nimium contri-
„ ſtati, aſſerentes, quod nuncii, qui Meſſanam
„ advenerant, non erant in carceribus, & in
„ cuſtodia detenti ſicuti ipſi, immo libere per
„ totam Civitatem Meſſanæ undique incedebāt:
„ Qui nuncii a Comite Blaſco obtenta licentia,
„ receſſerunt, & Meſſanam ſunt reverſi. Et hoc
„ Anno Incar. Dom. prędictæ de menſe Decē-
„ bris v. Indictionis valde mane. Quo quidem
„ menſe fuit relatum per alios in Civitate Ca-
„ taniæ, quod Comes Matthæus mortuus exti-
„ terat, quod contrarium fuit veritati; & hoc
„ XVII. Decembris. Sequenti die fuerunt in
„ Civitate Cataniæ Ambaxadores terræ Leon-
„ tini petentes trequam, quam nullatenus po-
„ tuerunt obtinere. Huc uſque Michael de Pla-
tia ſępius, nec immerito laudatus.

XXVI. Jamvero Sancii Aragonii Nepotes Blaſci auxiliis deſtituti, preſſique ægeſtate, per litteras ad eumdem Comitem Catanam tranſmiſſas defectionis cauſſa excuſata, ad Matthæum Palicium deſciverunt. Claromontani Panormo dominantes cædibus in eos, qui Blaſci partibus occultè ſtudebant, quoſque ingenti conficta fraude deprehenderant, debacchati Urbem ſanguine complevere VIII. Kal. Januarii, *in nocte cujus præcedentis diei*, ait Michael, *in Civitate Cataniæ maximus fuit terræ motus*. (a)

(a) Chr. cap. 51

1352 XXVII. Menſe Martio ineunte Rex Ludovicus jam quintum ſupra decimum ætatis annum agens de pace cum ſuis componenda ſerio cogitavit, ac Guillelmo Milinzana Tauromenitano Catanam tranſmiſſo, Urbis Senatores Meſſanam ad Regni comitia evocavit. Guillelmus Catanam

tanam appulſus, diſſimulata adventus ſui cauſſa, cudum ad Blaſcum Comitem una cum milite cuſtode tenderet, ut ad aream *Loggiæ magnæ pervenit*, Michaelis verba uſurpamus, *alta voce clamavit: O viri probi, qui in hac parte ſtatis congregati, eſt inter vos aliquis Juratorum? Cui per unum de Juratis, qui præſens ibidem aderat, fuit reſponſum. Ad quid præſentiam Juratorum diſcutis, atque inveſtigaris!* Cui *reſponſum obtulit. Ex Regia parte eis literas defero, & ſtatim literas prædictas in manibus dicti Jurati præſentavit. Et accurrentes ob hujuſmodi cauſam quamplures, Guilelmum Nuncium minis, & injuriis perterrebant, & pergentes, eum ad Comitem Blaſcum cum literis aſſignaverunt.* Comes Legatum agriter, quod talia auſus, perque Urbem ſcandala ferere minime fuerit veritus, increpavit. *Tibi enim non licuit Juratorum præſentiam exquirere, & inveſtigare, cum de noſtri præſentia non eras incertus. Quapropter ad nos, qui ſumus cæteris officialibus ſuperiores, te primo præſentare debebas, & literas nobis exhibere prædictas. Cum ad nos ſpectat officium Vicariatus, quouſque Dominus Rex Ludovicus ſit in ætate majori conſtitutus.. Et tu qui talibus ſermonibus fuiſti uſus, niſi quod legationis officium liberat ab omni periculo Nuncios, & Legatos, turpiſſimæ mortis onus ſuccumberes, ut eſt juſtum.* Id audientes, qui aderant, cædis ac ſanguinis avidi, in illum irruere tentant, multiſque injuriis affectum, mortis reum pronunciant; quorum repreſsâ audaciâ Blaſcus, Guillelmū in carcerem trudi mandat, eoque die Regias literas penes ſe retinet, ſequenti vero Senatoribus legendas coram multitudine tradit. *Et fuerunt per eos*, proſequitur Author, *propalatæ in*

Loggia

Anno Xpi 1352

Digitized by Google

Anno Xpi 1352 *Loggia magna Civitatis Cataniæ, quamplurimus adſtantibus, ſequentis tenoris*.

XXVIII. „ Ludovicus Dei Gratia Rex
„ Siciliæ Univerſis Juratis Civitatis Cataniæ prę-
„ ſentium tenore mandat, ut cum Benedictus
„ Deus, qui noſtros Patres, & Avos in Re-
„ gno Siciliæ jam eſt diu, regnare diſpoſuit,
„ Nobis tamquam Regni Hæredi, & Succeſſori
„ eorum ejuſdem Regni coronam largitus eſt,
„ ad ætatem perfectam videlicet quintum deci-
„ mum annum Nos perduxit, ex quo dictum
„ Regnum noſtrum poſſumus, & debemus no-
„ ſtro arbitrio regere, & gubernare, ipſum re-
„ ducendo in ſtatu tranquillo, cum adjutorio
„ Summi Regis; Velimuſque propterea ex vo-
„ bis duos, ſeu tres pro ordinando, & diſponē-
„ do ea, quæ ſunt neceſſaria circa utilem, &
„ tranquillum ſtatum Regni prædicti coram no-
„ ſtra Excellentia habere præſentes; ſtatim re-
„ ceptis præſentibus præter alicujus moræ di-
„ ſpendium, & contradictionem alicujus perſonæ
„ cujuſq: gradus, ſtatus, & conditionis exiſtat, ad
„ ejuſdem Majeſtatis noſtræ præſentiam acceda-
„ tis. Nos enim Vos, veſtroſque famulos, & e-
„ tiam comitivam veniendo de dicta Civitate
„ Cataniæ apud Meſſanam, ubi Majeſtas noſtra
„ fideliter reſidet, quo ad præſens, & abinde
„ ad propria redeuntes cum omnibus rebus ve-
„ ſtris ex nunc pro tunc affidamus, & aſſicu-
„ ramus, & per omnes, ac ſingulos officiales,
„ & fideles noſtros præſentium tenore aſſicura-
„ tos eſſe volumus, ac etiam affidatos. Data
„ Meſſanę Anno Dom.. Incarn.. milles: trecen-
„ teſimo quinquageſimo ſecundo 23 Februarii
„ Quinta Indic:

Digitized by Google

XXIX. Inito conſilio Proceres, neutiquam eſſe ad Regem adeundum, decrevere, ſed haſce literas per legatum tranſmiſerunt: „ Regiæ Majeſtati Jurati Civitatis Cataniæ approbati Fideles veſtri, terræ oſculum ante pedes Majeſtatis veſtræ humili ſubjectione deferimus. Nobis hodie 26 præſentis menſis Februarii per Guillelmum Milinzana de Tauromenio Regias fuiſſe præſentatas literas continentiæ ſubſequentis. Ludovicus &c. Ad quarum ſignificata aciem mentis dirigentes, apertè cognoſcimus, dignitatem Regiam, cui de jure omnis anima fidelis ſubjicitur, non dominari, quod dolentes referimus, ſed ſubdi hoſtibus, & infidelibus manifeſtis. Et utinam non ſolum annum quintum decimum, ſed vigeſimum veſtra Majeſtas attingeret, ut fideles juſtitiæ libra diſcerneret, ſeditioſos rebelles juxta demerita judicaret. Nam ſi Excellentia veſtra proprio arbitrio potens eſt gubernare Regnicolas, unde hoc, quod hujus guerræ principes, & ſeditionis auctores ſuper ſortem dignitatis Regiæ regnare permittitis, quos, ſi in libertate eſſetis, Regia virga propria, ut opinamur, certiſſime deſtrui faceretis? Dignemini igitur ipſos a converſatione veſtrę Majeſtatis procul abjicere, & longius amandare; ut ſic viris pacificis ad latus veſtrum adſtantibus, tam Nos, quam cæteri veſtri fideles, cum ſecuritate, & gaudio pedes poſſimus veſtræ Excellentiæ viſitare. Vel ſi ad tantam gratiam, & reverentiam Beatæ Agathę veſtræ, & dictæ Civitatis Protectricis Majeſtas veſtra inclinare dignabitur, placeat ſine adverſariorum, quos ſupra meminimus, turma ad civi-

Anno Xpi 1352

Anno Xpi 1352 „ civitatem ipſam iter dirigere; & ibi aſſiſten-
„ tibus Regio lateri viris pacificis, & fidelibus
„ approbatis, more majorum divorum Principum
„ Prædeceſſorum veſtrorum de juſtitia, & pace
„ hujus Regni tractare. Et Excellentiſſime Do-
„ mine arbitrium Regium, quod in præſenti ca-
„ lumnia patitur, erit liberum, & Diadema
„ veſtrum, quod conculcatur a peſſimis, erit
„ exhibitionis reverentia ſublimatum. Scripta
„ Cataniæ 26 Februarii Quintæ Indic. *Quibus*
„ *literis lectis, & reſponſalibus reſcriptis, di-*
„ *ctus Guillelmus Milinzana clam fuit e carce-*
„ *re liberatus, & cum prædictis literis apud Meſ-*
„ *ſanam fuit reverſus*. Hactenus Michael. (*a*)

XXX. Jamvero quum annonæ penuria undique Siculi premerentur, atque ægeſtate quammaxima præ aliis Catanæ Cives laborarent; (Catalani enim e Baleari majori triticum Catanam deferentes, ſervandum in horreis deponebant; conſumptoque illo penes Cives repoſito, proprium enormi pretio venundabant, atque ingentem inde pecuniam conflabant.) Tauromenitanis inducias rurſum poſtulantibus Blaſcus per novemdecim menſes III Nonas Maii facile conceſſit; tum ad Leontinenſes Nuntios transmiſit, trium menſium, quibus maturæ meſſes inferri poſſent, inducias petentes, quos illi, proximum Regis adventum cauſſantes recuſarunt. *Sed parati erant*, inquit Michael, *treguam cum Cataniensibus per totum menſem prædictum habere; quæ tregua firmata extitit inter eos, & bannita in Civitate Cataniæ per quemdam ſervientem dictum Guillelmum in Loggia magna dictæ Civitatis octavo Maii v. Indic.* Hiſce Induciis Bidinenſes, & Menenini, qui Blaſco parebant, ſeſe addi-

(a) Chr. cap. 52.

addixere. Verum, quum pleriquc ex Bidinenſibus Opidum Claromontanis tradere promiſiſſent, Manfredus de Claromonte Præfectus, ne perfidiæ inſimularetur, Bidenum perſeverantibus induciis occupando, injuriæ cauſſam invenit, quod ſe abſente, Leontinenſes inire inducias haud poterant. Anno Xpi 1352

XXXI. His itaque ſolutis, proditorum auxilio Opidum occupavit. Quæ quum Blaſco innotuiſſent, congregato milite, civibusque Catanenſibus ad arma convocatis, copias Urbe educit, Mænas contendit; ubi vero Bidinenſes ſeſe Manfredo dedidiſſe cognoſcit, propriis viribus parum fiſus, Catanam repetiit. *Factis ſic ſe gerentibus*, proſequitur Chronographus, *Ludovicus Siciliæ Rex volens Regnum ſuum in pacifico ſtatu reformare, Nuncios ſuos ad Comitem Blaſcum tranſmiſit petentes treguam generaliter cum tota inſula Siciliæ. Qui cum applicuiſſent ad terram Tauromenii, dicto Comiti de eorum adventu certionarunt. Qui Comes quemdam nobilem de civitate Cataniæ Princivallu militem pro eos commeando tranſmiſit. Qui applicuerunt in civitatem prædictam die Dominico vigeſimo Maii prædictæ Indict. quo die feſtum Pentec: colebatur; & venientes ad caſtrum cum Comite Blaſco tãtum in ſecreto ſingula eis commiſſa ſeriatim enunciarunt. A quibus ſeriẽ legationis poſtquã audivit Blaſcus, omnes Officiales civitatis, ac etiam plures, atque omnes de civitate probos ad dictum Caſtrum ad ſe venire mandavit. Quibus venientibus in præſentia Nunciorum, & quamplurium ibidem adſtantium talia verba profudit: O viri nobiles, & Regii Fideles ſatis incognitum vobis non extitit quantis prædationibus, & damnis, ſpiritu inſtigante diabolico, Regnum Siciliæ eſt ad præſens laceſſitum,*

atque

Digitized by Google

Anno Xpi 1352 *atque totaliter exinanitum. Unde Nuncii, qui ad præſens hìc ſunt, pro parte Regis petunt treguam per totum menſem Auguſti futuri per Nos ſibi indulgeri generalem, ſub ea videlicet forma, quod nemo ſit prædationes aliquas auſus contra aliquem facere, imo quilibet ſit ſuis contentus facultatibus, quouſque Opifex ſtatum Regni in melius reformet, & reducat. Spero enim in Chriſto Jeſu, qui eſt omnium vera ſalus, qui de bono in melius ſemper ſua facta diſponit, ſicuti treguam iſtam nobis concedere dignatus eſt, ita & pacem nobis tribuet ut beniguus. Sed licèt hæc vobis enunciando narravi, non tamen aliquid decrevi abſque omnium veſtrum conſenſu, & ſi vobis cedat ad gratum inſtantiſſimè exequatur; licèt nos, & vos generaliter hæc tangant, & quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.*

XXXII. Conſentientibus unanimi voto, qui aderāt, legati ex Catanenſibus, qui Regiis ſeſe adjungerent adlecti ſunt, ac x. Kalend. Junii e patria ſolventes Regem adeunt, a quo benigniter, & ſummo cum honore excipiuntur; firmatiſque fœderibus, pridie Kalend. Junii Catanam regreſſi, Cives ingenti gaudio afficiunt. Eodem die Regius curſor ex una, aliuſque ex Blaſci nomine per Inſulam univerſam hujuſmodi inducias vulgarunt. Navis interea Catalanenſis e Peloponneſo redux Meſſanenſem triremem prætemavigantem, nautis barbarè trucidatis, ſibi vindicat, atque onerariam in fretu etiam Meſſanenſi invadit, prædamque Catanam reducit. At Catanenſes ne violati fœderis arguerentur, rem Blaſco aperiunt, atque Catalanis prædonibus littori interdicunt, ſolutoque navigii atque frumenti pretio piratis, utramque prædam Meſſanam

nam tranſmittunt. Abeunti e Catanenſi portu Anno Xpi 1352
Catalanæ navi duæ aliæ triremes ejuſdem gentis additæ, quæ in Auguſtanenſes quaſdam naviculas hoſtiliter irruentes, a Syracuſana triremi mox, non ſine ingenti jactura, una earum amiſſa cum ſpoliis, pelluntur. Dum vero duæ reliquæ meridionalem inſulæ oram prædabundæ excurrunt, in Januenſes incidunt, quarum una naufragio perit, alia brevi ſubacta in Catanenſem portum captiva advehitur, ſed a Catalanis mercatoribus Catanæ degentibus mox redemptam denuo Januenſes contra datam fidem adoriuntur, ſibique vindicant,

XXXIII. Undecimo Kalendas Septembris Ludovicus Rex pacis ineundæ gratia Franciſcum de Catania Panormitanæ Eccleſiæ Canonicum, & Robertum de Naſo Regiæ domus Medicum ad Blaſcum legavit. Hi Comitem ſecreto conveniunt, utque legatos ſuos ad Regem tranſmittat, hortantur; nobilibus civibus id muneris Blaſcus committit, qui Meſſanam progreſſi; mox Regio cum reſcripto Catanam ſeſe reſtituunt. Tum v. Kal. Septembris Inducias prorogandas publicè Comes adjecit, Regiiſque legatis pacis fœdera proferentibus, Bidinenſis Opidi occupationem cauſſatus, paci ſe nunquam aſſenſurum reſpondit, niſi Opido Friderico Athenarum Duci ejuſdem legitimo domino reſtituto. Illis re infecta abeuntibus Jacobum de Soris S. Nicolai de Arena Abbatem Oratorem ad Regem Comes deſtinavit. Hic quammaxima uſus dexteritate pacis leges Meſſanæ compoſuit, atque ad Blaſcum reverſus legationis ſuæ expoſita ratione iterato xvii. Kal. Octobris ad Regem contendit, unde ad Comitem viii. Kal.

ejuſdem

Digitized by Google

Anno Xpi 1352 ejuſdem remeavit, retulitque *finaliter fuiſſe decretum*, verba Michaelis ſunt (*a*) *quod terra Vizinii a die propalatæ pacis, & firmatæ abinde ad annum unum in poſſeſſione Regia, ſecura debeat permanere, quo elapſo, inclyto Duci Friderico reſtituatur. Comes verò tanquam pacis relator annuit in præmiſſis; quapropter Rex Ludovicus pro infraſcripta pace firmanda ad Comitem in civitatem prædictam Nuncios ſuos tranſmiſit, quò applicuerunt xxv. Septembris, & pervenientes ad Caſtrum Comes prædictus, Nuncii, & dominus Pirronus de Thermis tantum in camera dicti Comitis colloquium inter eos communiter habuerunt, nullam de hujusmodi colloquio Cataneienſibus civibus notitiam habentibus; Et mutuis hinc inde locutionibus habitis, pax extitit facta, & firmata ſub forma, modo, & capitulis inferius adnotatis. Quapropter ſtatuerunt quemdam nobilem de domo Ducis, & habitantem civitatis Cataniæ ad Regem pro dicta Pace confirmanda deſtinare; Qui cum Nunciis prædictis ad Meſſanenſium partes ſuos direxit greſſus, ubi miro modo plus quam decebat honorabiliter fuit receptus.*

(*a*) Chron. cap. 5.

CAPUT

CAPUT QVINTUM

CATANA

SUB ARAGONENSIBUS

AB ANNO MCCCLII. AD MCCCLV.

I. UT Regem Ducis, ac Blaſci Orator convenit, domini ſui fidem verbis ad id compoſitis magnopere extulit; mox belli cauſſas, atque incommoda expendens Friderico, ac Blaſco, eorumque ſociis nil antiquius eſſe, quam ſociale, firmumque fœdus inire multis aſſeruit. Reſponſum a Rege: ſe ſubditorum, ac Regni tranquillitatem in optatis habere, paciſque condictas libenter amplecti conditiones. Pax itaque Meſſanæ ſollemni ritu iv. Nonas Octobris propalam evulgata; mox maturante Catanam legato Nonis ejuſdem, noſtra etiam in urbe ingenti cum lætitia cunctis innotuit. Rex vero Ludovicus hanc ad Blaſcum Epiſtolam per ſuos Nuntios emiſit. *Ludovicus Dei gratia Rex Siciliæ Nobili Blaſco de Alagona, Comiti Miſtrettæ, Regni Siciliæ Magiſtro Juſtitiario, & una cum ſociis Vicario Generali, dilecto conſanguineo, Conſiliario, familiari, & fideli ſuo gratiam, & bonam voluntatem. Ecce mittimus ad vos Jacobum de Lumina militem noſtri hoſpitii, Majordomum, & Conſiliarium, Judicem Robertum de Bononia magnæ noſtræ Curiæ Advocatum, honeſtum, & probum virum Franciſcum de Catania Panormitanum Canonicum, Familiares, & fideles noſtros, pro recipiendo a Vobis, veſtriſque convalitoribus, & amicis ſollemne,&* Anno Xpi 1352

Anno Xpi 1351 *ne, & corporale juramentum pro obſervantia pacis noviter initæ, & firmatæ inter vos alioſque Magnates, & Proceres Regni noſtri; propter quod fidelitati veſtræ mandamus pacem ipſam in manibus prædictorum Nunciorum juretis ſollemniter; pro parte Majeſtatis noſtræ omnes alios Proceres, & Convalitores veſtros de obſervando pacem ipſam infallibiliter jurare corporaliter faciatis, ut & aliorum in anima, ſi qui fuerint non præſentes. Datum Meſſanæ Anno Incarnat. Dñi 1352. menſe Octobris Indict. vj.* ſubſcribit pro majori firmitate manu propria Rex. *Ludovicus Siciliæ Rex præſentes confirmamus.*

II. Comes porro, ut rebus ſuis, ſuorumque proſpiceret, ab Rege novas exoravit literas, quibus ille cum Miſtrettæ Comitatum, omnemque ditionem ſibi, ac filiis; tum ejuſdem ſociis jura, ac bonorum legitimam poſſeſſionem ex peculiari privilegio confirmavit viij. Kal. Novembris. Quin etiam aliis perſcriptis ad eumdem, pacis conditiones inſeruit v. Kalend. ejuſdem, quas integras refert Michael de Platia (*a*) Ut autem diuturnior pax eſſet, affinitatibus quoque firmare placuit. Hinc Henrico Rubeo Meſſanenſi, qui apud Mottam S. Anaſtaſiæ ditionis ſuæ Arcem patria exul agebat, Friderici Claromontani filia nuptui data eſt; Simon vero Claromontanus Matthæi Palicii filiam duxit uxorem.

(a) cap. 62.

1352 III. Anno MCCCLII. Meſſanenſes aliquot in Matthæum, qui eorum per vim occupaverat fortunas, inſidias ſtruere cogitarunt. Re detecta Catanam Conjurati commigrarunt, inde Agrigentum ad Fridericum Claromontanum ſe conferentes, hunc in Palicium excitavere. Fridericus cum ſuis, ac magna Meſſanenſium manu

Digitized by Google

Agrigento ſolvens, Leontinos primum, hinc Mottæ arcem, ubi Henricus gener cum filia degebat, mox Tauromenium contendit, quò eum Matthæi filius convenit, atque, ut omiſſo ſeditioſorum hominum cœtu, cum ſuo tantùm comitatu Meſſanam ingrederetur, ſuaſit. Exceptus a Rege perhumaniter Claromontanus auctor fuit, ut ad Provinciam obeundam Ludovicus menſe Majo iter inſtitueret. Tauromenium itaque cum ſorore Conſtantia Cœnobii S. Claræ Meſſanenſis Abbatiſſa, ac Fratribus Joanne, & Friderico, magnoque Procerum cœtu Rex primùm venit, ubi Henricum Rubeum ad ſe accedentem benigniſſimè excepit. Huic ad repetendum Caſtri Opidum in Agro Mylenſi, quod ab Rege nuper deſciverat, onus commiſit. At ille quod armis, ac militibus careret, ſeſe modeſtè excuſans, ad copias parandas Catanam contendit, collectoque ex Catanenſibus, ſuiſque Meſſanenſibus juſto numero, in Agros Mylenſes impetum fecit, mox ad Caſtri obſidionem ſe parans, ut expugnatum a Conrado Spatafora cognovit; ſocia arma cum eodem conjungens omnem Mylarum Regionem ad S. Gregorii de Gypſo Cœnobium eſt populatus, quibus ſane Regi fidem ſuam probavit, hoſtibuſque graviſſima intulit damna. Anno 1352

IV. Interim Ludovicus cum ſorore, ac Fratribus Maſchalarum Opidum ſubiit, quò per Conſtantiam Abbatiſſam Blaſcus Alagona fuerat evocatus. At quum hic intellexiſſet octo dumtaxat Equitibus comitatum, ac coram Paliciis, & Claromontanis publico in loco a Rege in colloquium fore admittendum; ridiculam comitatem illudens, re infecta, veniaque ab Abbatiſſa impetrata

Anno Xpi 1352 petrata Catalanis vectus triremibus Catanam repetiit. Dum porro Blaſcus apud Maſchalas ageret, Regis Germanus lethali morbo correptus x. Kalen. Julias e vivis abiit, cujus interitum Palicii veriti, ne Blaſci milites turbas excitarent, ad illius uſque diſceſſum, celarunt. Tum Ludovicus ad inferias regio more fratri celebrandas rediit, cujus corpus in matris ſepulchrum inferri juſſit.

V. Non diu nova in Palicios ſeditio a Meſſanenſibus excitatur, quæ nonniſi Matthæi Comitis, ejuſque filiorum, atque uxoris morte ſedata. Caput Matthæi, ac brachium Catanam ad Blaſcum Saturni die XIII. Kalend: Auguſti ſub veſperam plerique Meſſanenſium rem Comiti gratam facturos rati, detulerunt. At ille gemitu & lacrymis, Alexandri, Cæſariſque exemplum imitatus, inimici caſum eſt proſequutus; ac ne deeſſet naturæ, honorifico funere, ingentique exequiarum apparatu, ea membra ad ſacram divi Dominici ædem, quæ prope arcem erat, tumulari mandavit. Comitis Matthæi necem divino adſcribit prodigio Michael de Platia (a) atque Virginis Agathæ intercesſioni, a Siculis, & Catanenſibus deberi. *Sed ob quam mirum*, inquit, *atque incredibile remotis gentibus reputatur, quod Comes Matthæus fuit inſiſtentibus mulieribus interfectus: Nonne Meſſanæ civitatem ſola ſua viſione terrebat, & maxima pars Siculorum ipſum tamquam dominum venerabatur. Quomodo hoc accidere potuit, dubitabitur; ſed nequaquam quis de hoc ſuos variet ſenſus, cum Agatha Chriſti ſponſa, ſumma operante potentia, volens Cataniæ patriam ſuam liberare, hoc a Domino impetravit.* Et paulo poſt. *Ergo firmiter teneamus, quod noſtris*

(a) Chr. cap. 63.

ſtris viribus dictum Comitem Matthæum interficere, nullatenus poteramus; Ipſa tamquam ſuæ patriæ liberatio antiquum hoſtem ſuæ Civitatis voluit deſtruere, qui hoſtis minas enormes contra dictam Civitatem Cataniæ inferebat. Sed non cogitavit privilegium, quod Cataniæ Civitas a Deo conceſſum habuit, dicens: Noli offendere Patriam Agathæ, quia ultrix injuriarum eſt: Hæc ille. Ex quibus turpiter allucinatos Scriptores aliquot nemo non colligit, Cæleſte ad Fridericum Siciliæ Regem, atque Imperatorem oraculum toties a noſtris decantatum ceu fabellam, atque otioſorum hominum commentum evulgantes. En ab antiquo atque indubiæ fidei Authore tanto verborum pondere inculcatum, ut citra invidiam aut oſcitantiam, deinceps in dubium revocari neutiquam poſſit. Anno Xpi 1352

VI. Pertulit ægerrimo etiam animo Matthæi, ac Margaritæ uxoris præſertim excidium Ludovicus, Simonemque Claromontanum veluti ſeditionis conſcium acriter redarguit. Jamvero triremi Catalana, quæ paucis ante diebus Catanam appulerat, e portu ſolventes Andreas, & Riccardus Rubei milites Meſſanam contendentes Comitem Henricum eorumdem gentilem, ac Simonem convenerunt, deque ſtatu Regni componendo, ac Blaſco Meſſanam evocando ſerio egerunt, Meſſanenſes enim ejuſdem adventum publicis etiam vocibus inſtantiſſimè poſtulabant. *Comes vero prædictus*, ſcribit Michael (a) *reluctabat in omnibus ſemper differendo paratis, ut animum Regis poſſet ad ſuum intentum perducere. Quapropter, ſicut Domino placuit interrogatus ſi in Civitatem Cataniæ, ubi prima fuit ejus origo, vellet cum dicta Galea remeare, animo libenti,*

(a) Chr. cap. 64.

Anno Xpi 1355. benti, & voluntario ſe ire reſpondit. Quare de conſenſu Abbatiſſæ prædictæ Dominus Rex cum Domino Friderico fratre ſuo, inſciis dicto Comite Simone, & aliis Meſſanenſibus cum modica ſuæ gentis comitiva dictam Galeam aſcendit, & velis in altum elevatis Zephiris flantibus proſperis ad Civitatem Cataniæ ſalvus, & incolumis pervenit. Qui a Comite Blaſco, et omnibus Cataníenſibus civibus tamquam Dominus, ſicut decuit, fuit receptus. Qui Rex intravit in Caſtrum Civitatis, ubi fuit regaliter collocatus, & hoc die Lunæ XXVIII. Julii. Catanienſes vero de adventu Regis eorum & domini dies feſtos in tripudiis, & diverſorum inſtrumentorum ſonitu continuè per dies octo celebrarunt; per plateas enim publicas, & vicos erãt panni ſerici artificiosè in aere ſuſpenſi, qui prohibebant ſolem nullatenus terræ ſuperficiem reverberare, unde poſſet humorem recenter ex aqua madefactum deſiccare; ſuper cujus humoroſitatis recentis aquæ irrigatione erat ſparſa in prodiga quantitate viridis mirtus, quæ odorem tranſeuntibus omnibus inferebat. Nam per vicos, & plateas prædictas dominus Rex cum domino Friderico Fratre ſuo in comitiva Comitis Blaſci, & aliorum nobilium mane, & veſperis continuè equitabant.

VII. Regis diſceſſu Meſſanæ patefacto, Abbatiſſa, ac ceteræ Regiæ ſorores Henrico Rubeo ac Simone Claromontano comitantibus terreſtri itinere Catanam venerunt, ac die Jovis Kalendis Auguſti a Ludovico, & Blaſco peramanter, atque honorifice in arcem ſunt exceptæ. At Simon Regis iram veritus, deſerto comitatu, in Arcem Mottæ S. Anaſtaſiæ receſſit, unde acceritus, cum parere recuſaret, in contumaciam incidit, clamque Leontinos fugiens

Digitized by Google

Opidi caſtrum contra Regem communiit. Subinde Ludovicus procerum componere diſcordias percupiens, ac ſenſim Claromontanorum, ac Paliciénſium nomen abolere, Conſtantiam Sororem communi Magnatum voto totius Regni Vicariam conſtituit; indictoque generali Conventu, Rollandum Aragonium, Joannem Barreſium, Guillelmum Cardonam, Conradum Spataforam, Franciſcum Vigintimillium, Matthæum Montecatinum, alioſque numero quincentos, & eo plures, qui Catanam convenerant, quos inter quædam ſimultatis ſpecies interceſſerat, Blaſci opera conciliatos ingenti cum gaudio, totiuſque Urbis gratulatione, vidit. Rogerii Theutonici, ac quorumdam Meſſanenſium meminit Michael, qui iniquo animo in Vigintimillium Regi ſuggeſſerant, ſtipatum militibus eumdem advenisse, ut illos perderet. Rex vero, *de hujuſmodi cauſa*, reſpondit, *cor veſtrum in aliquo non audeat formidare, cum non ad ſeditionem dictus Comes veniat faciendam, ſed noſtris parere juſſionibus, & mandatis. Quaproter Comiti antequam in civitatem ingrederetur, mandari fecit, ut manſuetus, & humilis ante Majeſtatem Regiam ſe debeat præſentare, & rumor per eum & ſuam comitivam nullatenus fiat.* Paruit Comes quin & Rogerium convivio exceptum amicè habuit, atque unicè deinceps dilexit. Anno Xpi 1353

VIII. Simonem Claromontanum, promiſſa proximæ defectionis venia, Ludovicus quoque ad ſe vocavit, nuncios ad eum tranſmittens *aſſerentes ex regia parte, ut coram culmine Regio ſe deberet præſentare in Civitate Cataniæ, ubi ſceptrum Regale erat fixum.* At ille Blaſcum ſibi, ſuiſque infenſum ſuperiorem reſpiens, at-

que

Anno Xpi. 1353. que antiquas utriuſque familiæ ſimultates cauſſatus; vacuos remiſit Legatos; rurſumque per alios ſollicitatus parere recuſavit. *Tandem venerabilis Abbatiſſa*, ait Michael, (a) *Conſtantia Regis ſoror de regia voluntate acceſſit ad gurgitem fluminis Catanienſis, ibique cum Simone de hujuſmodi cauſa, & de aliis diverſis colloquium in ſecreto habuerunt; nihil aliud ab eo reportās, niſi quod paratus erāt Domino Regi abinde ad dies octo reſpondere. Quibus Rex prædictum terminum indulſit, quo elapſo nullum Regi dederunt reſponſum, qui ſtantes circa eorum fines, nullum Cataniæ damnum, aut guerram intulerunt.* Excanduit nihilominus adeò in Claromontanos Rex, ut aliquando *ſpatiandi cauſa in multorum ſuorū nobilium comitiva in planitie maritima Civitatis Cataniæ*, in bovem incidens, quem Agricolæ Claromontem vocabant, ſtatim illum enſe jugulaverit, *aſſerens nomen Claromontanorum non eſſe dignum coram Majeſtate Regia nuncupari*.

(a) Chr. cap. 66.

IX. Menſe Septembri Calatajeronem Simon ad res ſuas ibi confirmandas contendit, ubi autem Opidanos in fide ſtabiles agnovit, Nicoſiam cum copiis acceſſit, quam brevi ex deditione accepit. Præerat opido illi Rogerius Theutonicus, qui quum viribus longe imparem Simoni ſe agnoſceret, Caſtro relicto, Catanam ad Regem cum infauſto nuncio venit: ſed Nicoſiæ jacturam Calatajeronis ad regias partes acceſſio compenſavit. Manfridus de Mohac ejuſdē urbis civis Catanam ad Ludovicum contendens equites quinquaginta ſibi dari expetiit, quibus inſtructus in patriam reverſus, Claromontanis expulſis, ſuos in fidem ſuſcepit; præſidiariis, quos a Blaſco per Artalem receperat, caſtrum munivit

Digitized by Google

nivit. Dum hæc porro agerentur, Leontinenſes in Catanæ agrum Octobre ineunte cuncta populantes excurrunt, abactiſque inde armentis, incendiis etiam commaculant; quibus Rex cognitis, ad Symethum uſque cum exercitu venit, Leontinis bellum moturus, ſed a Blaſco cæteriſq; Proceribus abductus, ad Caſtri Mylenſis expugnationem arma convertit, ac VI. nonas Octobris magna ſtipatus equitum, peditumq: caterva, ex urbe Catana ſolvens, ſeſe itineri committit. VIII. Idus ejuſdem Mylas appulſus, Arcis præfectum ad deditionem vocavit, quo renuente, Caſtri obſidioni Henricum Rubeum præfecit, ipſe IV. Kal. Novembris Catanam remeans, ibi nondiu de ſuorum conſilio Claromontanos Comites Regni proditores, hoſteſque publicos declaravit. *Anno Xpi 1353.*

X. Tum ab Incolis evocatus, Agyrium cum Fratre, & Sorore, Friderico Athenarum Duce, Blaſco, aliiſque Proceribus Ludovicus cōtendit, ac XVII. Kal. Decembris ſummo cum honore excipitur. *Proditores vero peſſimi Leontinenſes*, ſcribit Michael, (a) *Domini Regis receſſum præſcientes, a terra prædicta Leontini in numero copioſo ſunt egreſſi; quò noctis tempore itinere concito pergentes, in planitiem Civitatis Cataniæ pervenerunt; & factis eorum latibulis prope quamdam turrim dictam lu Blancu, ſuperveniente die, eadem hora, qua Agricultores terram ſulcant, & victualia per ſulcos diſpergunt, egreſſi ſunt, & ante poſitis ſuis curſoribus in dicta planitie, ut moris prædonum eſt, ipſos catervatim ſunt inſequuti, & diſcurrentes huc illucque, nulla tramitis ordinatione ſequuta, omnes boves aratores, qui inibi erant, interceperunt violenter, qui*

(a) *Chr. cap. 73.*

boves

Anno Xpi 1353 *boves fere numero* 103 *fuerunt. Et diſcurrentes uſque ad territorium Mottæ S. Anaſtaſiæ ibi boves, & alia animalia extirparunt. Erant enim in prædicta terra Mottæ boves quamplures hominum Civitatis Cataniæ.... Et de hoc non contenti, die etiam ſequenti omnes alios boves more hoſtili prædæ expoſuerunt rapaci. Et ſic Civitas Cataniæ in omnibus opulenta divitiis facta eſt ſterilis in abudantia rerum, & præcipuè victualium.*

XI. Exeunte Novembri reducem Ludovicum cum ſuis Catana vidit, moxque nonis Decembris Tauromenium abeuntem. Ibi turrim Malvicinam, atque inferiorem arcem, quæ Claromontanis parebat, recepit, ac Molæ caſtrum munitiſſimum copiis circumdedit; at cum obſidio in longum protraheretur, præſidio ibidem relicto Catanam Rex cum exercitu remeavit. Interim Artalis Blaſci filius Sortinum clam ingreſſus, cujus fines Syracuſani ſæpius excurrebant, cum aliquando palantes hoſtes prædiſque intentos advertiſſet, improviſo impetu in eos irruens omnes ad unum confecit. Hinc Ludovicus per literas ab Artali de rei eventu edoctus, Syracuſanos ex clade omnino dejectos aggreſſurus, Catana ſolvit, eorumq: urbē obſidet; at civibus ſtrenuè ſeſe tuentibus diſcedere coactus, Sortinum primo, inde Palaciolum, tandemque Nethum progreditur, ubi ſummo cum honore exceptus mox v. Kal. Febrauarii Catanam repetiit. Tum aliquot Opida in Regis poteſtatem venerunt Thermæ ſcilicet Cephaledium, ſancta Lucia, & Naſus, ubi Franciſci Palicii uxor, ac filii ſeſe tuebantur; quos Catanam ad Ludovicum Regii exercitus Præfecti tranſmiſere. Franciſcus porro cum ſuis Neapolitani Regis,

Digitized by Google

cujus partes ſequebatur, claſſem inſcendens Catanam uſque enavigavit, portumque audacter in- ingreſſus cum in Ludovicum è feneſtra Arcis audientem injurias, & contumelias evomuiſſet, Neapolim inde contendit; mox Siciliam invaſurus prope Mylas ſuos, ac Neapolis milites ad oras expoſuit. *Anno Xpi 1354*

XII. Sub idem tempus ſuis Catanenſibus inſigne illud privilegium Princeps optimus pridie Idus Martii conceſſit, quod tot favoribus refertum quot verbis expreſſum piaculum hic foret non exſcribere. En illud: „ Ludovicus Dei
„ gratia Rex Siciliæ divina, ut credimus, Na-
„ talis noſtri Auctrix Agatha fuit Beata Cata-
„ niæ. Quia ſicut Nos in ſua patria naſci vo-
„ luit, ſic eam noſtri defenſatricem nominis im-
„ petravit; ut eodem tempore Civitatem ipſam
„ privilegio ſuo a violentorum mucrone defen-
„ deret, & noſtrum in ea refugium neceſſita-
„ tis tempore ſtabiliret. Conſiderantes igitur
„ fidem puram, ac devotionem firmiſſimam,
„ quas vos Cives Cataniæ fideles noſtri ad di-
„ vos Principes Prædeceſſores noſtros glorioſæ
„ memoriæ maxime ad Nos noſtra fluctuante
„ pueritia habuiſtis, perſonarum, & rerum ja-
„ cturis non parcendo graviſſimis, imo adhuc
„ tenaci fide perſeverantes inceptis augeri cre-
„ dimus in futurum; Vos ſucceſſores veſtros et
„ poſteros, utriusque ſexus in perpetuum a ſo-
„ lutione juris Triceſimæ, & Sexageſimæ ſolvi Ju-
„ dicibus in cauſarum, aut litium agitationibus
„ conſuetæ, ſive agatis, ſive conveniamini, e-
„ xemptos reddimus, & ex grata benevolentia
„ liberamus. Quodque pro quibuſcumque cau-
„ ſis, & litibus civilibus, aut criminalibus ſive

mixtis;

Anno Xpi 1354 ,, mixtis; Majeſtatis leſæ crimine fęudorum quæ-
,, ſtionibus, & aliis exceptis caſibus, qui de
,, privilegiis felicis Urbis Panormi, & nobilis
,, Civit: Meſſanæ, ac eorum interpretationibus,
,, & obſervantiis exceptantur, extrahi ad cau-
,, ſandum per magnam noſtram Curiam, aut
,, quemcumque Magiſtratum alium non poſſitis
,, inviti. Non obſtante, quod alibi forum ſor-
,, tiamini contractus ratione cujuslibet, vel deli-
,, cti. Ut ſicut Panormus, & Meſſana gratis per
,, eas divis Prædeceſſoribus noſtris collatis ſer-
,, vitiis, velut duæ ſorores paria quaſi merue-
,, runt Privilegia; sic, Tu Catanenſis Civitas,
,, quoad præſcripta tuis conceſſa civibus lætari
,, valeas Soror eis Tertia nuper data. Ad hu-
,, juſmodi autem noſtræ conceſſionis memoriam,
,, & robur perpetuo valiturum præſens Privile-
,, gium vobis exinde fieri, & Majeſtatis no-
,, ſtræ ſigillo pendenti juſſimus communiri. Da-
,, tum Cataniæ per nobilem Bonifacium Fride-
,, rici de Aragonia Regni Siciliæ Cancellarium,
,, Conſanguineum, Conſiliarium, familiarem, &
,, fidelem noſtrum Anno Dominicæ Incar. 1354.
,, die 14. Martii 7. Indic. Groſſus ſignatum hoc privilegium præcedenti anno ſcribit. At Ludovicus Martio menſe ejuſdem Anni Meſſanæ degebat, ac nondum ex hoſtium manibus evaſerat.

XIII. Pridie Idus Aprilis Nicolaus Mutabenius Meſſanenſis miles molæ arcem cui præerat, Euphemiæ Ludovico Regis Sorori reſignavit, inde Catanam veniens hilari vultu, ac benigne ab eodem Rege exceptus, ac inter familiares adſcitus ſtrenue deinceps ſuam illi operam probavit. Inter hæc Claſſis Neapolitana

a

a Manfredo Claromontano accita Panormum applicat, ſummaque gratulatione excipitur. „ „ Comes vero Simon, (ſcribit Michael,) (a) & „ Manfredus alter de Calaromonte affectantes „ Siculum Regem, & civitatem Cataniæ in o- „ mnibus conculcare clam factis eorum latibu- „ lis in planitie ejuſdem civitatis pervenerunt, „ qui dum ſtarent abſconſi in quodam ſtagno „ vocato lu Pantanu ſuos miſerunt præcurſore „ diſcurrentes hinc inde; Quæ talia dum ad „ Regis notitiam perveniſſent, armatus perſo- „ naliter exivit de caſtro, quem Cataneinſium „ turba equeſtris inſequitur animoſè, inter quos „ fuit magnanimus ille Blaſcus comes de Ala- „ gona Siciliæ Vicarius generalis, qui mandans „ Campanam ad arma pulſari omnes commu- „ niter extra civitatem in ſubſidium Regis fue- „ runt egreſſi, qui cum perveniſſent ad con- „ tratam Bombacarii ibi ſuam reſidentiam ſtatue- „ runt. Homines vero civitatis, qui ſtabant ad „ muros de tam improviſo egreſſu trepidabant, „ ne forte dictus Manfredus cum ſuis clande- „ ſtinis inſidiis Regem in aliquo læderet juxta „ poſſe. Inſurgit itaque rumor in civitate ex „ crebris ululatibus mulierum aſſerentium no- „ ſtros cum hoſtibus dimicare. Homines vero „ in cacumine murorum civitatis exiſtentes ſub- „ miſſa voce ſimili, ſe contriſtabant dolore, pro „ eo, quod tantus diſcurſus, & fremitus cur- „ rentium animalium verſus civitatem erat, quod „ ſuſcitatus pulvis cęlum ſubtexerat, & adem- „ pto die noctem duxerat repentinam; quapro- „ pter viſus ad intuendum caliginis impedimē- „ to abfuerat. Qui ſtantes ſub curarum an- „ guſtiis ad eorum conſpectum Regem verſus civi-

Anno Xpi 1354

(a) Chr. cap. 86.

Anno Xpi 1354 „ civitatem cum duobus tantum equitibus cur-
„ rendo velociter, inſpexerunt; qui tandem
„ ingreſſus civitatem, conſpectibus plangentium
„ ſe præſentavit, & dolores civium concreve-
„ runt. Ac deinde obſeratis dictæ civitatis ja-
„ nuis, a Rege ſui cauſas adventus exquirunt.
„ Quibus patefactis non tardus civitatem per-
„ ſonaliter per vicos, & plateas circuens mo-
„ nendo rogabat; atque dicebat: O fideles u-
„ niverſi Catanienſes viri Comiti Blaſco, &
„ noſtris aliis fidelibus occurrite, qui pro com-
„ muni cauſa cum hoſtibus ad præſens ſunt di-
„ micaturi. Catanienſium hodie fidelitas erit per
„ mundi clymata univerſaliter propalata: quæ
„ verba in tantam conſtantiam cives erexerunt,
„ trepidos, & timentes, quod de timoroſo a-
„ nimoſum animum aſſumpſerunt, & de con-
„ dolentibus hilares facti ſunt, omni triſtitia
„ poſtpoſita, ac penitus relicta. Egrediuntur i-
„ taque de civitate equitum, & peditum im-
„ menſa glomeratio, & non tantum mares, ſed
„ & imbelles ſexu mulieres immenſæ. Quid ul-
„ tra! Adeo Civitas de habitatoribus fuit eva-
„ cuata, ut vix in ea aliquis remanſit. Tot
auctus copiis Blaſcus in hoſtem ducere cogita-
bat, ſociiſque conſilium aperiens, illos, ut ſtre-
nue ſe gererent, hortabatur; cum ecce „ egre-
„ diuntur de prædicta palude Pantani, in qua
„ erant abſconſi milites Claromontani, qui cum
„ calcaribus eorum equos urgentes, in bellicoſo
„ cuneo aciei verſus Catanienſes milites ſe di-
„ rigunt. Sed eorum curſus non fuit velox, nec
„ animoſus, imo trepidus, & remiſſus. Nam
„ dum tantas hominum maxime peditum inſpe-
„ xiſſent catervas, cum eorum habenis tenaci-

Digitized by Google

„ cibus equos currere non permiſerunt; quare in Anno Xρι
„ uno catervatim ſe ſimul congregarunt, & ſtantes 1354
„ in oppoſitum noſtris non valde procul motum a-
„ liquem non faciebant. Comes vero Blaſcus præ-
„ dictus cum ſuis omnibus in tuta ſe ſtatione com-
„ miſerant; nam erant in quadam via, quæ ex utro-
„ que latere erat vinearum ſepibus convallata, in
„ quibus baliſtarii, & pedites erant in numero co-
„ pioſo, & adeo noſtri tuti ſtabāt ibidem, ſicut eſsēt
„ in civitate morantes. Claromontani vero viden-
„ tes, quod in tam anguſto loco ſe immiſerant Regii
„ milites, verſus ipſos appropinquare formidant;
„ Nam ſi in ampla ambæ partes campeſtria fuiſſent
„ coadunatæ, lethale fortaſſe fuiſſet bellum
„ commiſſum, ex quo præsēs guerra extinta fuiſſet.
„ Quare lento paſſu retrocedentes, ad terram Le-
„ ontini finaliter ſunt converſi. Comes vero Bla-
„ ſcus cum ſuis in civitatē Cataniæ fuit ingreſſus.
„ Et hæc acta fuerunt Anno Domini 1354. die
„ lunæ vigeſimo octavo Aprilis 7. Indic.

XIV. Poſt hæc ab Incolis Nicoſiæ, qui Jacobum Claromontanum, excuſſo jugo fugaverant, evocatus Ludovicus cò ſe contulit, regiiſque honoribus exceptus, quum arcem magnis viribus agreſſus expugnatu difficilem animadverteret, Rogerio Theutonico in ſuum locum ſuffecto III. Idus Maji Catanam rediit. Rogerius mox ex deditione arcem obtinuit, Rex vero in fidem Calatabiani Opido recepto animi plenus Leontinum, quod ſeditionis caput fuerat, ſubigere decrevit. Sub idem ferme tempus Petrus Catanenſis Pontifex fatis conceſſerat, in cujus locum Joannem de Luna Regio genere Catanæ exortum Rex ſubrogatum voluit. Coacto interim ex univerſa Inſula ingenti exercitu, in quo ſexcenti Equites, pedites vero circiter

decem

Digitized by Google

Anno Xpi. decem millia numerabantur, comparatiſque re-
1354 bus ad oppugnationem neceſſariis, Ludovicus Artalem de Alagona cum Guidone Vigintimillio, ducentiſque Equitibus XIV. Kal. Junii Leontinum præmiſit, quos ipſe una cum Blaſco, Joanne de Luna Pontifice, Rolando Aragonio, Franciſco Vigintimillio, Manuele Comite, cæteriſque Regni proceribus ſequutus, contra opidum movit. *Eodem porro die ante terram Leontini applicantes*, ut Michael ſcribit, (*a*) *in quadam vinea cujuſdam Leontinenſis vocati Riciputu di Riciputu alveo omnis convallata per milliare diſtante ſunt caſtrametati, in qua eorum quilibet fixit tentoria. Inter quos Joannes de Luna venerabilis Catanienſis Pater ſpiritualis, & compatriota, ac Regis fideliſſimus conſanguineus cum Rege perſonaliter armis munitus cum Equitibus quinquaginta fiducialiter acceſſit, qui omiſſa omni cupidinis avaritia, ut moris eſt aliquorum Prælatorum, prodigaliter ſuis omnibus, & diverſis aliis exculentam, & poculentam quotidianam vitam præſtabat.*

(*a*) *Chr. cap.* 88.

XV. Primo igitur impetu noſtris res bene ceſſit, at cum ſegetibus, ac vineis incenſis, domos omnes ac priſtino opido proxima diruiſſent, atq: ingens propterea fames opidanos, Regiſque exercitum divexaret, obſidionem ſolvere, ac cum copiis inedia pene conſumptis noſtri Catanam reverti coacti ſunt. Quod ubi Manfredus, & Leontinenſes advertere, ut jacturam jactura ulciſcerentur, egreſſi, Catanenſes agros, ad Mottam, Paternionemque excurrentes, omni armentorum genere ſecum abducto, incendio devaſtarunt, quod ægre extintum multorum opera, ne ſegetes undique devoraret. Subinde

Ludovi-

Digitized by Google

Ludovicus Damianum Selinpipi Equitem Meſſanenſem Neapolim ad Aloyſium Regem tranſmiſit cum eo queſturum, quod aliquot Siciliæ Opida, nullo inter eos flagrante odio, occupaſſet, auxiliumque Claromontanis præſtitiſſet. Ad hæc reſponſum ab illo: Jure id factum, cum ſibi deberi Siciliam conſtaret. Damianus Regis animo ſatis explorato, Neapolitanas in reditu populatus oras, ratibuſque milite completis, in quas forte incidit, quaſſatis, atque obrutis, Catanam Junio menſe regreſſus Aloyſii mentem Regi aperuit, quò extemplo Proceribus in arcem evocatis, quid facto opus eſſet ab illis ſciſcitatus, communi tandem voto decretum, ut ad Aragoniæ Regem in Sardinia tunc agentem, Legati, qui ſuppetias poſtularent, tranſmitterentur. Quum porro Regii ærarii inopiam, unde Legatis ſubſidia eſſent miniſtranda, Blaſcus quereretur, Orlandus Aragonius ſe id muneris propriis ſumptibus ſuſcepturum dixit, laudatuſque Damianus propriam obtulit ratem. Uterque igitur è Catanenſi portu ſolventes in Sardiniam profecti ab Aragonenſi Triremes triginta copiis inſtructas, poſt Cirthæ bellum, cui tunc ille intendebat, impetrarunt; Kalendiſque Auguſti Damianus relicto apud Sardiniam Orlando, Meſſanam ubi Rex Ludovicus forte verſabatur, contendit. *Anno Xpi. 1354*

XVI. Quintodecimo Kal. Octobris hora diei ſexta ſol deficiens Siculos magno timore affecit. Ut oram Siciliæ Maritimam Henricus Rubeus tutam ab hoſtibus redderet, tres interim triremes conſtruxerat, quas in Aloyſii naves frumento onuſtas ducens fortiter dimicando illas ſibi vindicavit, ac frumento Meſſanam invecto XIII. Kal. Novembris Catanæ portum ſubiit.

Ex-

Anno Xpi 1354 Excepit illum Rex hilari vultu, commendatūque contra hoſtes, qui Syracuſanum mare excurrebant, immiſit. Re naviter geſta, Rubeus, tribuſque Neapolitanis ratibus interceptis ovans Catanam die Dominica VIII. Kal. ejuſdem ſe recepit, indeque ſolvens totius inſulæ littora ab hoſtili incurſu tuta, ac libera reddidit. Per idem tempus Artalis Blaſci filius, aſſumptis ſecum centum Equitibus Catanâ egreſſus, ad Caſtri opidū in agro Mylenſi expugnandum ſe contulit, quo in poteſtatem redacto, eumdem Agrum deprædatur, obvioſque Mylenſes cædit. Subinde quum Claromontani falſo rumore de Regis obitu Siciliam impleſſent, ad haſce voces compeſcendas Ennam petere conſtituit Ludovicus; Regia tamen profectione ob æris penuriam tunc dilatâ, circa Novembris exitum Platiam verſus contendit, ſed ab opidanis hoſtiliter habitus Ennam maturavit, inde Politium profectus eſt.

XVII. Rege abſente, Urbem noſtram horribilis, ac repentina clades Kal. Decembris oppreſſit. Aquæ penuria laborante univerſa circum regione, precibus cives Superos orabant, ut cōgruam pluviam impetrarent; cum ecce denſiſſimis nubibus aere obducto, optatis eventum reſpondere cuiq; viſum; mox fulgura coruſcare, mugire tonitrua, ac triduo pene integro imbres ruere tanto incolarum terrore, ut naturæ finis adeſſe videretur. Ingenti aquarum vi valles impletæ, ædes dirutæ, arbores, ſegetes, plantæ, vineæ e radicibus evulſæ, ſepibuſque diſſipatis terrarum fines confuſi. Humiliora circa urbem loca extra portam Steſichoream aquis adeo completa, ut lintribus hinc inde tranſmeantibus opus eſſet. Amenanus denique vulgo *Judicellus*, qui ſup-

preſſis fontibus per menſes aliquot aruerat, ſeptimo poſt die repente proſiliens conſuetos per urbem egit curſus. *Anno Xpi* 1354

XVIII. Novo ineunte anno nonis Januarii alia rurſus fœda tempeſtas deſæviit, ac urbi, ejuſque agris non minora intulit damna. Nec diu poſt Leontinenſium legati ad Blaſcum Comitem, auxilia contra Claromontanos poſtulatum Catanam venerunt, quos vacuos Comes omni pene militia ob Regis abſentiam tunc deſtitutus, remiſit. xv. Kal. Februarii Ludovicus aliquot opidis Vallis Mazariæ in fidem receptis, Catanam repetiit. Tum Syracuſarum Urbs Regi ſe dedit, Procerum quorumdam opera, qui Claromontani Imperii pertæſi patriam tyrannide liberarunt, hoſtibus partim cæſis, partim captis, vinctiſque Catanam ad Regem miſſis. Deditæ urbis nuncium ut Ludovicus accepit, ingentem equitum, & peditum numerum, quem contra Leontinos paraverat, ſub Artalis Alagonæ imperio Syracuſas in præſidium miſit. Artalis vero, urbe munita, ac Rolando Aragonio commendata, Catanam regredi ſtatuit. Quod ubi Manfredus Claromontanus Leontini reſcivit, per inſidias eum intercipere ſtatuens, duas inſtruit Equitum acies, quarum primæ Conradum Malateſtam Thuſcum, Joannem Septimum Raguſanum, Matthæum Vaccarium, & alterum Matthæum Juvenem præfecit. Ipſe, ac Simon Claromõtanus ductores erant. Verùm Manfredi aſtus non ignorans, exploratum Equites aliquot Artalis expedivit; detectiſque inſidiis, ad bellum ſe parat, primuſque hoſtes aggreſſus, ingenti eorum cęde facta, in fugam agit. 1355

Ea victoriâ Ludovicus Rex animo elatus ad Leontinum ſubigendum ſe convertit; at quum

æris

Digitized by Google

Anno Xpi 1355 æris inopia laboraret, Catanenſium induſtriâ levatus, cum exercitu movit. Præſtat hìc Michaelis verba uſurpare (*a*) „ Catanienſium Cives „ de Regis penuria compaſſionem habentes, tamquam fideliſſimi zelatores, qui continuè contra „ Regios infideles ſanguinem effundere non „ formidarunt, viam adinvenerunt, ut Regi ſubveniant in præmiſſis: nam licet in toto univerſaliter fidelis Cataniæ Civitas eſſet in tritico indigens, & ex alienis Siciliæ locis cõvicinis ipſum in Univerſitatis ſubſidium, & „ ſubventionem pretio emiſſet cariori, de quo „ ſub certo pondere panis conficiebatur in plateis publicis venundandus, elegit, ut diminuto „ panis pondere, pecunia ex eo proveniens in „ Regis auxilium eſſet totaliter applicata; nam „ ex qualibet frumenti ſalma carleni treſdecim „ proveniebant, ex qua cauſa non modica pecuniæ quantitas colligebatur; ex ſubventione „ cujus Rex prædictus a Civitate Cataniæ die „ Mercurii decimo tertio Madii Octavæ Indictionis receſſit cum Equitibus ultra ſexcentis, „ & peditibus Catanienſibus innumerabili globo „ commixtis, & apud Leontinum eadem die „ feliciter eſt deventus. In comitiva cujus fuit „ primus Comes Manfridus... Comes Blaſcus „ de Alagona, qui a latere Regio numquam diſceſſit; conſilio cujus, & ſagacitate Rex omnia faciebat. Deinde nobilis, & egregius Dom: „ Artalis Regius Mareſcallus, ad cujus gubernationem totum Regis Eſtolium manutenebatur; Et Venerabilis Joannes de Luna, Catanienſis Epiſcopus in prædicta Regis comitiva „ præſentialiter acceſſit cum ſua gente bellígera, quam in Regis adjutorium deduxit. Nam iſte

(*a*) *Chr. cap.* 112.

Digitized by Google

„ iſte, non ut aliorum Prælatorum eſt moris, quos *Anno Xpi 1355*
„ avaritia tenet adſtrictos, voluit eorum imitari naturam, ſed omni avaritia prætermiſſa, omnibus ad ſuum emporium convenientibus, non erat aditus intrandi prohibitus, imò conceſſus, quibus petentibus non erat eis recuſata petitio. Et meritò; nam radix nobilis, & virens fructus afferre uberrimos ſolet, arida vero, & triſtis fructum triſtem, & indurabilem emittit. Nam nobilis hic Joannes de Luna Præſul ortus fuit, & eſt ex proſapia antiquorum Aragonum Regum... deinde Matthæus de Montecatino, & reliqui alii Magnates quos longum eſſet hìc adnotare.

XIX. Obſidio porro et ſæva, & cruenta per integrum pene menſem protracta fuit, aurique, ac annonæ penuria, quæ obſeſſos etiam fœde vexavit, tandem Idibus Junii ſoluta eſt, Rege cum exercitu pene conſumpto eadem die, hora meridiana Catanam remeante. Hos omnes bellorum motus ſævior clades excepit, per omnem quippe fere Inſulam immanis locuſtarum multitudo inſolitæ magnitudinis, atque originis incertæ in agro præſertim Catanenſi apparuit, quæ ſegetes, vineas, nemora, hortos, atque arbores omnes cum domeſticas, tum ſilveſtres, earumque etiam cortices amaras uſque ad radices uno ubique die depaſtæ, repentino mox exorto vento in turmas, aciéſque ſe diſciſſerunt, atque aliquandiu per aera delatæ, ipſum etiam cœlum obtegere videbantur. Demum flante eodem vento, in mare Jonium impulſæ, ſubmerſæ ſunt. Eorumdem poſtea corpora in acervum redacta, atque a fluctibus ad littora impulſa inaudito putore adeo aerem infecere, ut ſæva peſtis

Digitized by Google

Anno Xpi ſtis inſequuta omnem pene Siciliam toto menſe
1355. Julio populata ſit. Urbs noſtra præ cæteris vaſtata, ſub una enim die ſexaginta circiter mortuos fuiſſe elatos memoratur. „ Quos inter „ (ait Michael) (*a*) Fridericus Infans Dux A„ thenarum, & Neopatriæ filius bonæ memo„ riæ Ducis Joannis, qui die Sabbati undecimo „ Julii VIII. Indic. hora prima noctis diem „ ſuum clauſit extremum, ac regio more die ſe„ quenti hora tertiarum in Eccleſia Beatæ Aga„ thæ fuit ſepultus. Rex vero Ludovicus intuens „ ſui conſobrini ducis vitam ad extrema deveniſſe, „ nimio præ dolore factus anxius, ea nocte e „ caſtro, ubi dictus Dux laborabat, egreſſus eſt, „ ſecum ducens Fratrem ſuum Dom. Frideri„ cum, & extra mœnia civitatis in quadam „ turri aliquantulum conquievit; in qua nocte „ per mare ſe tranſtulit in Caſtrum Acis, & „ deinde iterando pervenit ad villam Maſchala„ rum, ibique prædictus Dom: Fridericus fuit „ febre correptus, & nihilominus die ſequenti „ ab illa villa receſſerunt, & ad civitatem „ Meſſanæ pervenerunt: (Hæc Michael, qui „ ſubdit.) Diebus proxime ſequentibus, dum „ Manfridus de Campixano, & Alderiſias de „ Aritio exules e Syracuſia Civitate in civitate „ Cataniæ commorantes, conſilio, quorum & ſua„ ſione dicta Syracuſana Civitas fuerat olim in „ dominium Regis Neapolis deducta, quibus „ Rex Siculus vitam gratioſe relaxavit, volen„ tes ad eorum patriam remeare cum literis Re„ giis de ſecuritate, cum quadam Meſſanenſium „ rate ad dictam civitatem Syracuſiæ devene„ runt, in quos deſcendentes in terram, non „ attentis Regiis literis, quas deferebant, vul„ gus ruit, in cujus rumore fuerunt interfecti.

(*a*) *Chr. ap.* 114.

XX. Luce ceſſante Ludovicus XIV. Kalen. Octobris Catanam reverſus eſt, ex qua aliquando recreandi animi gratia Acim petiit, ubi ſtatim in morbum lethalem lapſus XVIII. Kalend: Novembris decem et ſeptem annos natus, duodecim vero Regno potitus, Friderico Fratre ſuffecto fato functus eſt; *Ob cujus mortem*, ſcribit Michael, (a) *ſic ſuis fidelibus, & præcipue Cataneienſibus perditio ſubſecuta eſt, ut non quaſi ipſum perdidiſſent, ſed ipſi tunc cum eo periiſſe viderentur. Hujus mali nuncius dum repentino luctu civitatem prædictam Catanienſium repleviſſet, ac ſi capta eſſet turbata civitas fuit. Cujus corpus effectum cadaver ad Eccleſiam S. Mariæ dictam la Grandi extra mœnia civitatis, eodem die in ſero fuit deductum. Mane vero ſequenti, clauſæ ubique januę, cuncta privata, & publica miniſteria atque officia ſuſpenſa fuerunt; univerſi mares, ac fæminæ ad præfatam Eccccleſiam decurrunt. Inter hæc procedit cadaver, & egreditur Rex mortuus de Eccleſia prædicta pannis involutus ſericis, & aureis, & diademate aureo in capite more Regum coronatus, tractus in lecto ſicut decet Regalia corpora, in eorum exequiis obſequiere. Ad cujus conſpectum ululatibus junguntur męſta ſuſpiria, & querulæ voces indeſinenter. Qui poſtquam pervenit ad portam Civitatis, Matronæ, ac viduæ, & Virgines mulieres in ſummitate murorum exiſtentes, querulis lamentationibus, quæ uſquæ ad æthera reſonare videbantur, & manus ad cœlum tendentes, nunc earum nunc publicæ calamitatis infelicitatem accuſant, & deflent. Poſtremo per civitatem corpus Regis inſequebantur lacrymis, genas unguibus lacerantes, & ſparſos ſine lege capillos ab earum cute avellentes. Deinde ad majorem Eccleſiam ingreſſus,*

Anno Xpi 1355

(a) Chr. cap. 117.

Ann. Xpi 1355 *ingreſſus, clamor in ea ab omnibus generaliter factus eſt; & depoſito Regio corpore coram altare, prædicatione finita, in tumulo Regio, ubi corpora bonæ memoriæ Regis Friderici, & ducis Ioannis ſunt ſepulta, corpus ejus fuit humatum, & totaliter tumulatum. Comes vero Blaſcus prædictus die Mercurii in nocte vigeſimo primo Octobris illuceſcente die Jovis diem ſuum clauſit extremum, & eodem die Jovis fuit ſepultus in Majori Eccleſia Catanenſium.* Blaſci tumulum in S. Mariæ Templo ordinis Carmelitarum ad hæc noſtra tempora ſuperſtitem oſtendunt, atque hujus fuiſſe credunt. At cum Michael Synchronus Auctor in Majori Baſilica conditum ejuſdem corpus clariſſimè teſtetur, ſenioris Blaſci noſtri Junioris Avi ſepulchrum, illud in æde Carmelitica credendum. Reliquit Blaſcus Artalem, Joannem, & Blaſcum filios hæredes, qui paternæ ditionis Opida ſunt nacti: Artalis primogenitus Miſtrectam, Joannes Naſum, Blaſcus Montem Albanum. An hujus fortaſſe tumulus, cujus paullo ante me, minimus?

Anno Xſi
1355

CAPUT SEXTUM

CATANA

SUB ARAGONENSIBUS

AB ANNO MCCCLV. AD MCCCLXII.

I. FRidericus Ludovici frater Petri II filius Catanæ anno MCCCXLI. natus hereditario jure Regno potitus, Meſſanæ nono Kalend. Decembris Procerum conventum coegit, in quo accepto ab omnibus fidei authoramento, Euphemiam Regiam Sororem Regni Vicariam conſtituit. Ejus regiminis initia varii per Inſulam motus excepere. Matthæus enim Montecatinus Scaflanum occupavit, Bonifacius Aragonius a Sancio conſobrino Pactarum & Tyndaridis præfectura exuitur, Blaſcus Artalis frater, ſubmoto Joanne Arlaco, Catanenſem quemdam Opido ſuo Montis Albani præfecit; quod quum Arlocus iniquo tuliſſet animo, & contra Blaſcum obloqueretur, hic ſpoliatum bonis, vinctumque ad ſe illum duci Catanam juſſit; Id ut accepit Arloci filius ad mille paſſus ab Urbe irruens in publicos Adminiſtros Patrem captivum ducentes, eoque liberato, ad Opidum Montis Albani ſe transfert, cujus arcem, Catanenſi Præfecto abrogato, ſibi vindicat. Durantibus porro adhuc inter Catanenſes, & Leontinenſes diſcordiis, Artalis Alagona, & Manfredus Claromontanus, & proprio, & Regis nomine belli ferias ſtatuunt. *Quod nullus ſcilicet*, ut Michael ait (*a*) *de partialitate Catanenſium prædam*

(a) Chr.cap.121.

dam

Anno Xpi. 1356 *dam facere, nec in aliquo lædere in locis, & terris, quæ poſſident Claromontani, & verſa vice Claromontani in Civitate Cataniæ, & in terris quas prædictus Dom. Artalis habet in dominio. Quapropter dicta Tregua ſic ambigua, & obſcura bandita extitit die martis vigeſimo ſexto Januarii.*

II. Ineunte Februario Guillelmus de Mariſcalco Regius miles Meſſanenſis Caſtri præfectus Catanam cum Henrico Rubeo venit ad Divæ Agathæ Corpus venerandum; quo abſente Caſtri Incolæ pridie Nonas ejuſdem menſis Regi Neapoleos, ejuſque militibus Mylis agentibus Opidum tradidere. Subinde Euphemiæ Vicariæ, & Franciſci Vigintimillii opera Rex Tauromenium venit Randatium profecturus, quod reſciens Artalis Alagona, fraudem ſubeſſe ſuſpicatus, Catanâ ſolvens ingenti militum manu ſtipatus Maſcalas venit, unde Henrici Rubei hortatu copias dimiſit; verum Rubei fraude detecta, qui cum Vigintimillio conjuraverat, Regiſque tutelam ſibi vindicare exambiebat, cum dimiſſos, tum alios accivit milites, quibus inſtructus ad Regem & Vicariam ſe contulit, utque Regia Curia Catanam vetuſtam Aragonenſium ſedem repeteret, ut diu promiſſum audacter poſtulavit. Artali ſeſe Rubeus, & Vicaria oppoſuit, Regemque ſub Comitis Vigintimillii cuſtodia Randatium deducendum reſponderunt: *Quibus Artalis tanquam ſagax reſponſum non obtulit, niſi quod dixit; Cataniæ Civitas dignior eſt Randatio, & in maxima fæcunditate uberior.* Aſſumpto dehinc ſecum Rege ſummo cum honore in Maſchalarum Villam illum tranſtulit, ubi quum integro die, Vicariam, alioſque Proceres, qui adeſſe promiſerant, in caſſum expectaſſet,

Digitized by Google

poſtero, qui decimus ante Kalendas Aprilis fuit, Acim contendit, ibique per aliquot menſes protracta mora, Catanam tandem una cum Rege remeavit. *Anno Xpi 1356*

III. Interim Henricus, & Vigintimillius, inito in Artalis perniciem cum Friderico Claromontano fœdere, Inſulam fere omnem hoſtiliter invaſerunt; Manfredus Friderici Frater arce Caſibilis expugnata, contra Syracuſas movit, ac terra, marique circumdedit; cujus cives Catanam pro ſupppetiis nuncios tranſmiſere. Hi quum auxilia non impetraſſent, duabus navibus, quæ in Catanæ portu erant, armatis, Syracuſas curſum intendunt, Navigium Claromontanorum fugant, Urbemque mari Liberant, quo perſpecto Manfredus terreſtrem obſidionem ſolvit. Nec diu poſt Henricus Rubeus exercitu comparato, cum Euphemia Regni Vicaria, & Franciſco Vigintimillio Troynam veniens, ſeditioſis, atque oberatis veniâ promiſsâ, hiſque etiam conſcriptis ad Artalem in opido Paternionis cum Rege agentem legatos tranſmittunt, ut aut Regem liberum dimitteret, aut cruentum bellum expectaret. Nec tamen Rubeus reſponſum præſtolatus eadem nocte iter proſequitur, ac Mottam S. Anaſtaſiæ, quæ ſui juris erat, milite inſtructus venit. Mox quod futurum erat militari prudentia præſagiens, juxta ædem S. Joannis *a medio campo* appellatam in inſidiis ſubſidet, in quas Equites Catanenſes ab Artali in ſubſidium vocati incidentes fugæ ſe tradiderunt, ab hoſtibus inſequuti ad templum uſque S. Chriſtophori mille fermè paſſibus ab Urbe Catana diſſitum. Intercepti complures in arcem Mottæ abducuntur, quos inter Iacobum, & Joannem Lamia milites

Regis

Anno Xpi. Regis domeſticos Rubeus libertate donatos Ca-
1355 tanam remiſit, Rogerium vero Muſtacium, alioſque carceri addixit. Hæc ut Artalis accepit, pecunia ad bellum opportuna indigens Catanam noctu remeavit, ac vectigali ſuper frumentis impoſito, auroque a ditioribus extorto præſenti quidem indigentiæ conſuluit, ſed civium odia in ſe ita concitavit, ut brevi vectigal abrogare compelleretur.

IV. Jam vero Henricus agros Catanenſes cum ſuis excurrens, vineta, ſegetes, atque olivaria, quæ prope ſtagnum erant, quod *Paternionis*, & *Aniciti* Lacunam appellabant, igne ac ferro vaſtavit. Subinde Villici Catanenſes, quos Michael *Vinitores* dicit, quum *Matthæum Vaccarium* Artalis domeſticum virum flagitioſum occidiſſent, nacti ob id facinus civium offenſionem incurriſſe, ad hoſtes deſciverunt; parumque abfuit ut Artalem ipſum paucis ſtipatum militibus occulte Paternionem contendentem, in nemore interciperent, eoque in æſtu conficerent. Hinc novo & ipſi in agrum Catanenſem impetu facto, bovum, oviumque millia ferme decem diripuerunt, eaque in regionem Mompilerii prope ejuſdem Henrici vineas abacta, hoſtibus in prędam obtulere. Quam tamen Rubeus generoſiſſimo animo reſpuit; tum Catanenſis Præfecti hortatu, promiſsâ de male actis veniâ, deſerto Henrico Villici Catanam convenere, & ad Artalis pedes provoluti facile impunitatem impetrarunt, factaque prædæ reſtitutione, deinceps Regiis partibus adhęſere, quin & muneribus ab Artale donati ad propria receſſerunt. Inter hæc Comes Rubeus Paternionis arce potiri ex proditione confidens, ſuorum copias, ut noctu eam

invaderet

Digitized by Google

invaderet eduxit; Verum admonitus Artalis a quopiam Rubei familiari, conjuratione detecta, perduellos carceri mancipavit, opidum validiori præſidio, ac opere inſtruxit. Hinc ſpe fruſtratus ſua Rubeus ſuburbium Paternionenſe primum, moxque agros finitimos incendio fędavit. Contra quem ex opido egreſſi milites ſtrenue manus conſerentes ejus invadunt extremas acies, atque in fugam verſas ad Mottam uſque inſequuntur. *Anno Xpi 1356*

V. *Diebus proximis ſuccedentibus*, proſequitur Michael (a) *Vicaria, & Comites ſupradicti ad Dom. Artalem pro pace obtinenda Nuncios tranſmiſere. Qui Dom. Artalis volens animum Civium Catanenſium perſcrutari, Officiales, & certos alios probos de dicta Civitate pro dicta cauſſa ad ſe convocari mandavit. Quibus convenientibus, in hæc verba ſuos patefecit ſermones: O viri Cives, ac Nobiles, & Regii fideles, Vicaria, Comes Henricus, & Comes Franciſcus pro pace inter nos & ipſos habenda, ſub certis pactis, & capitulis ad Nos tranſmiſit. Interque continetur, quod domus eiſdem dominum noſtrum Regem Fridericum, qui ſub cura dictorum permaneat, quouſque ad ætatem perveniat majorem. Interim immo ſemper noſtri Juſtitiariatus officium per Nos, & noſtrum Locum tenentem, exerceatur, ubi Regia ſit principalis Majeſtas: nam licet pax prædicta in aliquo nos dimittat; tamen conſideratis damnis, quæ Civitas ipſa eſt propter guerram conſecuta, & meliora, quæ ſibi poſſunt provenire futura, videtur Nobis eam fore penitus faciendam. Finito colloquio prædicto, dum ſingulariter de hujuſmodi cauſſa quilibet ſuam opinionem præſtaret, omnes pacem*

(a) Chr. cap. 126.

unani-

Digitized by Google

Anno Xpi 1356 *unanimiter comprobarunt, exceptis quatuor, qui penitus eam contradixerunt. Dom: Artalis vero prædictus nulla comprobata opinione dictorum proborum pacem volentium, ſequenti die eam facere contradixit.* Quod ubi Henrico, ac ſociis fuit renunciatum, nimio ſuccenſi furore omnes Nonis Junii cum Equitibus ferme trecentis, ac ingenti peditum multitudine Mottâ egreſſi Catanenſium fines invaſerunt, maturas ſegetes igne, ferro, equorum pedibus vaſtantes tantâ civium jacturâ, ut hi communiter in querelas prorumpentes jam de ſalute deſperarent.

VI. His malis acceſſit etiam *Vallis currentis* Dynaſtæ publicum in noſtros odium, qui, ut Henrici Comitis, cujus erat conſobrinus, gratiam iniret, in agros irruens Catanenſes, pecora atque animalia in prædam agens, unde poſſet fieri meſſis, villicis commodum ademit, ſuppetiaſque quotidie, & commeatum hoſtibus miniſtrans, innumeris damnis Urbem afficere non deſtitit. At quum Henricus cum Euphemia, ac Vigintimillio inopinatò ſequēti nocte Mylas tranſmiſiſſent, ſibi cavens Dynaſta, ſuiſque diffidens viribus, legatione ſimulata, Catanam ſummo mane contendit, ac Vicariæ, & Comitum nomine duorum menſium inducias expetiit, quas ab Artali de hoſtium diſceſſu jam conſcio, minimè obtinuit. *Imo die ſequenti*, ſubdit Michael (a) *tam milites, quam pedites univerſaliter, tam mares, quam fœminæ populares ad Mottam prædictam ſe jugiter contulerunt, & impoſito in ſegetibus igne, ſimilia, & deteriora damna, quam civitas Cataniæ fuit perpeſſa, hoſtiliter intulerunt. Quapropter quotidie una pars, & alia prædam, & homines capiebant.*

(a) Chr. cap. 126.

VII. Mylarum Urbe ex deditione recepta, Euphemia Vicaria cum ſuis Meſſanam regreſſa, eò ſecum xiij. Kalend. Julii Nicolaum de Cæſareo, & Jacobum de Aloyſio, quorum operâ Mylas Regi vindicaverat, deduxit. His aliquot Meſſanenſes ſtatim adhęſere, Henrici Rubei tyrannici regiminis pertæſi, qui ex Urbe Catana Philippum de Chipiro Judicem, Theutonicum Buſolum, Jacobum de Avito, atque Oliverium milites dudum e Patria exules evocarunt, conjunctiſque viribus in Rubeum, ejuſque affines, & ſocios conjuraverunt. Tum Artalem Alagonam per legatos accerſunt, qui cum ſelecto militum numero confeſtim Meſſanam profectus, honorifice ſuſcipitur, ac ſubinde v. Kal. Auguſti cum Euphemia Vicaria Catanam reverſus Regi ſororem reconciliat. Vicariæ porro Urbem noſtram adeunti plebs obviam facta, hæc, Michaele teſte, dicebat *in platheis, in ea videlicet parte, ubi panis venditur ad minutum: Domina ecce panem, quem habemus de tritico, quod fuit combuſtum, Vobis mandantibus, cum in Mottam tanquam Catanenſis hoſtis Vos contuliſtis; Deo gratias, candidum eſt, & de eo affluenter abundamus: Vivat igitur Dominus Rex, quia nullum bonum nobis deficiet*. Nec multo poſt Simon ac cæteri Claromontani gratiam cum Rege iniere; pax tamen hæc quorumdam Catalanorum in Sicilia piraticam agentium malitiâ turbata eſt. Quum enim Simonis nuncios Catanam navigio Auguſtano ad Regem tranſmiſſos hoſtiliter invaſiſſent, ac Syracuſis aſportatos venum expoſuiſſent, ęgre Claromontani id ferentes, atque ex Regis voluntate eveniſſe rati, denuo deſciverunt. Ann. Xpi 1356

Hinc

Anno Xpi 1356 VIII. Hinc Artalis educto exercitu contra Mottam S. Anaſtaſiæ Henrici asylum tertio Idus Auguſti movet, ac pro mœnibus caſtra locat, machinâ poſtmodum conſtructâ opidum oppugnat. At quum ſtrenuè incolæ, quibus & ſitus opitulabatur, ſeſe defenderent, ſolvere obſidionem coactus Comes hoſtium agris vaſtatis, atque incenſis, Idibus ejuſdem Catanam repetiit. Per idem tempus. *Monſtrum in civitate Cataniæ*, ut verbis utar Michaelis (*a*) *apparuit in macello, quòd dum quædam Vacca in prædicto fuiſſet macello excoriata, dum ejus viſcera ab ejus corpore educerentur, repente egreſſus eſt ex ejus utero Vitulus effigiem habens humanam, oculum unum tantum habens in fronte, reliqua vero pars corporis Vituli retinens formam*. Pridie Kalendas Septembris Fridericus Rex cum Artali, & Vicaria Sorore exercitu comparato, Calatabianum movit, ubi Caſtri-Leonis, Franchavillę, & Randacii, quæ ad Henricum Rubeum jam defecerant, Legatos opidorum deditionem ultro offerentes, perhumaniter excepit, hiſque victoriis auctus, Catanam inde pridie Idus ejuſdem ſe recepit.

(*a*) *Chr. par. 2. cap. 2.*

IX. Jam vero Claromontani, quibus Henricus Rubeus ſeſe conjunxerat, Leontino egreſſi, ducentis ferme Equitibus ſtipati x. Kalend. Octobris in Catanenſem agrum irruentes eo in loco, qui *Medius campus* dicitur, quatuor ferme millibus ab Urbe conſedere; quumque adverſus eos Artalis cum ſuis copiis, civibuſque comitantibus moviſſet, & in edito colle ad baliſtæ jactum caſtra locans ad certamen illos provocaſſet, pugnam detrectantes Leontinum unde venerant remearunt. Non diu Franciſcus Vigintimillius in Regis gratiam receptus apud Paternionem

 Anno Xpi 1356

nionem, quò Artalis cum Euphemia convenerant, primum fidem conteſtatus ſuam, mox Catanam veniens VI. Nonas Octobris ipſi Friderico ſe obtulit, fratremque ſuum Riccardum Vigintimillium ad Henricum Rubeum, ut eum ad ſaniora reduceret, ac Regi conciliaret III. Nonas Leontinum ablegavit. Riccardus quum a furente comite nihil obtinuiſſet, dum Catanam remearet, dolo a Leontinenſibus intercipitur, captivuſque Leontinos primum, inde ad Mottæ arcem deductus, non niſi eorum communicatione, qui Catanæ, ac Menis in vinculis erant, ejuſdemque Henrici fautores habebantur, liber dimittitur. Kalend. Novembribus Joannes de Alagona Blaſco progenitus, Artalis Frater Iſabellam de Palicio, quam ſibi dudum deſponderat, ex Urbe Syracuſarum evocatam, Catanæ ſollemni pompa nuptiis celebratis ſibi copulavit, ibidemque Blancâ alterâ Iſabellæ Sorore, relictâ, ad Naſii ditionis ſuæ opidum contendit.

X. Sub anni exitum, Meſſana Urbs Nicolai de Ceſareo perfidiâ ad Aloyſium Neapoleos Regem defecit, Blanca, & Violanta Regiæ Sorores captivæ Rhegium abducuntur. Simon Claromontanus ad Aloyſium profectus Blancæ nuptias audacter expoſcit, repulſamque paſſus, ad Blancam de Palicio Matthæi filiam olim ſibi nuptui traditam Catanæ degentem repetendam, literas Friderico Regi tranſmittit, Conradi de Aurea libertatem (Hic Regius Siciliæ Ammiratus in Meſſanenſi ſeditione fuerat interceptus) ſpondet. Palicia ſe ad mortem potius quæri, probe intelligens, neque abnuere audens, ob Simonis mortem, quam circa Martii medium ille ſubiit, ab omni metu eximitur. Interim Artalis

Anno Xpi. 1357 talis e Syracuſarum portu redux navem hoſtium milite completam capit, ac quemdam Mãfredi Claromontani Familiarem *Marranzanum* nomine Catanam abductum, tormentiſque afflictum ad prodenda ſuorum arcana compellit. Manfredus vero a morte Simonis Meſſana cum navibus frumento onuſtis ſolvens, Catanam prætervectus, ex alto cum nautis Aloyſii Regis nomine ingeminato Fridericum convitiis oneravit; ubi autem de geſtis contra Marranzanum fuit edoctus, mox ut Leontinum appulit, ulturus injuriam, aliquot Friderici Regis apud ſe captivos milites laqueo ſuſpendi juſſit.

XI. Per idem tempus Catalana navis Catanæ portum ſubiens Regem Aragonum mox in Siciliam appulſurum Friderico auxiliatum vulgavit; quod ubi Cives reſciunt ſummis lætitiæ ſignis editis, atque ignibus per noctem accenſis optimo Principi gratulantur. Mox tamen ſpe fruſtrati Aloyſii copias vicinas Catanæ regiones invadentes finibus arcere vi, atque armis enixi ſunt. Rem luculentiſſimè ex laudato Michaele Fazellus hoc pacto enarrat. (a) *Eodem ferme tempore*, menſe ſcilicet Majo, *Aloyſius ipſe Nicolaum Ceſarium Gylium Staytum, & equites mille totidemque pedites, quibus magnus ejus Mareſchallus præerat, ad Montem-albanum, oppidum circum vicina Friderici loca, dedopulatum miſit. Quo Fridericus Rex cognito Artalem Alagonam centum cum equitibus ad hoſtium iter explanandum Paternionem direxit. Putabat enim*, ut hìc ſubdit Michael (b) *hoſtes ad terram Leontini ſuos tendere greſſus. Et nihilominus univerſis Baronis fidelibus Regiis, & ſpecialiter Franciſco Vigintimillio per literas ſcripſit, ut ad terram prædi-*

(a) Dec. 2. lib. 9. cap. 6.

(b) Chr. p. 2. cap. 10.

ctam Paternionis ſe debeant omnes conferre. Hoſtes vero prædicti volentes illudere gentem Siculam, *die Jovis quarta Madii decimæ Indic. verſus caſtrum Frauchævillæ dirigunt vias ſuas, ipſumque impugnare ſatagunt juxta poſſe; & quia duram reſiſtentiam in eo inveniunt, ad terram Caſtri-Leonis diſcurrentes, ſimilia peregerunt; & recedentes ab eo loco, ad Villam Linguæ-groſſæ deviarunt, ubi nullum obſtaculum invenientes, captis bonis, & ſpoliis ipſius, ad Villam Maſcalarum ſunt progreſſi, & ſimilibus prædationibus actis ſeptimo Madii ejuſdem* Indictionis *in flumariam Terræ Jacis dictam la Rigitana, ultimo applicuerunt. Dom. Artalis prædictus præmiſſa ſciens, eodem die cum Equitibus ad eos ſe contulit, circa partes, ubi dicti hoſtes erant congregati, in quodam videlicet eminentiori loco dicto Nizeti. Quos dicti hoſtes intuentes animosè verſus eos appropinquare feſtinant. Et Dom. Artalis hoſtium dubitans multitudinem, retroceſſit, & in civitatem Cataniæ eo die fuit reverſus. Cujus diſceſſu*, proſequitur Fazellus, *prælio fruſtrati hoſtes inflammatos ad bellum animos ad Acis oppidulum applicuerunt, quod tametſi valido præſidio munitum, terreſtri, maritimaque obſidione adorti, effractis ſubinde portis expugnant, viros, quotquot reperiunt trucidant, Virgines ſtuprant, Matronas violant, bona diripiunt, arce potiuntur, & nihil ſibi ad extremas injurias reliqui faciunt. Poſt hæc vicos omnes Ætnenſes uſque ad Trium-Caſtanearum vicum invadunt, rapiniſque, & incendio fędant, ac demum ingenti hominum, rerumque omnium præda expleti ad Acim oppidum revertuntur.* Remeaſſe hoſtes inclinata jam die, refert Michael, viarumque ignaros, ut præirent, ac itineris anfractus explicarent, ex opidanis complures barbarè adegiſſe

Anno Xpi. 1357

Anno Xpi 1357 giſſe, memorat. Aſtu etiam militari ea in invaſione uſos: *In terra Jacis commorantibus hoſtibus, per publicam vocem inter eos fuit communiter derivatũ, ut in craſtinum omnes ad civitatem Cataniæ ſe conferre debeant perſonales, contra ipſam bellaturi, quapropter unuſquiſque Civis Cataniæ in oppoſitum Caſtri ſe tulit. Navem dehinc contra Urbis portum emittunt; & Nauta quidam in ſummitatem ratis prædictæ conſcendit, & cum quodam panno lineo ſignum verſus Leontinum faciebat, ac ſi ad eos aliquos venire convocaret. Qua de cauſa nullus de civitate eo die egreſſus eſt. Hoſtes vero Jacis prædicti interea arma capiunt, & more prædoneo ad vineas civitatis prædicta pervenerunt, quapropter per eas diſperguntur hinc inde circumquaque, & impoſito igne in domibus, eorum torcularibus, & aliis vineæ inſtrumentis, ipſos deſerunt, ultra nihilominus procedentes; nam eo die uſque ad contratam Trium-Caſtanearum progreſſi ſunt, omnia, quæ inibi invenerunt prædoneo more exponentes.*

XII. His auditis Fridericus Rex ab Euphemia Sorore precibus expoſtulat, ut Franciſcum Vigintimillium, alioſque Regni proceres ſua authoritate, & præſentia ad ſuppetias ferendas ſolicitet, quod naviter impletum mox dicemus. Interim vero Cataloniæ Navis quoſdam ex hoſtibus interceptos Catanæ venum expoſuit, atq: e portu ſolvens duas alias Naves in Acenſi mari in prædam egit, quas dum Catanam deveheret in hoſtium triremes incidit, declinatoque earum occurſu, ſub quadam excelſa rupe prope littus prominente ſtrenue ab illis ſeſe defendit, tandemque æſtus favore evaſit. *Hoſtes autem*, ſcribit Michael (*a*) *& præcipuè Alienigenæ ignorantes*

(*a*) *Chr. par.* 2. *cap.* 12.

rantes introitus, & exitus Cataniæ, atque ſitum, propoſuerunt inter ſe ante civitatem prædictam omnes ſe inſimul conferre, inſpecturi, ſi dictam civitatem poſſent in aliqua ſui parte aliquatenus impugnare. Comites autem, & Magnates hoſtium prædictorum cum Galeis duabus per mare ante portum ipſius civitatis applicuerunt, & intuentes eam tam per mare, quam per terram, dictam civitatem ineſpugnabilem eſtimarunt. Et eo magis Theutonici milites armigeri, qui cum dictis hoſtibus erant fere numero quadringenti, quorum penituit, eos ad dictam civitatem acceſſiſſe. Nam Rex Fridericus eo die in comitiva Dom. Artalis, & aliorum Cataníenſium in armorum exercitio valde expertorum in porta civitatis dicta Jacis, aderat perſonalis; cæteri vero pedites, & armigeri ſtabant ſupra murorum ſummitates dictos hoſtes ad prælium invitantes. Et quia talis adventus eis diſplicuit, unde venerant ſunt reverſi. Anno 1354

XIII. Jam vero facta militum recenſione, qui cum Vigintimillio aliiſque Proceribus Euphemiæ opera Catanam confluxerant, inventi ſunt Equites pluſquam mille, pedites vero ad tria millia, ut ſcribit Fazellus. At Michael *de Peditibus*, ait, *& Baliſtrariis Catanienſibus numerus non potuit explicari cum infinitus fuerit*. Moxq: inter eoſdem Proceres ob æris penuriam exortis turbis, adeout non levis ſeditio timeretur, ac cives noſtri ſeſe ad arma occulte præpararent, re comperta Artalis comparatis pecuniis, ſingulis ſtipendia exolvens pro ſua authoritate diſſidia compoſuit. *Sed in hoc apparatu,* Fazellus inquit, *hoſtium nomine per Caduceatorem bellum noſtris indicitur; quod cum Catanenſes annuiſſent pro loco pugnæ ædicula Beatæ Mariæ a*

Tur-

Digitized by Google

Anno Xpi 1357 *Turbi cognominatæ planities, dieſque prælii vigeſimus quintus Maji, ea lege ut liber eſſet ad aream utriuſque acceſſus, dictus eſt. Verum hoſtes cum forte ſe viribus inferiores viderent pugnam quidem detrectarunt, obſidionem vero Urbi & navalem, & terreſtrem intulere*. De hac Urbis noſtræ obſidione mentio penes Michaelem omnino nulla, niſi forte cum illa, cujus ſupra meminimus antequam copiæ Catanam conveniſſent, Fazellus confundat. Siculos aliunde per diem integrum ſtatuto in loco hoſtibus expectatis, ad illos ſe conferre, ut manus consererent in votis habuiſſe memorat Chronographus, atque ob diſcordiam inter Duces exortam, diſſipatis conſiliis Catanam remeaſſe ſcribit; hinc Urbis terra, marique circumdedendæ hoſtibus nullus aditus.

XIV. Septimo Kalend. Junii in quem diem ſacrum Pentecoſtes feſtum incidit, duæ Catalanorum triremes, ac una navis, quibus præerat Joannes de Procida, Catanæ portum ex inſperato ſubiere, hinc Artalis inopinato auxilio erectus, duo & ipſe navigia, quæ ad terram erant ſubducta, inſtrui ad bellum mandavit; atque ita quinque navigiorum claſſe adornata in hoſtium Naves quinque movit. Signiferam triremem Artalis inſcendens decem in ea faces accendi juſſit, ut eorum ſplendore hoſtes illuderet, majoremque claſſis numerum ſimularet; tum ad Ongiæ portum, ubi hoſtes in alto mari conſiſtebant, directo curſu, ibi circa auroram dato belli ſigno primus in eos irruit, quem cæteri non minori audacia ſequuti, magnis vocibus Aragoniam, & ſanctam Agatham iterantes, bellum intentant. Hoſtes e contra acerrime re-

pugnant, noſtros baliſtis, ac lapidibus urgent, *Anno Xpi 1357*
Siculos, & Catalanos, ipſumque Artalem vulnerant, qui repentino nec lethali ictu irritatus, primus omnium in unam eorum triremem inſcendit, ſuoſque ad idem audendum hortatus, magnam in adverſarios ſtragem edit, quorum plures, ut mortem effugerent in mare ſe dejicientes, periere. Antonius Grimaldus Januenſis & ipſe ſe præcipitem dedit, ac nando ægre tandem ad ſuos evaſit, ejus tamen triremis capta, Antoniuſque Rubeus illius Locum tenens occiſus. Capta & alia Liparenſis, cujus Præfectus Jaccus nomine ferro necatus. Tertia triremis, quæ ex Inſula venerat remorum velocitate periculum evaſit. Reliquæ duæ naves e Caſtro maris Neapolitani eductę noſtris etiam in prædam ceſſere. Milites ac Nautæ, exceptis centum, cæſi omnes, eorumque ſanguine infectum mare ruborem induit. Facta porro ab Artali prædæ ac pecuniæ diſtributione, Catalanis undecim florenorum millia contigerunt, claſſe enim hoſtili, aurum unde ſtipendia militibus erant exolvenda, vehebatur. *

XV. Hac inſigni potitus victoria Alagonius, Catanam cum claſſe reverſus, ingenti honore, ſummiſque populi acclamationibus tamquam Civitatis ſervator receptus eſt. Hoſtes vero, qui Acis Caſtrum tenebant, viſa ſuorum ſtrage, Sarcinulis collectis Meſſanam verſus inde recedunt, & in quemdam collem *Multipileri* appellatum primo tumultuarie conveniunt, mox in alveum *Regitanæ*, tandemque per Aquileæ regionem directo

---

(*) *Hujus etiam victoriæ extat monumentum in Tabulario Protonotarii ad Ann. 1357. fog. 409. Epiſtola ad Nicolaum Abbatem, quam recitat Groſſus in Decachordo chor. 5. fog. 124.*

Anno Xpi 1357 recto itinere ad Acis nemus evadunt. Hinc milites in acies tres magnus Seneſchalcus, aliique primores Duces diſponunt, & poſt ſecundam Sarcinas locant. At, *Barones, & milites Regis Friderici*, ait Michael (*a*) *in civitate Cataniæ commorantes, hoc jam præſcientes, non incontinenti ad eos appropinquare celeri curſu feſtinarunt, ſed tamquam illi, qui cum eis formidabant dimicare, moroſi in dicta civitate exiſtentes, poſt tertiarum horam ab ea egreſſi ſunt, & verſus hoſtes prædictos ſuas acies dirigunt. Guidus autem de Vigintimillio, Conradus Spataſora, & Nicolaus Lancea cum equitibus fere centum ante alios fuerunt præcurſores, qui veloci curſu dictos hoſtes viriliter inſequuntur, & dum ad eos perveniſſent, verſus ipſos animoſe inſultant, putantes reliquos noſtros eis eſſe propinquos.* Verum hoſtibus acerrime ſeſe defendentibus, dum Conradus imprudenter ſe globo immiſcet, ſtragemque edit, ipſe tandem a Theutonico milite perrupta bipennis ictu caſſide, lethaliter vulneratus, in cervicem equi dilapſus fortiter occubuit. Quo amiſſo Siculi fracti animo hoſtibus evadendi aditum dedere. Reliqui proceres quamvis ad mille circiter paſſus loco diſſiti, habito conſilio illos perſequi deſtiterunt, reverſique ſunt Catanam.

(a) Chr. p.2.c.14.

XVI. Ætnenſes porro Villici quum prope Maſchalas poſuiſſe caſtra Gallos, intellexiſſent, facto ingenti armatorum numero primam eorum aciem cui Magnus præerat Mareſchallus, exceperunt. At hi callide pretioſa quæque poſt terga relinquentes, dum ruſtici ad ſpolia colligenda vacarent, evaſere. Nec diù hac eorum pervulgata fuga e Tauromenio, Caſtroleone, Francavilla

Digitized by Google

cavilla, Calabiano, aliiſque vicinis opidis, convenientes incolæ omnes uno agmine egreſſi occupatis anguſtis, atque iniquis locis, adeo in illos vires exercuerunt, ut ſupra duo hoſtium millia eo in bello interempta ſint, plerique nobiles, ac inter eos Raymundus Balzus vir genere clarus, & Aloyſii Regis magnus Camerarius, capti, ad Arcem Franchævillæ vinculis ſint addicti. Qua in victoria tantum, & prædæ, & ſpoliorum fuit acquiſitum, ut ad mutandam villicorum omnium conditionem, ditandoſque milites ſuffecerit, quos deinceps in ſericis veſtibus, equiſque generoſis incedere, ac purpura indutos videre, non erat injucundum. (*) *Anno 1357*

XVII. Inter hæc Henricus Rubeus, qui Friderici partibus adheſerat, ad Tauromenii præfecturam, quæ Conradi Spataforæ morte vacabat, ſibi vindicandam Friderico Rege inſcio advolavit. Ad quam etiam urbem, hoſtilis cladis fama inaudita, Rex idem cum Vicaria aliiſque Proceribus, qui Catanæ erant, terreſtri itinere, Artalis vero triremibus vectus convenere; ibiq: inter eumdem Artalem, & Henricum compoſita pace, mox ut Raymundi Balzi commutatione Regias ſorores captivas ab Aloyſio repeteret, Francavillam Fridericus contendit. Sed Joannes Manciavacca Meſſanenſis opidi arcisque Præfectus, captivum Regi permittere noluit, niſi pro illius redemptione, ſi commutatio non fieret, ſex florenorum millia ſibi pollicerentur; hinc Regem arcis, & opidi menibus prohibuit, ac Vicaria, Franciſco Vigintimillio, Henrico Rubeo

(*) *In laudata Epiſtola ejuſdem cladis fit mentio, ac inter cæſos filius Comitis de Sinopoli recenſetur.*

Anno Xpi. 1357 beo, Bernardo Spatafora tantummodo admiſſis, de captivo hiſce conditionibus reddendo egit. Dum hæc autem geruntur Vigintimillius magna vi ab arce Raymundum rapuit, ac ſecum aſportavit. *Qua ratione*, inquit Fazellus, *in tam manifeſto Procerum contemptu, cum ſolo nomine Regem ageret, Friderico ſimplicis nomen acceſſit. Hac itaque injuria Rex affectus, Catanam repetiit; Artalis vero cum victrici claſſe ante Meſſanæ portum ſeſe oſtentans, cum in rebellione conſtantes cives intelligeret, in Patriam & ipſe remeavit.*

XVIII. Ineunte menſe Julio *ſcandalum*, ut verbis utar Michaelis (a) *fuit ortum, quod Dom. Artalis Regem Fridericum in civitate Cataniæ tenebat invitum, ſuumque per alia Siciliæ loca, ſicut moris eſt, Regnum diſcurrere non permittebat, quod cunctis Siciliæ Baronibus nimis grave videbatur; iſtaque de cauſa ſeditio communis inter univerſos erat exorta, quapropter poſtquam præmiſſa dicto Artali fuerunt denunciata, pro tali & tanto ſcandalo evitando, cum Rege, & Vicaria, & cum ſua comitiva a Cathaniæ civitate diſceſſit, & apud terram Gagliano cum eis celeriter fuit profectus; ad quem locum Comes Franciſcus dicti Regis præſentiam præſtolabatur. Quem Regem cum Vicaria prædicta ibidem dimiſit, & in civitatem Cataniæ fuit reverſus*. Subinde Guillelmus de Maniſcalco Meſſanenſis Tripis, & Caſtri opida, quibus Aloyſii nomine præerat, Regi Friderico prodere ſimulans, copias ab Artali expetiit, & impetravit, quas aſtu in arcem Tripis receptas vinculis mancipavit. Jam vero annonæ penuria Leontinorum Urbe laborante de componendis cum Friderico Rege belli feriis Manfredus de Claromonte cogitavit. Igitur jv. Kalen.

(a) *Chr. par. 2. cap. 18.*

Kalend. Decembris firmatis fœderibus Opida hęc ex parte Friderici illis comprehenſa a Michaele memorantur. (a) *Nobiliſſima Cataniæ civitas Regni Siciliæ Protectrix, atque Caput, tum quoque civitas Syracuſiæ, caſtrum Surtini, terra Nothi, Coſibilis caſtrum, Bucheri caſtrum, caſtrum Ferlæ, terra Aſeri, S. Philippi, Nicoſiæ, Caſtrijoannis, caſtrum Gagliani, terra Adernionis, Paternionis, caſtrum Jacis, terra Minæi, Touromenii, Calatabiani, & Caſtiglionis; Ex parte vero Manfridi pro Rege Neapolis terræ, & loca infraſcripta videlicet. Terra Leontini, caſtrum Palacioli, Raguſia cum ſuo comitatu, terra Vizzini, Calatajeronis, Platiæ, Auguſtæ, ſed Motta S. Anaſtaſiæ in numero partis utriuſque deſcripta non reperitur, pro eo quod Comes Henricus Rubeus ejus dominus fuit, & eſt utriuſque partis amicus.* Anno Xpi. 1357

(a) Chr. p.2.c.23.

XIX. Perduraſſe inducias ad xvj. Kalend. Aprilis, & tunc Artalem, qui Friderici Regis nomine eas minime firmaverat, terreſtri exercitu, juſtaque expeditione Leontinos fuiſſe aggreſſum, innuit Fazellus. Verum non ante xjv. Kalend. Maji coactis copiis Catana Artalis exceſſit, atq. juxta S. Leonardi fluvium caſtrametatus opidum circumdedit, ut Michael advertit, ac ipſe etiam Fazellus poſt pauca teſtatur. Comiti auxiliares milites ex variis Inſulæ locis adjuncti ſunt, adeout in exercitu Regio Equites ſupra mille, pedites vero præſertim Catanenſes innumeri recenſerentur. Durante obſidione maxima pars Leontinenſium fame preſſa patria excedere, atque ad vicina opida ſe recipere coacta eſt. *Manfredus vero in ea parte fluminis Cataniensis, ubi ſcorta Regis,* Acies nempe, quæ Regium iter præcedit, *debebat tranſire* 1358

Ann. Xpi 1358 *ſtre in loco nimis valloſo, & opaco atque condenſo, ſuorum militum ſtruxit latibula, ut in ipſam irruentes gentem interciperent, ac deprędarent. Sed hæc tamen evanuit, quoniam innotuit iis, qui erant in civitate.... Quodam vero die, qui fuit ultimus obſidionis, dum Artalis prædictus cum Catanenſi caterva militum, peditumque damnificare ſegetes ex altera parte Leontini exiſtentes, verſus Eccleſiam S. Mariæ de Roccadia perrexiſſet, Vexillum Domini Orlandi præferendo, ſuo in obſidione dimiſſo, modicam gentem oſtendens ſecum adeſſe; Manfredus vero intuens hoſtes ab eorum obſidione tam eſſe elongatos, propoſuit in eos irruere; quare veloci curſu fuit eis propinquus, in tantum quod per ſagittæ ſignũ ejus adventus poterat indicari; gens vero prædicta ipſi obviã intrepida adſtitit, quapropter ab ea parte formidoloſus diſceſſit, & ad invadendum gentes obſidionis ſuas vires convertit.* Et primo quidem impetu aliquot Regii exercitus milites imparatos fudit, oveſque prope flumen in prædam egit; mox tamen viſo Artalis vexillo, ejus copiæ in fugam verſæ, ſeſe intra mœnia receperunt. Hæc Michael. (a)

XX. Poſtero die v. Idus Maji obſidione ſoluta Artalis, & Orlandus cum aliquot copiis Mænas contendunt. *Cives vero Catanienſes, qui in hujuſmodi cauſa gratiosè ſervierant, in civitatem prædictam reverſi ſunt, cum quibus Mares Leontinenſes, & Mulieres cum filiis nondum e pectore ablactatis in maximo numero devenerunt.* Exinde Artalis Calatajerone, & Platia, aliiſq; opidis in fidem receptis, Catanam, & ipſe viij. Kalendas Junii ſe recepit. Interea Joanne de Luna Catanenſi Pontifice defuncto Martialem Cœnobii S. Agathæ monachum communi voto

(a) Chr. par. 2. cap. 25.

Canonici

Digitized by Google

Canonici elegerant, qui ab Innocentio VI. Romano Pont. xij. Kalendas Martii confirmatus, mox Nuncius Apoſtolicus ejuſdem Pontificis decreto per inſulam univerſam deſignatur, quod quidem munus ille integerrimæ vitæ exemplo, ac ſumma prudentiæ laude diù obivit. Idem S. Nicolai de Arena Cœnobium, illudque S. Mariæ de Licodia, dudum a Rogerio Epiſcopo unita, cum de Abbatiæ titulo illorum Monachi contenderent, conciliare ſatagens, ut exinde utriuſque Abbas *Licodiæ* ac *de Arena* nomenclatura uteretur, peculiari diplomate perſcripſit. *Anno Xpi. 1358*

XXI. Menſe Junio Artalis educto exercitu cõtra Bidenum movet, ac quum fruſtra, Bidenenſibus fortiter opidum tuentibus, illud oppugnaſſet, incenſo eorum agro, ac regione vaſtata Nethum contendit, mox ad Abulam obſidendam cum Aragonio ſe contulit. Eodem ferme tempore Gilius Staytus navigio militibus inſtructo Auguſtam appulit, inde Leontinos Claromontanis auxiliatum contendit; cognitâque Artalis ex Urbe noſtra abſentiâ, vires ſuas cum Manfredo conjungit, Catanam uterque ſimul v. Kalend. Auguſti petunt, oramque Urbis occiduam adoriuntur. *Erant*, ſcribit laudatus Chronographus (*a*) *Milites ultra numero quadringenti, una quorum militum acies in prædis obtinendis ſe commiſit, altera verò acies, ubi Manfridus de Claromonte perſonaliter adſtabat, cum fortiori numero militum in quodam viridario dicto Machelda ſe ſtatuit, latitando; reliqui vero curſores diſperguntur hinc inde per devia, plana, atque indirecta, & aſpera montium ſaxoſa cacumina, greges ovium, pecorumque, ac boum armenta ad propria loca accu-*

(a) Chr. par. 2. cap. 28.

Anno Xpi 1358 *accubantes voraci prædæ totaliter exponentes. Vulgus interim totus ad mœnia civitatis ſe contulit animoſus videns ſua animalia deprædari. Quid ultra? Hoſtes prædicti uſque ad civitatis muros diſcurrunt; nam erant cum eis ſagittaria multa gens, quæ eques diſcurrendo de civibus prædictis non modicos ſauciarunt, alios ad ultimum vitæ exterminium inducendo.* His geſtis Leontinos revertuntur, arcemq; ære publico conſtructam in regione, quam Bicocam appellant, ac turrim prope Symethi fluvium olim fundatam hoſtiliter invadentes diripiunt.

XXII. Redux Artalis Octobris initio ſumma lætitia a noſtris excipitur. Mox *ſuam Cathaniæ patriam ſatagens ab omni hoſtium incurſione liberare, extra civitatem per ſpatium milliariorum duorum in circuitu, in eadem parte, ubi dicta civitas proſpectum habet verſus Leontinum, incipiendo a quodam ſtagno vocato,* lu Purchili grandi, *foſſatus ad Catanienſium expenſas fodere mandavit. Nam quælibet domus menſe quolibet granos decem ſolvere tenebatur, ex cujus pecuniæ recollectione dictum opus inceptum extitit.. Nam D. Artalis prædictus cum ſua equeſtri comitiva, quotide cum foſſoribus aderat principalis, ne forte Leontinenſium hoſtes, fodentes ibi aliquatenus impedirent. Deinde quamdam turrim in cacumine cujuſdam montis vocati communiter,* la ſerra di lu Cardillu, *quæ reſpicit verſus Mottam ſanctæ Anaſtaſiæ a civitate Cathaniæ per milliaria tria diſtantem, de novo conſtrui fecit, in qua poſitis ibi ſervientibus, certum ſignum Civitati inferebant, ſi aliqui hoſtes inibi apparerent.* Hæc porro turris eodem menſe imbrium impetu nimborumque violentia quum recens eſſet, ac lutea,

Digitized by Google

uno e cuſtodibus oppreſſis, præceps abiit. *Anno* 1358

XXIII. Subinde a Rege Friderico Policium per litteras evocatur, ut inducias cum Claromontanis, aliiſque Proceribus ſtatuendas ſuo etiam voto atque authoritate firmaret. Igitur ſub ejuſdem Octobris exitum publico edicto fœdera ad menſes aliquot Catanæ pervulgantur. Verum Mænenſium quorumdam opera, atque aliorum ſcelere, qui in Bidenſes agros hoſtiliter irrupere, ac Manfredi Claromontani odio, qui injuriam ulturus Syracuſanos fines vaſtavit, ruptis belli feriis Artalis in Patriam ſe recepit.

XXIV. Menſe Februario allabente pedites 1359 quidam Catanenſes, quos *Jumentarios* vocabant, ad hoſtium agros vaſtandos egreſſi, quum in prędones Leontinenſes incidiſſent, inita cum iis ſocietate, *conſiderantes quod feſtum Divæ, Beatæque Agathæ eorum Concivis proximis illis diebus adeſſet; ubi homines diverſi accedere aſſueti devotionis cauſa perſonales ſe debebant conferre, ad eos deprædandos more hoſtili ſe dederunt*; rapiniſque, ac cędibus diu graſſati, tandem deprehenſi ultimo ſupplicio Catanæ afficiuntur. Nec diu poſt jx. Kalend. Martii Euphemia Regni Vicaria lethali morbo correpta apud Cephaledium vita exceſſit.

XXV. Jam vero Artalis copias contra Leontinum comparat, eòque vij. Idus Aprilis cum exercitu contendit, nec longe a mœnibus juxta ſancti Leonardi flumen caſtrametatur, agriſque, ſegetibus, ac vineis incenſis opidum ad extremam uſque annonæ caritatem redigit. At Manfredus Neapoli redux, ut hæc audivit Meſſanâ cum navibus milite inſtructis ſolvens, Auguſtam primo, mox Leontinos venit, opido-

que

Digitized by Google

Anno Xpi 1359 que jam labenti ſuccurrit. Hinc Artalis deſperata expugnatione v. Kalend. Maji Catanam rediit; proximoque menſe ad montem Albanum ſibi vindicandum duxit, quo ex deditione accepto Nonis Maji in Patriam delatus, paucis elapſis diebus ad Militelli caſtrum ex univerſa Nethi valle milites cogit, eoſque contra Bidenum admovet. Quod ut Manfredus advertit ad id opidum delatus, inducias ab Artali ſummis precibus expoſcit, ac impetrat. His vero male uſus Friderico de Claromonte in Mazariæ valle cum exercitu Regio depugnanti ſuppetias miſit. Hinc indignatus Artalis nedum Bidenenſes agros, ſed & Motycæ Comitatus ſegetes fœdavit, receptiſque Buxemo, & Palatiolo vallis Nethi opidis prope Junii menſis finem Urbem noſtram repetiit.

XXVI. Martialis interim Catanenſis Pontifex *jura Eccleſiæ ſuæ in Calataxibettæ opido ab Regiis Capellanis uſurpata Cameralibus ſanctionibus, quas Proceſſus Fulminatos appellant obtentis*, vindicanda curavit, ut Pirrus, & Groſſus habent. (*a*) Decimo nono Kalend. Septembris Comes Henricus Rubeus, qui cum Artali inimicitias exercuerat Catanam venit, eique obviam Artalis, ac Populus proceſſit extra mœnia; hinc ad arcem Urſinam ſummo cum gaudio deductus, convivio ab Alagona cum ſuis excipitur; ac per Urbem publice ſimul obequitantes fœdera firmant. Proxima die Rubeus ad ſuum Mottæ Caſtrum regreditur, Artalis vero ad Leontinorum expugnationem denuo ſe comparat. Collecto itaque exercitu, coactiſque vicinis Proceribus in Opidi ejuſdem agros incurſiones facit, ſegetes, vineta, arbores, olivaria ferro atque in-

(*a*) *Not. Eccleſ. Catanenſ.*

cendio

cendio abſumit, Opidanoſque complures patriam deſerere inque Urbem noſtram commigrare compellit. *Anno* 1359

XXVII. Manfredus Claromontanus inter hæc Meſſanam frumentatum profectus, quum ibi navem tritico onuſtam ab Aloyſio Rege tranſmiſſam comperiſſet, eamdem Auguſtam dirigit, ut inde Leontinis annonæ penuria laborantibus ſuccurreretur; quod ubi Artalis agnovit ſtatim Auguſtam terreſtribus copiis, navigiiſque Catanenſibus, & Syracuſanis obſeſſam, tandem cepit, inceditque. Leontinos reverſus quorumdam militum opera in opidum irrumpit, arce v. Kalend. Januarii potitur Manfredique uxorem, filios, atque opes Catanam ſub fida cuſtodia tranſmittit. Leontinenſi inaudita expugnatione 1360
Syclis opidum Friderico Regi ſe ſubdit; tum Terranova Artalis auxilio invocato deditionem facit. Hinc tot victoriis Alagonius auctus Catanam magno militum numero, ac nobilium caterva comitatus redit, quem Cives floribus, ſertiſque redimiti maximo cum honore ad arcem deducunt.

XXVIII. Subinde Proceres de Rege in matrimonium collocando conſilium ineunt, atque Orlandum Aragonium ad Petrum Aragoniæ Regem, ut Conſtantiam ejus filiam expoſcat, in Sardiniam dirigunt. Franciſcus vero Vigintimillius ducis Duratii filiam Friderico deſpondendam exoptabat; quod ubi Artalis audivit, re cum ſuis communicata ad Franciſcum tunc Agyrii degentem ſe contulit, ut liberum Regem dimitteret, audacter petiit. Ille multa cauſari, fidemque ſuam Artali, & ſociis conteſtari cępit, tandemque Regem, Catanam, proximo S. Agathæ feſto die, *ubi major pars Siculorum gentium erit congregata*, ſe deducturum, jurejurando promiſit. 1361

CAPUT

CAPUT SEPTIMUM

C A T A N A

SUB ARAGONENSIBUS

AB ANNO MCCCLXII, AD MCCCXCII.

I.

Anno Xpi 1362

Quum diu & incaſſum Regem Catanæ expectaſſent Proceres,ſeſe tandem Vigintimillii artibus deluſos agnoverunt ; Hic porro ut rebus ſuis proſpiceret Claromontanos ſibi conciliavit , quod Artali gratiſſimum accidit , turbas compeſcere ſatagenti . Interim Orlandus Aragonius Regiam Sponſam Drepanum deduxerat, quæ ſuos ad Fridericum Legatos tranſmiſit. Vigintimillius verò Regem ab hujusmodi nuptiis ut averteret , Conſtantiæ aſpectu abſtinere ſuaſerat, at quin ejuſdem Legatos admitteret, aſſequi nequicquam potuit ; Horum operâ Rex tandem reſipiſcens, ut Catanam enavigaret per eosdem Reginæ ſignificavit , atque e Vigintimillii manibus elapſus Miſtrettam & ipſe ſe recepit. Subinde Artalis a Friderico miſſus magna militum manu apud Saccam Conſtantiam convenit, moxque terreſtri itinere pridie Kalend. Martii Paternionem, ac Menas tandem ſecuto die illam deduxit . Eò Rex etiam cum Proceribus venit , celebratisque nuptiis, quibus Martialis noſter benedixit, Catanam verſus iter cum Regina Conjuge inſtituit .

II. Regio more Regales ſponſos III. Nonas Martii Catanenſes floribus redimiti extra urbis mœnia effuſi excepere, *ac per dies octo*, ut Michael ſcribit, (a) *Coronationis, & deſponſationis*

(a) *Chr. p. 2. cap. 6.*

continuos ad nihil aliud niſi ad tripudia incubuerunt; de qua feſtivitate nimium grata remanſit Regina, multa illis concedens privilegia, & fideliſſimos, ac omnium nobiliores vocando, exemptos illos fecit per omnes Siciliæ Regni partes a tandis, & oneribus, diſtintè eos remunerans ab aliis, & magnopere excitavit animos Catanienſium, ut ad majora tripudia, ac ſolatia vacarent. De hoc Conſtantiæ privilegio paullo infra dicemus. Publicas deinde nuptiarum pompas Procerum omnium interventu Rex celebrare geſtiens eos ad ſe Catanam vocavit. Franciſcus tamen Vigintimillius & Fridericus de Claromonte, cum ſuis res diverſas cauſati adeſſe noluerunt. Quin opida ſuæ cujusque ditionis, ac ſi bellum inſtaret, validiſſimè munienda curarunt. *Die igitur Mercurii* xv. *Aprilis*, proſequitur Michael, (*a*) *Nu-*
Il ..63. *ptiæ dictæ in majori Catanienſi Eccleſia fuerunt celebratæ. In quibus Barones quamplures extiterunt perſonales, exceptis Franciſco Comite, & Friderico de Claromonte milite cum eorum ſequacibus, qui ad dictam feſtivitatem nullatenus acceſſerunt; in quibus Catanienſes cives tam mares, quam fæminæ hilariter per dies octo continuos ad nihil aliud niſi ad cantilenas, & tripudia vacaverunt.* Suorum porro civium fidem quum dignis vellet rependere muneribus, Fridericus ampliſſimum Privilegium, quo & egregia Catanenſium facinora recenſet, & ab omni onere *Doganæ*, ut ajunt, per Inſulam univerſam eos liberos voluit, expediri mandavit.. En illud:

III „ Fridericus Dei gratia Rex Siciliæ,
„ ac Athenarum, & Neopatriæ Dux. Si præſi-
„ dentiam ſedentis in ſolio decet ſuis fidelibus be-
„ nemeritis eſſe munificam, illos maximè tene-

tur

Anno Xti 1362.

Anno Xpi 1352. „ tur amplis inſignire muneribus, & honorum „ radiis illuſtrare, quos pro conſervatione fidei „ eſt experta, anguſtias obſidionis, hoſtiles inſultus, inediam aſperam, facultatum & perſonarum diſcrimina gravia pertuliſſe, aliisque ſpeculum extitiſſe conſtantiæ inter actus humanos laudis præconii non expertis, & demum „ quaſi reliquis titubantibus, in præſervatione naturalis Domini roboraſſe immutabilem fidelitatis continuæ firmitatem. Præſentis itaque privilegii ſerie notum fieri volumus univerſis tam „ præſentibus, quàm futuris, quod attendentes „ puram fidem, & devotionem ſinceram, quam „ Catanienſes cives univerſaliter ſinguli, & ſingulariter univerſi erga glorioſos Principes Dominos Progenitores noſtros Reges ſemper geſſerunt grataque ſatis & accepta ſervitia, quæ „ tam dictis Progenitoribus noſtris, dum vitæ „ commodis fungerētur, quam notabiliter Illuſtri „ Principi Domino Regi Ludovico bonæ memoriæ chariſſimo fratri noſtro; & poſt ipſius Domini Fratris noſtri obitum Excellentiæ noſtræ „ ſinceris affectibus contulerunt, dum Nobis in „ terminis pubertatis labentibus, commotis, in Regno noſtro, agente Rebellium noſtrorum perfidia, atrocibus guerrarum turbinibus; & nonnullis civitatibus, & Terris noſtri Regiminis, „ ob ipſorum tractatus Rebellium, deſerentibus „ fidem noſtram ſeque tradentibus jugo tyrannico antiqui noſtri hoſtis Regis Neapolis; ob „ quod hoſtis ipſe ſuperbam ſumens audaciam, „ cum ſuo potenti marino, & militari exercitu Meſſanam civitatem, nonnullorum nefariorum doloſis machinationibus ſibi proditoriè traditam, occupavit, ſuoque pravo ſubmiſit imperio.

„ perio. Nitens deinde dictam Cataniæ civitatem ſuæ ditioni ſubigere, & per conſequens reliquas noſtri Regni; Catanienſes ipſi fervore fidei noſtrę accenſi, Perſonam noſtram, contra quam inſidias hoſtis ipſe paraverat in terra, & maritima Jacii Caſtrorum, & claſſis propterea obſidione firmata, tum ipſorum (Deo propitiante) repulſa fideliter defendiſſent, noſtroque dominio paterno præſervaſſent; perſeverantes de bono in melius in noſtræ fidei claritate, quam præſtant ad præſens, & præſtare in antea poterunt, dante Domino, meliora; necnon perſonarum, bonorum, & rerum eorum jacturas incurſas, ac victus penuriam atque damna, quæ ante, & infra prædictum ejusdem noſtri hoſtis acceſſum tam a rebellibus, quam ab hoſtibus diverſimode ſunt perpeſſi. Volentes eos velut benemeritos, & condignos inter cæteros dicti Regni noſtri fideles honorum, & beneficiorum digne compendiis reſplendere; cum nihil tam Regium cenſeatur, quam felices facere ſubditos, & gratioſis muneribus ampliare. Attendentes etiam quod Regna beneficiorum largitionibus gubernantur, ac conſervantur, quum generoſo Principi pretioſiora ſunt præconia quam tributa. Eisdem Catanienſibus tamquam benemeritis, & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus ex hinc in antea in perpetuum ſubſcriptas immunitates, libertates, & gratias, conſulta deliberatione pręhabita, certa noſtra ſcientia, liberalitate mera, & gratia ſpeciali, benigne duximus concedendas. *Anno Xpi 1362*

IV. „ Videlicet, quod dicti Catanienſes hæredes, & ſucceſſores eorum, ex nunc in antea

Anno Xpi 1362. „ tea, & in perpetuum ſint, & eſſe debeant per
„ Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros exempti,
„ liberi totaliter, & immunes a ſolutione Juris, ſeu
„ diriɗtus Dohanæ, necnon Anchoragii, & Falan-
„ gagii ſpeɗtantis ad officium Secretiæ, & Pro-
„ curationis Siciliæ per totum Regnum noſtrum,
„ in Civitatibus ſcilicet, & Terris tam noſtri
„ Demanii, quam Sereniſſimæ Dominæ Conſtan-
„ tiæ Reginæ, & Duciſſæ Regni, & Ducatu-
„ um prædiɗtorum, chariſſimæ Conſortis noſtræ;
„ ipſa Regina præſente, volente, acceptante, &
„ expreſsè conſentiente; ac etiam in omnibus
„ aliis Civitatibus, Terris, & locis, quæ quoque
„ modo in futurum noſtræ ſubjici contigerit Ma-
„ jeſtati, & noſtro Dominio Deo favente ſub-
„ mitti, pro rebus, & mercibus eorum, per eos
„ immittendis in Civitates, & Terras easdem,
„ vendendis ibidem, emendis, & ab inde extra-
„ hendis tam per mare, quam per terram, &
„ pro navibns, & vaſſellis eorum, in quibus-
„ cumque Portubus, & Maritimis diɗti Regni no-
„ ſtri declinantibus, nullum proinde diriɗtum
„ ratione diɗtæ Dohanæ aliqualiter perſolvendo;
„ exceptis juribus exituræ, & tareni Dohanæ
„ maris, & aliorum diriɗtuum contingentium
„ noſtram Curiam pro extraɗtionibus viɗtualium,
„ & leguminum de Siciliæ Portubus extrahen-
„ dorum, et ferendorum extra Regnum, vel
„ extra Siciliam, quæ a præſenti conceſſione no-
„ ſtra totaliter excludi volumus, & jubemus. Se-
„ cretis, & Magiſtris Procuratoribus Siciliæ, ac
„ Gabellotis, vel Exercitoribus prædiɗtæ Doha-
„ næ noſtræ Curiæ diɗtarum Civitatum, & ter-
„ rarum, tam diɗti noſtri Demanii, quàm prædi-
„ ɗtæ Reginæ præſentibus, & futuris, fidelibus

Digitized by Google

„ noſtris præſentis Privilegii tenore mandantes Anno Xpi
„ expreſsè, quod prędictos Catanenſes, prædictas 1362.
„ res, & merces eorum in prædictas Civitates,
„ & Terras immittere, ibidem vendere, & emere, & abinde extrahere, ac prædictas naves,
„ & vaſſella declinare, & ancoras figere libere, & ſine alicujus ſolutione dirictus contingentis dictæ dohanæ, omnino permittant, ut
„ ſupra; ipſosque & ipſorum aliquos contra formam præſentis noſtræ conceſſionis, & gratiæ
„ nullatenus impetant, ſeu moleſtent, aut moleſtari, vel impeti patiantur.

V. „ Præterea conſiderantes, quod per acceſſus mercatorum, & aliarum perſonarum cum
„ earum navibus, & vaſſellis, ac rebus, & mercibus de diverſis mundi partibus ad civitatem
„ prædictam, & ipſorum frequentationes aſſiduas,
„ & negotiationes ibidē, civitas ipſa manifeſtæ meliorationis, & beneficiorum augmenta dignoſcitur ſuſceptura, quod equidem per aperturam
„ ſui Portus, ſeù Maritimæ argumentis probabilibus æſtimatur, ad uberiorem cumulum gratiarum, quarum collatio exigentibus ipſorum Catanenſium meritis cedit gratiſſima votis noſtris,
„ prædictum Portum, ſeù Maritimam civitatis prędictæ hactenus, ut aſſerebatur ad extractionem
„ victualium, & leguminum extra Siciliam ferendorum prohibitum, Munificentiæ noſtræ gratia,
„ aperimus; ipſumque ad prædictam extractionem
„ victualium, & leguminum extra Regnum, vel
„ extra Siciliam ferendorum, ſub ſolutionibus tamen jurium Curiam noſtram contingentium, eidem Curiæ propterea ſolvendorum, habilem facimus, & capacem; aliiſque Portubus, & Maritimis licitis, & permiſſis, & ad extractionem hu-

Anno Xpi 1362.

,, hujusmodi habilibus deputatis per Curiam ag-
,, gregamus. Magiſtris Portulanis Siciliæ, tam pręſentibus, quàm futuris fidelibus noſtris, qui de dicto Portu ſeu Maritima civitatis ejuſdem, ſicut de aliis Portubus, & Maritimis licitis, & permiſſis, & ad extractionem prædictam per eãdem Curiam hactenus deputatis, per quoſcumque mercatores, & perſonas alias, & cum quibuſcumque navibus, & vaſſellis ſub ſolutione tamen jurium prædictorum victualia, & legumina abinde extrahi extra Regnum, vel extra Siciliam, ſicut præſcribitur deferenda, pacificè, & ſine contradictione aliqua, ſtatuant, & permittant, expreſsè per præſens Privilegium injungentes. Quibuſcumque Capitulis, vel Privilegiis, Ordinationibus, vel obſervantiis ab olim forte per Nos, & Prædeceſſores noſtros factis, de non permittendo extrahi de dicto Portu, ſeu de dicta Maritima victualia, & legumina extra Siciliam deferenda; præcipuè pro munitione tunc civitatis Meſſanæ; dum ſub fidei noſtræ gubernaculis conſiſtebat, præſenti noſtræ conceſſioni fortè contrariis; quibus de expreſſa noſtra ſcientia expreſsè derogamus, ad hæc minime obſtituris.

VI Denique, quæ inter cætera, quæ augmentum Urbium, & Incolarum reſpiciunt, & ornatum, ipſorum Incolarum promotio ad officia, & beneficia, ac honores a principali judicio dependentes cenſetur non immerito ſingularis. Volentes Catanienſes prædictos, quos propter illibata eorum obſequia inter cunctos noſtros fideles, & ſubditos benevolentia gratioſa proſequimur, collationibus beneficiorum, officiorum, etiam & honorum Regni, atque hoſpi-

„ ſpitiis noſtrorum, magnæque noſtræ Curiæ de- *Anno Xpi 1362.*
„ corare; de innata Nobis clementia promittimus,
„ volumus, & jubemus Catanienſes ipſos, & ſin-
„ gulos eorumdem, juxta conditionem, gradum,
„ & merita uniuscujusque, in omnibus, & ſingu-
„ lis Regni, & Hoſpitii noſtrorum officiis, bene-
„ ficiis, & honoribus, videlicet Nobiles, atque
„ Milites in majoribus, Mediocres, & alios in cæ-
„ teris, nulla habita exceptione perſonarum, &
„ loci alterius cujuscumque, ex tunc in antea
„ in perpetuum participes facere, & etiam con-
„ curſuros. Promittentes, & mandantes expreſ-
„ sè ex nunc prout ex tunc, nulla exceptione,
„ prout deſcribitur alterius loci, ſive perſonæ
„ habenda, quoties caſus hujusmodi collationis
„ evenerit, alios, cujuscumqne civitatis vel na-
„ tionis exiſtant, nullatenus Catanienſibus ipſis
„ præponere, nec eos illis ſubdere, ſed ipſos Ca-
„ tanienſes, prout cujusque ipſorum conditio e-
„ xegerit, in officiis, beneficiis, & honoribus ipſis
„ gratanter recipere, & cum prædictis aliis con-
„ currere facere, pari gradu. Volentes etiam, ac
„ mandantes, quod in Conſiſtorio dictæ noſtræ Ma-
„ gnæ Curiæ & Juriſtis civitatis ipſius Judices,
„ & Advocati admittantur, ordinentur, & adſint
„ per Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros omni
„ futuro tempore. In iis tamen honoribus, offi-
„ ciis, & beneficiis omnibus ipſorum Civium O-
„ riginariorum prærogativa ſervata, videlicet, quod
„ in dicta civitate orti, & nati, cæteris aliis quo-
„ que modo factis civibus præferantur. In cu-
„ jus rei teſtimonium, certitudinem, & caute-
„ lam præſens Privilegium exinde fieri, & Maje-
„ ſtatis noſtræ ſigillo pendenti, parvo ſcilicet, de-
„ fectu magni caſualiter amiſſi, juſſimus commu-
niri.

Digitized by Google

Anno Xpi 1362. „ niri. Datum Cataniæ per nobil. Henricum Rubeum de Meſſana Comitem Aydonis, & Regni Siciliæ Cancellarium Anno Dominicæ Incarnat: 1362. xi. Aprilis 15. Indict.

VII. Conjugis exemplo Conſtantia Regina paucis poſt menſibus, ſuum et ipſa diploma ſignari ſub hac forma præcepit.

„ Conſtantia Dei gratia Regina Siciliæ, ac Athenarum, & Neopatriæ Duciſſa. Ad ſingulos Nobis „ fideliter obſequentes jure tenemur, munificentiæ „ manus extendere; ſed potiùs inducimur, & ſtrictiùs obligamur illos dignis proſequi elargitionibus gratiarum, qui pro fidelitate Regia, noſtraque „ ſervanda, perſonarum pericula, rerum etiam, & „ bonorum damna, labores, et expenſas multiplices læto, et conſtanti animo diverſimode ſubierunt. Præſentis itaque Privilegii ſerie notum „ fieri volumus univerſis, tam præſentibus, quàm „ futuris, quòd attendentes puram fidem, & devotionem ſinceram, quam Catanienſes cives univerſaliter univerſi, et ſingulariter ſinguli erga glorioſos Principes Regales Prædeceſſores „ noſtros ſemper geſſerunt, grataque ſervitia ſatis accepta, quæ tam dictis Prædeceſſoribus noſtris Regalibus, dum vitæ commodis fungerentur, quàm notabiliter Sereniſſimo Principi, et „ Domino Regi Friderico Regni, et Ducatuum „ prædictorum Regi, & Duci, cariſſimo viro, et „ Domino noſtro; dum ipſe in terminis pubertatis labentibus exiſteret. Proſequitur hìc iiſdem ferme verbis, quibus Friderici Privilegium mox recitatum compingitur; immunesque a ſolutione juris, „ dohanæ, anchoragii, et ſalangagii „ in omnibus civitatibus, locis, et terris ad Reginalem cameram ſpectantibus (noſtros decla-

rans, concludit.) „ Propter quod, tam ad ipſius „ univerſitatis, quàm omnium ſingulorum civium „ Civitatis ejusdem cautelam, quàm etiam noſtræ „ Curiæ certitudinem, et informationem, præſens „ Privilegium eis exinde fieri fecimus, et ſigillo „ noſtræ Majeſtatis pendente juſſimus communiri. „ Datum Cataniæ Anno Domi. Incarn. 1362. men- „ ſe Septembris die primo ejusdem primæ Indic. Anno Xpi 1362.

VIII. Dum hæc agerentur Henricus Rubeus Meſſanam dura obſidione cingit; cives verò ad fraudes converſi deditionem pollicentur, eaque de cauſſa Artalem ad ſe evocant. Hic, qui apud Regem Catanæ verſabatur, Triremes, quæ Reginam Conſtantiam è Sardinia in Siciliam vexerant, milite inſtructos è portu educit, Meſſanam navigat. At ubi è conſpectu urbis claſſem habent Meſſanenſes, miſſilibus, ac lapidibus Artalem ſalutantes fœdè repellunt. Comes injuriam ulturus, Liparas, quæ Aloyſio Regi parebant, aggreditur, opidanos ad deditionem hortatur, quum nullimode poſſet flectere, expoſito in terram claſſario milite, Inſulæ ſegetes ac vineta populatur, injectoque igne comburit, ac præda ingenti inde abducta, Catanam remeavit. Menſe Julio ejusdem Rubei opera Vigintimillii, et Claromontani in Regis gratiam Catanæ recipiuntur, atque Idibus allabentibus fœdera firmantur. Nec diu menſe Septembri, magno Procerum numero, ac militaribus copiis inſtructus Fridericus Catanâ ſolvens, Panormum, ad Regni coronam capeſſendam, ut pacis legibus ſancitum, iter inſtituit; cui tamen Franciſcus Vigintimillius contra præſtitam fidem prope Ennam ſeſe oppoſuit, Rex itaque Catanam redire cogitur.

IX. Anno MCCCLXIII mortuo Aloyſio Nea- 1363.

polcos

Anno Xpi. 1363. poleos Rege, Joanna Filia hærede relicta, Siculi penè omnes Friderico adhęrent, atque Artalis opera Manfridus, et Fridericus Claromontani Regi conciliantur, Meſſana ac reliquæ Urbes in ejusdem poteſtatem veniunt; Pax demum, et publica tranquillitas univerſæ Inſulæ redditur. Pacis gaudia Reginæ partus cumulavit, quæ menſe Julio Filiam Regi peperit. Infanti Mariæ nomen impoſitum, quam Artalis a ſacro fonte levavit, Martialis verò Epiſçopus luſtrali aqua abluit. Verū brevì, tertio nempe a partu die, e vivis Conſtantia excedente, in luctum lætitia commutatur. Reginæ corpus in Catanenſi majori templo tumulatum, hac dehinc Epigraphe inſculpta:

D. O. M. Conſtantia Petri IV. *Aragonum Regis Filia, ac Friderici* III. *Uxor Catanæ obiit anno ſalutis* MCCCLXIII.

Eamdem porro Baſilicam variis donis locupletaſſe Conſtantiam, quum adhuc viveret, ac Sacerdotio decoraſſe, quod etiamnum *Reginæ beneficium* appellatur, ſacris denique vaſis, veſtibusque, ac aulæis exornaſſe, teſtatur Groſſus (*a*).

X. Per idem tempus Regii Cancellarii munere Martialem Pontificem ab Friderico cohoneſtatum ex libris Cancellariæ eruit Pirrus, ac pecuniæ colligendæ ad belli ſuppetias ab Eccleſia-
1364. ſtico cętu præpoſitum ſcribit. Proximo anno Fridericus Rex, Artale Alagona, aliisque Inſulę Proceribus comitatus, triumphali cultu Meſſanam ingreſſus, turbas, quæ diù tamdem Urbem vexarant, compoſuit. Mox initam inter Joannam Neapolis Reginam, noſtrumq; Fridericum, Gregorii XI. opera, fuiſſe pacem, Maurolycus teſtatur; Sed in annum MCCCLXXII. hanc rectiùs rejiciunt alii. Gregorius enim per hæc tempora nondum fuerat

(*a*) *Decac. Catan. Chor. 7. §. 12.*

rat ad Romanam aſſumptus cathedram. Agitabatur quidem inter eosdem Principes, id temporis, fœdus, et Margarita Joannæ Reginæ neptis Regi deſponſata, veluti pacis obſes fuerat. At quum Regina illud fœderibus inſeri præcepiſſet: *Ut Meſſana Civitas cum diſtrictu, & pertinentiis ſibi reſtitueretur*, ob hanc adjectam conditionem, contra ac fuerat conventum, reſpuit illa Fridericus, qua etiam occaſione Sponſalia ſunt diſſoluta. *Anno Xpi* 1365

XI. Inter hæc Martialis S. Agathæ Eccleſiam, quam Veterem appellant, in Prioratum inſtituit, auctamque latifundiis, numero Monachorum ad ſacra obeunda munia præfinito, Cathedralis Templi Canonicis ſubdidit. Habes hujus inſtitutionis diploma integrum penes Groſſum in decachordo (*a*) Idem VI. Kalendas Novembris *F. Joanni Cajetano de Catana Ordinis S. Benedicti Epiſcopo Stabienſi facultatem fecit Benedictionis munus impertiendi Sor. Catharinæ de Barlione Monaſterii S. Benedicti Catanæ Abbatiſſæ*. Joannem hunc Cœnobii S. Agathæ Alumnum nonnulli faciunt, alii in S. Nicolai de Arena regularem vitam profeſſum tradunt. Verum utriuſque Monaſterii Monachi tunc temporis ſub una eademque Regula viventes, communes etiam habuere Domos. Tunc Alberto de Rocca Abbati Maniacenſi, ac Martialis Vicario injunctum a Guillelmo Montis Regalis Pontifice uti *Metropolita*, munus exigendi *triennalem Decimam* ad Sedem Apoſtolicam ſpectantem, tradit Lellus, et ex eo Pirrus. At Lellum erroris arguit hic noſter Groſſus. 1366 1367

(*a*) *Chord. 2. Mod. 3.*

XII Sequenti anno Artalis Alagonius in edito colle extra Catanæ mœnia ad occaſum, ubi Templum Beatæ Virgini ſacrum ſub Novæ lucis titulo olim conſtructum, magna adhuc Catanen- 1368

ſis

Digitized by Google

Anno Xpi 1368 ſis populi religione colebatur, Carthuſienſis Ordinis Cœnobium fundavit, decenti dote ac bonis auxit, Fratremque Ambroſium de Fonte ex eodem ordine primum Novælucis *Priorem* conſtitutum in ædium, quas excitaverat, ac Templi poſſeſſionem immiſit. Præerat Carthuſienſibus Guillelmus S. Stephani Prior, qui Joannem de Salerno S. Martini prope Neapolim, & Bartholomæum Manaſi Januæ Paradiſi Priores Catanam ablegaverat, ut ſitus, ædificiorum, ac proventuum, cauſſas rationesque expenderent; Qui quum Ordinis inſtitutis omnia adamuſſim reſpondere advertiſſent, inita cum Artali conventione Monachos XIV, Commiſſos XVI, famulos denique VII, omnes num. XXXVII. ad regularia munia obeunda in Monaſterii clauſtris ſtatuerunt. Artalis porro nedum cenſibus Cœnobium inſtruxit, librisque, ac ſacra; & domeſtica ſupellectile ornavit, ſed ut firma hujusmodi donatio Regiâ etiam authoritate cenſeretur, obtinuit; utque Novælucis Monachi iisdem privilegiis, exemptionibus, ac gratiis fruerentur, quibus S. Mariæ de Licodia, & S. Nicolai de Arena gaudebant, peculiari diplomate à Friderico Rege impetravit, Kalendis Septembris MCCCLXIX. His Urbani V. Rom. Pontif. confirmatio acceſſit VIII. Kal. Februarii Pon-

1369 (margin, beside "da in Monaſterii clauſtris")

1370 tific. anno VIII. per Apoſtolicas Literas, quibus & Cœnobii fundationem laudavit, & gratias, immunitates, ac privilegia ab Epiſcopo Catanenſi, et Friderico Rege Monachis conceſſa probavit. Groſſus, ac Pirrus hanc Carthuſiæ Coloniam anno MCCCLXIII. in Siciliam invectam tradunt. Verum allata diplomata, Artalis donatio, ejusque cum Guillelmo Generali Ordinis Priore conventio poſt annum MCCCLXVIII. ſignata, illorum aſſertionem falſam omnino arguunt.

XIII Jam vero quum Baculum paſtoralem ex auro, argento, et chryſtallo, quo Catanenſes Pontifices in ſacris myſteriis uterentur, affabre elaboratum noſter Martialis juſſiſſet, ne ab Eccleſia ullo unquam tempore illum abdicari contingeret, Literas ab Romano Pontifice Gregorio XI. impetravit, *ut nullus Apoſtolicæ Sedis Nuntius, ſeu Collector, Commiſſarius, aut Subcollector poſſit abſtrahere, nec ullatenus alienare, pignorare &c. Dat. Avenione* III. *Idus Februarii Pontificatus anno primo; Chriſti verò* MCCCLXXI. Anno Xpi. 1371.

XIV. Sub idem tempus Fridericus Rex vitæ periculum Meſſanæ ſubiit, pugione ab ſatellite quopiam natione Gallo percuſſus; at quum ferientis brachium fortiter tenuiſſet, atque ut caperetur, cuſtodibus præcepiſſet, Reus tormentis actus, Conradum Caſtellum atrocis criminis authorem, ſeque ab illo ad id facinus magnis premiis ſolicitatum, ex Urbe Catana miſſum dixit. Quidnam de Conrado actum ſit ignoramus; objectam fortaſſe culpam Regi excuſavit; ille vivus combuſtus pœnas dedit. Martiali Epiſcopo laudatus Gregorius Avenione IV. Idus Decembris perſcripſit, ut aſſumptis e S. Nicolao de Arena, aliiſque Benedictini Inſtituti Cœnobiis integerrimæ vitę Monachis, Mõtis Regalis, Monaſteriũ Guillelmi, ejuſdẽ Monaſterii Pontificis, deſidiâ regulari obſervantia viduatum, priſtino ſplendori reſtitueret; quod naviter ab illo impletum. Ejusdem Martialis operâ, ac munificentiâ Cathedralis Templi Periſtylium, Monachorum ædes, atque æris campani Turris anno MCCCLXXII. Catanæ reparantur; Tum, qui deinceps reparandis Eccleſię ædificiis intenderet, Petrus Rizzarus ab eodem electus; ut autem id muneris alicui ex viris Patriciis, in poſterum demandaretur, inita cum Senatoribus con- 1372

ven-

Anno Xpi. 1372. ventione, inſtantiſſimé Pontifex curavit. Inde *Majoris Operæ*, ut appellant, initium, cui *Quartam ex legatis mortuorum* ille addixit, quam non diu Simon de Puteo Martialis Succeſſor, ſummis etiam incrementis, nec levi Cathedralis Eccleſię emolumento, ampliavit.

1373. XV Inter hęc Gregorius Romanus Pontifex pacis ineundę inter Fridericum Siciliæ Regem, quem unicè diligebat, et Joannam Neapoleos Reginam author fuerat; diris proinde, cenſurisque Eccleſiaſticis ſuſpenſis, quibus Siciliæ Regnum ab excidio Gallorum tenebatur, Antoniam de Tarento Andriæ Ducis Filiam, Reginæ Conſanguineam, Raymundi de Balzo Soleti Comitis, ac magni Sicilię Camerarii neptem Friderico Regi Uxorem obtulit. Firmatis hinç pacis legibus, Regia uxor ſummo apparatu Neapoli ſolvens, anno MCCCLXXIII. VIII. Kalendas Decembris Meſſanam deducta, mox Panormum ad Regni coronam ſollemni ritu capeſſendam cum Friderico conjuge ſe contulit. Interim ad Gregorium Pontificem Rex Martialem noſtrum deſtinaverat, *Se juramentum in manibus Joannis Epiſcopi Sarbatenſis Apoſtolici delegati præſtitiſſe* per literas cum eodem Epiſcopo transmiſſas profeſſus. Exceptus a Gregorio Martialis, ſuoque munere functus, ad
1374. Regem reſcripſit. Hinc menſe Januario Coronationis ſollemnitas ingenti Siculorum gaudio Panormi celebratur.

XVI Regi, quum omnia ex voto ceſſiſſent, Henricus Rubeus novas Meſſanæ turbas excitavit. Hinc quum ille Panormo ſolvens, Meſſanam triremi vectus cum Antonia uxore appelleret, a civibus, quos Henricus in ſuas partes adduxerat, repulſam paſſus, Rhegium contendit, ibi,

non

Digitized by Google

non levi audacia, Regem adhuc in triremi agentem Rubeus noctu cum ſuis aggreditur, quo ſanè tumultu Antonia Regina adeo eſt conſternata, ut paucos intra dies x. Kalend. Februarii obierit. Hinc Fridericus Catanam ad ſuos divertit, unde ad Antoniæ Matrem rei eventum, jacturamque ſuam Kalendis Februarii ſignificavit. Catanam quoque & Joannes Apoſtolicus Legatus venit, atque ad S. Nicolai cœnobium fama Sanctitatis Monachorum illectus, ſe contulit, illudque variis beneficiis affecit.

Anno Xpi. 1374.

1375.

XVII. Avenione Martialis apud Pontificem agens, argenteas thecas, capſulam vermiculato opere elegantiſſimam, Statuam denique toto orbe celeberrimam, quibus Sacra Divæ Agathæ pignora ſervarentur, proprio ære inſtituit; id quod gentilitia ejusdem Pontificis teſſera, ibidem ſculpta, et ſequens inſcriptio barbaro ſed candido ſtylo exarata, teſtantur, ab Elia Martialis ſucceſſore appicta:

Virginis iſtud corpus Agathæ ſub nomine cæptum
Martialis fuerat, quo tempore præſul in Urbe
Cataniæ, cui paſtor ſucceſſit Helias.
Ambos Lemovicum clarè produxerat ardor,
Artificis manus hæc fabricavit arte Joannes
Bartholus, & Genitor celebris, cui Patria leve.
Mille ter & centum poſt partum Virginis almæ,
Et decies ſeptem ſextoque fluentibus annis.

Immatura tamen morte præreptus, dum ſumma omnia ab eo expectarentur, Avenione Martialis deceſſit anno MCCCLXXV. Agathæ idcirco lipſana in excitatis a ſe thecis recondita non vidit. Elias hinc Lemovicenſis patria, Catanenſis Pontifex deſignatus, anno MCCCLXXVII. ad ſuam Cathedram veniens, ſecum thecas III. Idus Decem- 1377.

cem-

Anno Xpi 1377. cembris advexit, in quibus mox ſacras reliquias obſignavit.

XVIII Octavo Kalend. Julii Fridericus Rex lethali morbo correptus Meſſanæ obiit, Maria ſub Artalis tutela hærede relicta. Hanc Artalis in Catanenſi Arce ſecum detinuit, mox Joanni Galeatio Virtutum Comiti deſpondit. *Verum paulopoſt initum matrimonium*, inquit Fazellus, (a) *Guillelmus Raymundus Montecatinus Reginæ pietate permotus, cujus quidem detentio plurimum, Regni vero a proceribus occupati injuria non minus ſibi* (a) Dec. 2. lib. 9. cap. 7.
1378. *gravis erat, ac permoleſta, parata in Portu Catanenſi triremi, eodem ipſo anno Kalendis Februarii* (*) *Dum Artalis Alagona Meſſanæ cum Regia Curia eſſet, arcem noctu clam ingreditur, atque Mariam Reginam quamquam reluctantem, rapit, triremique impoſitam ad Arcem Auguſtæ, quæ ſui juris erat, aſportavit. Artalis, ubi audax facinus agnovit, exercitum delectorum militum inſtruit, ac tandem repetere, oppidumque oppugnare decernit. Quo Guillelmus Raymundus cognito, cum viribus haud quamque ſe parem exiſtimaret, Reginam inde ad Arcem Alicatæ Urbis transvexit, unde triremi, a Manfredo Claromonte ad id parata, cum Regina ſolvens Barchinonem navigat; eamque Martino Martini Montis albi Ducis Filio uxorem tradit*. Hæc Fazellus. Pirrus tamen in Chronologia anno MCCCLXXX. e Catanenſi Arce eductam a Guillelmo Mariam tradit; inde apud Sardiniam per
1379. biennium verſatam, mox Barcinonem anno MCCCLXXXII. advectam ſub Aleonoræ Amitæ cura ad annum MCCCLXXXXI. perſtitiſſe, quò, celebratis ingenti pompa nuptiis, cum utroque Marti-

(*) Anno 1378. ſi ab Januario menſium initium ſumatur.

Digitized by Google

no, Conjuge ſcilicet, ac Socero paratam centum fere triremium claſſem III. Kalēd. Decēbris. conſcendiſſe, ex Hieronymo Surita eruit. Maurolycus Reginæ e Caſtro Urſino raptum in annum MCCCLXXXV, Sponſalia vero in MCCCLXCI cum Surita, & Pirro rejicit. Alii denique e Regio cubili per ſecretam Arcis portam meridiem reſpicientem intempeſtiva nocte Mariam abreptam anno CCCLXXIX tradunt; aliquandiu apud Auguſtam ab Raymundo cōtra Artalis conatus ſtrenuè ſervatam, mox Aragonenſis claſſis ope, quæ Galeatii naves in Portu Piſano incenderat, obſidione ſoluta, in Alicatæ primùm arcem, inde in Sardiniam, ac Barcinonem denique fuiſſe traductam. *Anno Xpi 1379*

XIX. Interim Regina abſente, Inſula univerſa Procerum ambitione fœdè vaſtatur, dum quiſque pro voluntate opidorum, atque Urbium dominium ſibi vindicat: Suis etiam turbinibus Urbs noſtra agitata, quę ſub Artalis nihilominus pręfecturà perſtitit. Ab ejus namque Eccleſię regimine Urbani VI Rom. Pontificis decreto Elia depulſo, quod Pſeudopontifici adhęſiſſet, ſub annum MCCCLXXVIII. Simon de Puteo Ordinis Prędicatorum, Meſſanenſis Patria Catanæ Pontifex fuerat renunciatus. Verum Elias ſæculari frętus authoritate, biennio adhuc integro cathedram uſurpavit, ut Groſſus advertit.

XX. Cæterùm Friderico Regi olim a Sacello, & conſiliis, mox Quęſitor ad Hebręorum Sinagogam in Sicilia denuo conſtructam exturbandam ab Urbano V. deſignatus, demum a Gregorio Quęſitor de rebus fidei conſtitutus, Sedisque Apoſtolicæ Collector, ac Nuncius in Sicilia Simon delectus, Romanę Eccleſię operam ſuam egregiè probaverat. Ut verò ſedis ſuę liberam

na-

Anno. Xpi 1379. nactus eſt poſſeſſionem, rebus prçclarè geſtis ſeſe apud omnes commendavit; & monialium S. Benedicti Cœnobio vel maximè conſuluit, quod ægeſtate preſſum, *Quarta ex legatis ad pias cauſas relaxata*, benignè ſublevavit; Agyrenſe Monaſterium privilegiis auxit, eique ab Epiſcopis deceſſoribus conceſſas immunitates confirmavit; nec obſimiliter S. Nicolai de Arena Monachos ſibi devinxit; Acis Opidum Rogerii Lauriæ hæredibus ob perduellionis crimen a Rege abrogatum, ac Blaſco de Alagona, Romano Pontifice annuente, dudum attributum, ſub eodem annuo cenſu Artali Blaſci Filio Urbani VI. etiam authoritate
1380. fratus, remiſit. Novælucis denique Cœnobium a Carthuſienſibus dimiſſum ejusdem Artalis voto ſuis Sanctæ Agathæ Monachis attribuit. Sed hçc paulo fuſiùs expendenda.

XXI Quum Roberto de Comitibus Pſeudopontifici Guillelmus magnæ domus Carthuſiæ, ac Generalis Prior adhæſiſſet, pluresque e noſtro Cœnobio monachos in ſuas partes adductos ad ſe revocaſſet; Conquæſtus Artalis apud ſummum Pontificem Urbanum fuerat, quod Aſceterium ab ſe fundatum in vaſtitatem abiret. Hic Jannotto ob Guillelmi exauthorationē Ordinis Generali Priori commiſit, ut ad Novælucis Domum inſtaurandam ſe conferret, vel alium ad id munus idoneum Catanam transmitteret. Jannottus Joannem S. Martini Neapolis Priorem delegavit, qui ſuorum aliquot ad Guillelmum dilapſos, nonnullos infirmitate affectos advertens, Monaſterio, ejusque bonis ſeſe abdicavit, ac reliquos in Italiam ſecum traduxit Monachos. Simon igitur Pōtifex, atque Artalis Carthuſienſium loco, Benedictinos ad num. XL. ſubſtituunt, eisque Ambro-

ſio

ſio quodam vitę diſcretione, moribusque ſanctiſſimis inſigni, in Priorem ordinato, rem Urbano Pontifici deferunt, qui acta nedum probavit, ſed indulta etiam facultate, ut ab Artali veluti Fundatore, ac Patrono, Abbas eligeretur, ad eamdem dignitatem, ac titulum Cœnobium evexit: Hinc a morte Ambroſii primus Novęlucis Abbas Joannes ex Monachis S. Agathę ab Artali nominatus conſtituitur; cui novas etiam attribuit Simon Episcopus immunitates, ut in Monaſtica Sicilię Hiſtoria abundè dictum. *Anno. Xpi 1381*

XXII Eodem anno MCCCLXXXI octavo Idus Auguſti Ætnęus ignis erumpens Catanę fines invaſit, olea, quę circa Urbem erant, abſumpſit. Incendii hujus meminit manuſcriptum Chronicon lingua vernacula exaratum e Tabulario Catanenſis Eccleſię erutum; atque, ut conjectura non levi aſſequi poſſum, illud fuiſſe crediderim, quo ſeptentrionalis Urbis noſtrę Regio ſub edito Leucotheę colle in vaſtitatem abiit, Portumque Ongiæ veteribus ſatis celebrem nigris oppletum lapidibus apud Hiſtoricos legimus. Bembus enim in ſuo de Ætna dialogo, quem circa ſæculi XV. finem conſcripſit, quum ad montis prodigia ſpeculanda præſens adfuit, de incendiis loquens: *Inter maxima profluvia*, ait, *longè memorabile illud quod paulo ante noſtram ætatem uſque intra Catinam decurrens, non parvam Urbis partem incendio populavit, quin etiam Portum eum, de quo Virgilius:*

Portus ab acceſſu ventorum immotus, & ingens,
Ipſe, ſed horrificis juxta tonat Ætna ruinis.

Ita implevere fluenta Ætnæa, ut jam erraſſe Virgilium putes, quòd Portum eſſe ibi ingentem dixerit, qui pene nullus ſit: Quod porro intra Catanam decurrens magnam urbis partem ignis

popu-

Anno Xpi. 1381 populaverit, de Catanenſi Regione, intelligendum, bis mille paſſibus a mœnibus diſſita. Fazellus etiam: (a) *Inter memorabilia Ætnæ profluvia longè illud eſt præcipuum, quod ætate Patrum noſtrorum decurrens per 18 ferme paſſuum millia uſque ad mare Longinæ pervaſit, atque ingentem portum, cujus Homerus, Virgilius, & Plinius meminerant, ita implevit, ut hallucinatos Poetas plerique ſint arbitrati.* At neque illud Regis Martini Ævo, nec aliud ſub Alphonſo eò progreſſa ſunt, ut Catanæ fines attigerint; minusque Ongiæ portum implere potuerunt, ut ſuo loco dicemus. Bembus igitur ac Fazellus de hoc noſtro loquuntur incendio; quamvis cum aliis poſterioris ſæculi profluviis illud videantur confundere. Regio Ætnæis lapidibus proxima adhuc hodiè Olivetum dicitur.

(a) Dec. 1. lib. 2. cap. 4.

1385 XXIII. Ad Simonem redeo, qui ad augendam *Magnam operam*, cenſibus aſſignatis, pluribusque ære proprio comparatis bonis, feriò incubuit, ejusdemque Præfectos, (*Magiſtros appellant*) ut muneri ſuo ſatisfacerent, exemplo excitavit. Eſt, ut vidimus in Martiali, *Magna opera* quorumdam, qui reparandis Templi majoris, ac Pontificiæ domus ædificiis intendunt, cœtus, cui vir Patricius a Senatu adlectus triennio præeſt. Sub-
1387 inde Portus Saraceni aream, Nautarum commodo proſpiciens, longe majori ſpatio amplificandam Pontifex curavit. Mox majoris Baſilicæ Ca-
1388 tanenſis turrim ingenti ſumptu molitus, ære campano illam inſtruxit. Tradunt Æs majus librarum 16500 pondus æquaſſe, hancque epigraphem barbaro licet ſtylo conceptam præ ſe tuliſſe.

Atque trecentenus millenus fluxerat annus,
Octavus decies octo, dum venerat Agnus;

Cum Præſul Simon me, campanileque, valvam *Anno Xpi.*
Struxit; ob hoc ſemper dixere . . . . *1390.*

Synodum denique Diœceſanam anno MCCCXC noſter Præſul coegit, in quo plura ad Cleri ſui reformationem, gregisque culturam ſanctiſſimè ſanxit, pauloque poſt, non parvo Eccleſiæ incremento abſolvit.

XXIV Interim Martinus Exerciæ Comes, ut ſibi Mariam Siciliæ Reginam ritè in matrimonium collocaret, ab Romano Pontifice *Diſpenſationem in gradu conſanguinitatis* enixius flagitabat, quam quum inpetrare non poſſet, Pſeudopontificis Clementis VII partibus ſtudere cœpit, a quo & facultatem exoravit, ac ſumma cum Aragonenſium, tum Catalanorum lætitia Regiam puellam duxit, atque ad Siciliæ Regnum ſibi jure *1391.* Uxoris vindicandum claſſem comparavit. Id ut Artalis accepit, nullum non lapidem movit, ut Aragonios, quos ſibi infenſos fore, ſuſpicabatur, ex inſula arceret, Urbemque Catanam munivit.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT OCTAVUM

CATANA

SUB ARAGONENSIBUS

AB ANNO MCCCXCII AD MCCCCXII.

I.

Anno Xpi 1392. CElebratis ingenti pompa Nuptiis, uterque Martinus ac Maria Regina e Barcinonenſi portu ſolventes, in Sardiniam primò, dehinc IX Kalendas Aprilis Drepanum felici curſu appulerunt. Diebus aliquot elapſis, XVI Kalend. Junii Panormum, mox pridie Nonas ejusdem Meſſanam, Septimoque Idus demum Catanam venerunt. Ciebat Catanæ turbas contra Martinum nedum Artalis, ſed Simon etiam Pontifex; verum ille, ut Regem cum exercitu jamjam adventurum intellexit, ſuis diffiſus viribus, ſibique a populo timens, Urbe exceſſit, inque ſuum Acis Caſtrum ſe recepit. Simon verò e ſugeſtu adverſus Aragonenſes Siciliam invito Romano Pontifice occupantes declamans, Populum Catanenſem, ad arma capienda, illosque propulſandos, uti Schiſmaticorum fautores, hoſtesque Eccleſiæ excitabat. Excepere nihilominus cum Uxore ac Patre V Kalend. Julii Martinum ſumma cum lætitia Cives. Hinc Thomæ de Criſpo Magiſtri Juſtitiarii Locumtenenti VI. Idus Julii has dedit literas Rex: *Licèt ad ſingulas Civitates, quibus auctore Domino præſidemus, jugiter mentis noſtræ diffundamus intuitum; tamen de ſtatu Civitatis Cataniæ proſperè dirigendo tantò cogitamus profundiùs, quantò per ampliùs illam ſcimus fæcundi-*

tate

Digitized by Google

tate præcipuam, & ſatis pulchritudinis, & ſpecioſitatis elegantia altiorem. Sane cum in Civitate prædicta diebus non longe præteritis, operante humani generis inimico, turbationes, diſſidia, & rebelliones incautè fuerint ſubſecutæ; Quod referimus diſplicenter, propter introitum factum in Civitatem eamdem per Artalem de Alagona noſtrum manifeſtiſſimum proditorem, quibus dedit operam, & conſenſum, uti diſcurrentis famæ perloquium noſtras pulſavit ad aures, Cataníenſis Epiſcopus præter prædicationes, & oblocutiones nefandas, quas tam in Eccleſia, quàm alibi aliàs in aliis locis, nonnullos contra Nos, & alios, qui Nobiſcum in hoc Regnum venerunt, prædicaverit, publicè, patenter, & ſuæ Religionis honeſtate poſtpoſita, & hominum verecundia ultro rejecta, &c. Vobis committimus quatenus de commiſſis, geſtis, obloquiis, & tractatis per Epiſcopum prædictum, per inquiſitionem, ſeu informationem, vi præſentis Mandati percipere non tardetis, procedendo ſuper his, pro ut tanti negotii cauſa, & qualitas duxerit expoſcendum, & eſt in ſimilibus fieri conſuetum, & cum inquiſitionem perficietis ſupradictam, de contentis in ea noſtrum animum informetis &c. (*a*)

Anno Xpi 1392.

(a) *Ex Reg. Cancel. apud Pirrum, & Groſſum.*

II Quamvis vero plurium teſtimonio conſtitiſſet adverſus Regem Pontificem noſtrum conjuraſſe, in ejus tamen gratiam ſeſe facile inſinuavit; immo honoribus auctus, in majorem Aulæ Regiæ Sacellanum meruit cooptari. Eadem benignitate Artalem Alagonium perduellionis nota jam inuſtum Martinus bonis omnibus donatum, priſtinæ reſtituit dignitati. Hinc, in Martini Senioris gratiam Simon Berengario de Crudiliis Regio militi, Ducisque Conſiliario, & *Camerlingo* terrarum tractus in Meſſanenſi ditione, quos S. *Aga-*

Digitized by Google

Anno Xpi 1392. *Agathæ Hortos* appellabant, Kalendis Novembribus ejuſdem anni, conceſſit ſub cenſu annuo Aureorum XXXVII Priori S. Agathæ de Meſſana tunc F. Adinolfo de Alaymo, Catanenſis Monaſterii ſodali, & Archidiacono, ejuſque ſucceſſoribus exſolvendo. Subinde ad Bonifacium Romanum Pontificem una cum aliis Regiis Oratoribus Præſul noſter contendens, ſtrenuam navavit operam, ut compoſitis tandem Apoſtolica authoritate per Siciliam turbis, pax inter Martinum Regem, Romanamque Sedem firmaretur; Quamvis irritos illius fuiſſe conatus poſt pauca expendam.

III Menſe Decembri Arcis Urſinæ Sacellum, atque Altare ſollemni ritu ab Archiepiſcopo Montis Regalis conſecratum, docet ænea tabella; quam paucis ab hinc annis ſæculi hujus XVIII initio repertam, Franciſcus Uſſedæ Dux ac Siciliæ Prorex Matritum tranſmiſſam, Philippo hujus nominis V. Hiſpaniarum Regi præſentavit. En illam

Anno 1391 die 22 Decembris Indic. p. die Dominica, Regnante Domino Martino Rege Siciliæ & Domina Maria Regina, & Domino Duce Montis Albani fuit conſecratum hoc Altare ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, B. Mariæ Virginis & Georgii Martyris per Dominum Paulum Archiepiſcopum Montis Regalis, præſentibus Domino Archiepiſcopo Neocaſtrenſi, & Domino Epiſcopo Catanenſi; quorum quilibet conceſſit quadraginta dies de vera indulgentia in quolibet anno, & die anniverſario dictæ conſecrationis. Et fuerant recondítæ infraſcriptæ Reliquiæ in dicto Altari: De Ligno Domini, de Corona Spinea, de Capillis B. Mariæ Virginis, de Oſſibus B. Georgii, de Brachio

Digitized by Google

S. Luciæ, M. de Lapide Præſepis, de Oſſibus B. Agathæ, & de Oſſibus B. Martini. Anno Xpi 1392

IV Id porro monendum: in annorum hujusce tabulæ notas errorem irrepſiſſe, ac loco anni MCCCXCII inſculptum annum MCCCXCI. Et planè diu animi pependi, utrum foret rectius Tabulam corrigere, aut Martini in Inſulam adventum in annum MCCCXCI rejicere. At nota Indictionis primæ quę cum nonageſimo ſecundo conjuncta, ut ex aliis monumentis eruimus, ad emendandum potius tabulę annum me compulit.

V. Jam verò ſequenti anno Martini, & Mariæ Siciliæ Regum Catanę ſignatum diploma XVIII Kalend. Februarii, quo ex Regali munificentia Urbis noſtræ *Juſtitiario*, ſeù maleficiorum Quæſitori cum jure gladii, Regii Conſiliarii titulus defertur. Senatoribus verò *Additum ſuper Gabellis* (ſic dicunt) conceditur. Utque Secretus, ſeu Regius Procurator, nulli alteri præterquam Regi ſubjectus cenſeatur, atque non niſi viro Patricio id muneris deinceps demandetur; diſertis verbis pręſcribitur. Nota hujusce Privilegii eſt An: MCCCXCII; per ea quippe tempora, ut alibi dictum, novus annus a martio computabatur; hinc Januarius primæ Indictioni cohærens, antiquis fuit MCCCXCII penultimus menſis. De hoc monendum rurſus Lectorem cenſui, nè oſcitantiæ in invertendis annis me arguat. Subinde Benedictinum *S.* Mariæ Novælucis Cœnobium ad *Regii Patronatus*, ob Artalis defectionem, traductum jus Regiæ protectionis clypeo Martinus munivit, ejusdem Privilegia rata voluit, Libertates confirmavit, ædificiis inſtauratis, nobiliter auxit, ampliſſimoque demum diplomate condecoravit. Tum ſacro Bibliorum co- 1393

dice

Digitized by Google

Anno Xti 1393 dicæ miræ apicum pulchritudinis, ac non vulgaris artificii, in membranis manu exarato, unanimi Monachorum voto donatus, in grati cordis ſignificationem quarto Idus Februarii annuos aureos quinquanginta illis attribuit. Codici huic Martino Regi dono dato omnino ſuppar aliud extat Exemplar ab eodem fortaſſe authore conſcriptum in S. Nicolai Bibliotheca. Nec diu ad ejusdem S. Nicolai de Arena Monaſterium ſub Ætna ſitum Martinus una cum Uxore Maria, ac Patre digreſſus, loci captus religione, ac Monachorum Angelico plane more viventium exemplis excitus, nedum illorum Privilegia, Libertatesque confirmavit, quin & liberalitate quammaxima Templi ſacrarium Sanctiſſimi Clavi Dominici, ſingulari, ac pretioſiſſimo munere ditavit. Inſigne hoc Paſſionis Dominicæ Inſtrumentum, (nam eſſe clavum, quo dextera Chriſti Domini manus transfixa fuit, & docet traditio, & inferi ipſi in Energumenis adjurati ſæpius faſſi ſunt) e Regio Aragoniæ Principum theſauro erutum, in Siciliam deduxit, noſtrisque veluti amoris pignus contradidit. Crucis etiam fruſtulum minuſcula cruce auro tecta incluſum, quam aureo itidem filo ſuſpenſam ante pectus geſtabat IX Kalendas Februarii adjecit.

VI. Nec diu poſt Simon Catanenſis Pontifex Jurium, quæ ad Sedem Apoſtolicam ſpectabant, Generalis Collector conſtitutus, vices ſuas Joanni de Monte Sano Ordinis Prædicatorum, & Simoni Rubeo Panormitano Canonico a Regio Sacello, ſcriptis Catanæ Literis XIV Kalend. Auguſti, delegavit. Hinc e Romana legatione Simonem re infecta reverſum ex his conjicio. Quum enim Martinus Senior nec dum Clementi VII

Pſeu-

Pſeudopontifici adheſiſſet, verum ad Benedicti XIII partes etiam accedens, in ſchiſmate perſiſteret, Bonifacio legitimo Pontifici perſuaderi ab Epiſcopo noſtro nullo modo potuit, ut filio in gratiam recepto Regnum confirmaret. *Anno Xpi 1393.*

VII Anno MCCCXCIV Artalis Alagona rurſus ſeditione in Regem excitata, pridie nonas Martii Catanam occupavit, ac ipſo S. Thomæ Aquinatis feſto die Simon Pontifex in ſuæ Dominicanæ familiæ templo, quod in area tunc temporis Urſinæ arcis ſitum, ubi hodie S. Sebaſtiani ædes, ſive ad Alagonæ gratiam captandam, ſeu verius, ut Bonifacio obſequeretur, ad populum verba faciens, plebem adverſus Regem denuo ad bellum civit, quæ mox in Aragonenſes, eorumque fautores ſeſe in caſtro tuentes arma movit. Quod reſciens Martinus Meſſanâ copiis inſtructus Catanam advolans, adeo perduelles adventu ſuo perterrefecit, ut ad deditionem compulerit. Siculum manuſcriptum Chronicon rem peculiarius enarrans: *Die VII martii*, ait, *denuo Catanam venit Artalis, & inde contra Regiam Majeſtatem conjuravit. Et poſt dies octo Urbs fuit vallo circumdata, atque triginta triremibus è Catalonia miſſis mari etiam oppugnatur. Uſque ad Julii menſem fortiter mœnia defendit Artalis, & dicta Civitas obſeſſa tenuit ſe pro Domino Artali per totum menſem Julii. Sed facta fame, itaut equos, aſinos, & mures Cives comederent, tandem die 6. Auguſti Indic. 2. Cives defectu panis ſe dediderunt, quinque florenorum millibus exolutis, ne Urbs in prædam militibus daretur. Artalis Ennam, ex fuga ſe contulit, ubi diu ſe tutatus eſt, ac tandem Inſula excedens, liberum Martino Regi imperium, ac dominatum reliquit.* 1394.

Re-

Digitized by Google

Anno Xpi 1393. VIII Rebus compoſitis ab exilio Artalis revocatur, eique Rex Melitæ, & Gauſi comitatum reſtituit, ab eoque viciſſim Acis caſtro recepto, tum aliis ejusdem intuitu indulſit. *Vobis*, inquit in quibusdam literis, *qui cum dicto Artali ad Civitatem intraviſtis Cataniam, & ipſam feciſtis contra noſtram Excellentiam rebellari, veniam concedimus. Et Artali Meliveti, & Gaudiuſi comitatum reſtituimus, qui ob ejus occupationem Catanie, & ejus rebellionem fuerat conceſſus Guillelmo Raymundo Montecateno Comiti Auguſtæ, & Nobariæ ob relaxationem nobis factam*

1394 *Caſtelli Jacis* &c. Noluit Epiſcopus nihilominus ignoſcere Martinus, eumque arctiſſimo carceri mancipavit, ac interim pro bonis Eccleſiæ adminiſtrandis Œconomos conſtituit.

IX Deturbato Epiſcopo Fratrum Prædicatorum ædes, quod Urſinæ Arci eſſent obnoxiæ, ſolo æquandos Rex præcepit, atque Artalis Alagonæ domum juxta S. Mariæ de Rotunda templum ſitam incolendam illis conceſſit; idque poſtmodum ſequenti anno VIII Idus Septembris confirmavit. Hinc Catanaā excedens, ut opida finitima in fide contineret, Patricio, Senatoribus, cæteriſque Catanæ Adminiſtris lingua vernacula

1395 perſcripſit, ut Ricardum Curbinam ejusdem fidelitatis intuitu Excubiarum magiſtri *Capixurtæ* munere in comitiis proximè eliciendis decorarent, ac Pino de Gravina Regi a Secretis id Regio nomine petenti fidem omnimodam adhiberent. Illud porro Epiſtolæ hujus occaſione hoc loci animadverterim: longe ante Martini Œvum, Jus ſeu Privilegium magiſtratus ſibi deligendi, quod *Buſſolum* vulgo appellant, Urbi noſtræ fuiſſe attributum, nec ab Joanne, aut Alphanſo Martini

Digitized by Google

Succeſſoribus, ut perperam nonnulli tradunt, illud emanaſſe; Catanam ſubinde reverſus Martinus Joannem de Thauſth ſibi a conſcientiæ ſecretis Catanenſi Eccleſiæ *Adminiſtratorem* dedit. Anno Xpti. 1395. En Reſcriptum: *Nos Martinus* &c. *Quia F. Simon de Puteo Epiſcopus Catanenſis propter inimanem rebellionem, ac nefaria opera, quæ contra Regalem Majeſtatem Noſtram præſumpſit infideliter exercere, fuit, & eſt ab adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ avulſus, & Carceri mancipatus, & ad Nos ſpectat tamquam ad caput Reipublicæ bona Eccleſiæ facere conſervari, ne dilapidentur, vel uſibus indebitis evaneſcant; propterea Confeſſarium noſtrum Joannem Thauſth Adminiſtratorem conſtituimus, cum fructuum adminiſtratione. Datum Cataniæ 26 Octobris Indic.* 4. 1395. Præcepit deinceps ex aliis literis XII kalendas Septembris MCCCXCVI, 1395 ut jura ad Epiſcopum ſpectantia in duas dividerentur partes, earumque una Petro Serræ, altera in quinque partes ſubdiviſa Franciſco Barrodone S. Mariæ de Carpio Abbati, & F. Joanni de Pino Ordinis Minorum eidem Regi a concionibus, penderetur; Joanni denique Thauſth proventus darentur *Gabellæ de Martelletta*.

X. Eodem quoque anno V. nonas Octobris ab apice Pontificatus Simon dejicitur, ejusque loco Petrus Serra a Rege nominatur. En diploma: *Nos Martinus &c. Cum Simon de Puteo contra Excellentias noſtras, & ſtatum pacificum noſtri Regni auſu temerario multa damnabiliter commiſit, & fecit; & noſtram Civitatem Cataanienſem, & habitantes in noſtra fidelitate, & devotione manentes ſuis fallacibus prædicationibus, & ſimulatis machinationibus ſubduxit, quos, & quam a noſtra fidelitate, & obedientia pervertit, & ſubtraxit,*

ipſam

Anno Xpi. 1396 *ipſam noſtram Civitatem, & habitantes in ea contra Majeſtatem noſtram, & ſtatum pacificum ipſius Regni ſtrenuiter, & ex propoſito rebellari procuravit, & fecit, ipſos notorios proditores, & rebelles; in quam Artalem de Alagona, & nonnullos alios dicti noſtri Regni Barones, noſtræ Regiæ Majeſtatis publicos rebelles induxit, & intruſit, quibus in occupatione ipſius Civitatis favit, in quantum potuit &c. Sanè quià in recuperatione dictæ noſtræ Civitatis Catanienſis inter alios habemus captivum præfatum F. Simonem; erga quem flagella pro ſuis ſceleribus debita noſtra manſuetudine temperantes, ob reverentiam Æterni Dei, & Salvatoris noſtri, ac ſui Sacerdotij, vitam gratiosè conceſſimus, & ipſum abire permiſimus. Et quia ipſe de Puteo tamquam homicida irregularitatem publicè atque notoriè multipliciter incurrit: ideò Eccleſia Catanienſis vacavit, & vacat ad præſens; cujus proviſio, & totalis diſpoſitio ad Majeſtatem noſtram Apoſtolica auctoritate ſpecialiter nobis in hac parte conceſſa, eatenus & quia ſumus dictæ Eccleſiæ veri Patroni, quam Sancti Reges in dicto noſtro Regno, & alii noſtri Prædeceſſores conſtruxerunt, & dotaverunt. Ob quod Jus Patronatus ipſius Eccleſiæ tam de jure, quam de more, ſeu conſuetudine ad Majeſtatem noſtram ſpectare, & pertinere a nemine dubitatur. Sicut præmittitur, Paſtore vacante, tandem direximus, Eccleſiæ noſtræ Catanienſi Rev. in Chriſto Patrem Petrū Serram Decretorum doctorem familiarem, & Conſiliarium noſtrum, virum utique plenæ, & maturæ ætatis, & in Sacerdotio conſtitutum, noſtrum Sobrinum cum plena, libera, & generali adminiſtratione, & fructibus ejus, ſed cum decima parte fructuum F. Joanni de Pino Confeſſori noſtro &c.*

IX Subinde S. Mariæ de Eleemoſyna, Templo

plo

plo Cleri Sæcularis conventibus ſatis celebri amplisſimum Privilegium Optimus Princeps conceſſit Catanæ Kalendis Novembris, quo jura nonnulla eidem attribuens, ac Regiæ Cappellæ titulum, Regiamque inſtar alterius S. Petri de Palatio Panormitano, tutelam eſt impertitus. Habes Diploma in notitia ejusdem Eccleſiæ. Interim Panormitana Civitas Giliforrem Archiepiſcopum aliosque Proceres ad Regem Oratores Catanam delegaverat, ut ejus defectionis, quam, ſuadentibus Claromontanis, invita patrarat, veniam exorarent. Excepit illos perhumaniter Martinus, atque quamprimum ad ſollemnem inaugurationem eò ſe venturum promiſit, Urbisque Privilegia ab illis oblata firmavit XIII Kalend. Maji MCCCXCVII. Perſtitit nihilominus Catanæ Gilifortis, uſque ad Auguſtum menſem. Sequenti anno *clarum Regni Diadema Panormi ſuſcepiſſe in Cathedrali Eccleſia* declarat idem Rex, ut ex Cancellariæ libris eruit Pirrus. (a) Anno Xρi 1395

(a) Regn. fol. 83.

XII. Jam vero ejectum a ſua Cathedra Simonem circa hæc tempora Romam adiiſſe, ibique magnę ſanctitatis opinionem ſuum clauſiſſe diem ex antiquo manuſcripto tradit laudatus Author. Noſter tamen Groſſus anno MCCCXCVIII inſtitutum ab eodem Simone in S. Agathæ de Meſſana Priorem Andream Paternionium Catanenſem Monachum ex publicis refert tabulis, ſubditque: *Dubitari ideo non abſre poteſt, num Simonis ejectio laicali potentia, ac præter jus faſque detruſa, fuerit executioni demandata. Invaleſcit ad hæc ambigendi ratio, quia de Petro Serra, quem Martini Regis arbitrium in Catanenſis Epiſcopis ſolium intruſerat, in noſtris Tabulariis ante annum* 1399. *nullam offendere licet notitiam. Il-*

Digitized by Google

Anno Xpi 1398. *lud tamen verocerius dixerim: Simonem ideo a Martino Rege carceribus addictum, ac Præſulatu privatum, quia cum Clementi* VII, *ſeu Roberto de Comitibus, poſt Benedicto* XIII *Petro de Luna, Pſeudopontificibus in ſchiſmate adhærentem, ac manus dantem nequaquam in Regem recipiendum contendebat. Innoxio igitur lapſu, e ſpecula ejectus eſt, qui quod virtuti litabat, vitio dediſſe criminabatur.*

Hæc Groſſus (*a*) nec Pirrus abnuit in notitia Agrigentinæ Eccleſiæ ſcribens, Simonem de Puteo eadem de cauſa, quod legitimi nempe Pontificis partibus ſtuduerit, & vinculis mancipatum, & è ſua Cathedra pulſum.

(*a*) *Catan. Sac.* § 41.

XIII. *Porro* de Petro Serra Catanenſi Electo complura a Scriptoribus traduntur; fuit enim Barcinonenſis Patria, Martini Regis conſobrinus, Vicenſis Canonicus, & Archidiaconus de Benedes Barcinone; atque anno MCCCLXXXIII Regis Aragoniæ Cancellarius. Romam ad Pontificem, & Cardinalium Collegium a Martino transmiſſus, ut connubii cum Maria contrahendi diſpenſationem impetraret, ubi nihil proficere vidit, Neapolim ad Ludovicum Regem pro incundo fœdere contendit, inde in Siciliam cum eodem Martino transmeavit. Hic primùm *Jurium Sedis Apoſtolicæ Collector*; mox Eccleſiæ Montis Regalis Adminiſtrator, tandemque Catanenſis Electus renunciatur, & a Martino Seniore, quum in Aragoniam contenderet, Martino Filio Conſiliarius adſciſcitur. A Benedicto mox Pſeudopõtifice V. Kalen. Octobris anno MCCCXVII Diaconus Cardinalis tit. S. Angeli factus *Petrus Serra Senior Cardinalis Catanenſis* eſt appellatus. Tum Diaconiâ dimiſsâ S. Martini in Montibus

tibus Presbyteralem titulum optavit, ut Ciaconius teſtatur, qui Petrum *Catanenſem Electum* vocat, dignisque extollit laudibus; a Pſeudopontifice enim deficiens in Generali Concilio ad diuturnũ ſchiſma tollẽdum Piſis coacto anno MCCCCIX canonicæ Alexandri V electioni interfuit, atque Oratorem in eodem Concilio Joannnis Regis Jeruſalem Cypri, & Armeniæ egit. Deceſſit eodem anno in Hiſpania pridie Idus Decembris, ut idem Ciaconius ſcribit, quamvis perperam Surita Januæ ex peſtilentia anno MCCCCV ſublatum dicat. Extat ejusdem Petri in Tabulario Catanenſis Eccleſiæ *Conceſſio Terrarum* Canonicis facta, ac publicum de ea confectum Inſtrumentum VII Idus Septembris MCCCXCVIII. Hinc Pirri errorem adnotabis, qui Catanenſi Eccleſiæ per hæc tempora Robertum quemdam præfuiſſe memorat, cui alterius Roberti geſta attribuit, ut optimè laudatus de Groſſis advertit. *Anno Xpi 1398*

XIV Eodem anno, die Saturni VII Idus Novembris, Maria Regina in Arce Urſina Filium peperit, quem Fridericum Avi nomine appellavit; abluitque Infantem ſacris undis in Catanenſi Principe templo pro Bonifacio IX Albanenſis Epiſcopus ſedis Apoſtolicæ Legatus. Hunc male Maurolycus, & Surita Petrum appellant, ac perperam Fazellus anno MCCCXCI juxta Panormum in lucem editum tradit. (*a*) Poſt dies aliquot Martinus Rex Guilelmum Raymundum de Monte Catena haſtenus ſibi addictiſſimũ, Antonium Vigintimillium, Colliſani Comitem, atque Antonium Sclafanum Regni Senoſchalcum in eadem Urſina arce, quòd a Regia fidelitate deſciviſſent, ac Leontinos, Mænas, & Mottam S. Anaſtaſiæ hoſtiliter occupaſſent, publico judicio

(*a*) *Dec. 2. lib. 9 cap. 7.*

Anno Xpi 1398 cio perduellos declaravit; *tametſi*, inquit Fazellus, *eam ſententiam Randatii Rex de Antonio Vintimillio, & cæteris ejusdem familiæ revocaverit, reliquosque publica etiam mulcta damnaverit*. Siculum manuſcriptum Chronicon Armis devictos rebelles teſtatur, ac Raymundum Montecatenum Regni Magiſtrum Juſtitiarium in acie occiſum refert, ejus tamen filios ad ſaniorem mentem reverſos ſumma benignitate Martinus ab omni infidelitatis nota abſolutos priſtinis dignitatibus reſtituit, quin & Opidis, quæ eorumdem Procerum malis artibus deſciverant, clementer indulſit. Tunc etiam ad Romanum Pontificem Oratores a Rege tranſmiſſi Meſſanenſis Archiepiſcopus, Catanenenſis Pontifex Benedictus Paternionius, aliique Nobiles, ut ex libris Regiæ Cancellariæ eruimus. Benedictum porro Catanenſem Patricium Joannis Regii Patrimonii Regentis, eidemq: Martino a Conſiliis, Filium, alibi commendatum lego, (a) quòd Regiis partibus fideliter adhæſerit, atque in Leontinorum, Ennæque expugnatione ſtrenuam navaverit operam; ut alibi dicendum, quum de viris Illuſtribus agemus.

(a) In Reg. Cancel. ann. 1392. fol. 119.

1399 XV. Rebus in Valle Nethi, ac Demanæ compoſitis, ſequenti anno menſe Novembri Martinus Catanâ ſolvit, profectusque Saccam, quæ diu cum aliquot opidis Nicolai Peraltæ fraudibus in rebellione perſtiterat, Urbem Regio more ingreſſus, nullo obſiſtente, arce etiam potitus eſt, ac Inſulam univerſam ſeditionibus undique conſopitis, ſibi tandem aſſeruit. Per idem tempus Artalis de Alagona Senio confectus, mortem in patriâ oppetiit, ac in S. Mariæ Novęlucis templo tumulatus Manfredum Fratrem hæredem reliquit.

Novo

Digitized by Google

XVI Novo allabente Sæculo dum Catanæ Martinus, & Maria agerent, unicum Filium Fridericum biennem amiſere. Fazellus, qui hunc anno MCCCXCI, ut vidimus natum vulgavit, rem hoc pacto enarrat: Fridericum nempe, dum, Regibus ſpectatoribus, hoſtiludio ſe exerceret, ærata cuſpide transfixum, annos natum tunc ſeptem ſtatim occubuiſſe anno MCCCXCVIII. Mariam verò Reginam Filii mortem nimium mærentem paulo poſt & ipſam morbo correptam Catanæ naturæ debitum ſolviſſe. Subdit quoque: *Sunt, qui ſcribant Fridericum Martini, & Mariæ Filium infantem, præmortua jam matre, ac ipſa Blanca Regina Noverca aſſiſtente, obiiſſe. Idcirco quia mortua Genitrice Fridericus Infans materno jure Rex erat, Siciliæ; eo defuncto, jure Martinus Junior ejus Pater Regno ſucceſſit.* At cum Fazellus, tum alii hallucinantur, biennio enim nondum exacto Fridericus XVIII Kalend. Septembris e vivis exceſſit, ejus verò Mater Leontinis Idibus Maji MCCCCII ſublata eſt, quorum corpora in Catanenſi Baſilica ſunt condita. Hinc Epitaphium multis poſt annis ſepulchro inſcriptum. Anno Xpi. 1400

Fridericus II, Joannes ejus Filius, Ludovicus Friderici III Frater, Maria Friderici Filia Martini Uxor, Fridericus quoque Infans Martini primi, & Mariæ Reginæ Filius hoc unico clauduntur tumulo.

XVII Interim Catanenſis Eccleſiæ regimine Petrus Pontifex ſeſe abdicaverat, ejusque loco Robertus, fuerat ſubrogatus, cujus purum extat nomen; *Non aliud,* ait Groſſus, *obvium fuit de Præſule iſto monumentum, niſi quod Epiſcopali interregno Thomas de Aſmari Cathedralis Prior, Antonius de Galitiis, Bertuccius Criſaphius, & Ber-*

Anno Xpi. 1400. *Bernardus Platamonius in Generales Vicarios electi recenſentur anno* MCCCC. Pirrus hanc Thomæ, & ſociorum præfecturam aliquot annis poſtponit, mortuumque Robertum, dum in Aragonia Rex noſter ageret, innuit, quod verius putaverim. An vero conſecrationis munus Robertus ſuſceperit, mihi omnino incompertum. Eodem anno conditas Catanæ quaſdam Regni leges, ac ſanctiones (*Capitula* appellant) ex eorum Epigraphe conſtat, a Cap. XXXII., ad XLVIII. *Conſtitutiones, Pragmaticæ ſanctiones per Dominos Reges Aragonum, & Siciliæ Patrem, & Filium, & Dominam Mariam Reginam Uxorem Regis Siciliæ in ſacro ejus Conſilio Generali, & Conſiſto-*
1401. *rio apud Civitatem Cathaniæ*. Per id temporis inſtitutum quoque *Acatapani* officium, ejus nempe, cui Annonę cura per urbem committitur, ex legibus, ſeu Capitulis ab eodem Martino anno MCCCCI. Catanæ firmatis, ad id munus ſpectantibus colligo. (*a*)

XVIII. Jam vero datis Catanæ literis Rex VIII. kal. Octobris ab Raynaldo de Tudiſco nobili Catanenſi Regio Procancellario firmatis, uncias auri quinque Carmelitarum fratrum cœnobio quotannis attribuit, ut Virginis Annunciatæ die feſto cereum regio nomine incenderent. Hinc ſingulis annis, hodie etiamnum IX. kalend. Aprilis fratres ad Princeps Templum ſupplices procedunt, ibique percepta eleemoſyna, ad propria redeunt. Regis pietatem imitatus Sancius Ruiz Galliani Vice-Comes, Magnus dehinc Siciliæ Talaſſiarcha variis, & ipſe bonis, ejuſdem ſacræ familiæ ædes locupletavit, fortunaſque adauxit, ut Groſſus habet. (*b*) Floruit deniq: per hæc tempora inter Carmelitas ſodales Catanæ Nicola-

(*a*) *In Tabul. Senat. Catan. lib. membr. f. 98.*

(*b*) *Decac. Catan. Chord. 2. mod. 9.*

Digitized by Google

 Anno Xpi 1403

us Marinus, qui Siculæ Provinciæ ab Rom. Pontifice Moderator, & Apoſtolicus Viſitator adſcitus, pluribus ſe commendavit, ac Regi Martino carus fuit.

XIX. Mortua uxore Maria, atque in Catanenſi majori Baſilica, ut vidimus, condita, Rex ad ſecundas nuptias cum Blancha Caroli Regis Navarræ filia convolavit, quam paucis poſt menſibus Regni Vicariam Catanæ conſtituit, indeque in Aragoniam ad Patrem enavigavit. Tunc Blancha ſingulari privilegio, Urbem noſtram condecoravit, Friderici III. & Conſtantiæ ejuſdem Uxoris ampliſſima diplomata dudum Catanenſibus conceſſa, rata eſſe præcipiens, hiſce verbis. *Blancha Dei gratia Regina Siciliẹ, & Duciſſa Ducatuum Athenarum, & Neopatriæ. Si ad præcipuas gratiarum actiones fidelibus ſubditis noſtris, ex innata Nobis clementia hilari corde eſſe cogimur promptiores, ad confirmationem quæſitorum Beneficiorum, quæ non ſine fervore fidelitatis plurimiſque periculis, & ſumptibus, & expenſis ſunt præmio digna quæſita, iis maxime, qui honorem, & ſtatum pacificum Reipublicæ dicti noſtri Regni, augmentare, illuſtrare, & conſervare moliuntur, quantum debemus eſſe promptiſſimi? Itaque præſentis ſerie Privilegii notum fieri volumus univerſis, tam præſentibus, quam futuris. Quod Franciſcus de Anichito Juriſperitus, Judex curiæ Patritii, et Joannes de Rocca unus Juratorum noſtrẹ Civitatis Cataniæ Syndici, et Ambaxiatores Civitatis ipſius, familiares, et fideles noſtri, nomine & pro parte Univerſitatis Civitatis prædictæ unum Privilegium divẹ memoriæ Sereniſſimi Principis Domini Friderici Regis Siciliæ, et unum aliud Privilegium Illuſtriſſimæ Dominẹ Conſtantiẹ Reginẹ Siciliẹ ejuſ-*

dem

Anno Xpi 1403. *dem Domini Friderici Regis Conſortis cariſſimæ, memoriæ recolendæ, pendentibus propriis ſigillis, & ſolitis ſignis eorumdem Principum roborata, noſtræ Excellentiæ, qua decuit reverentia, præſentaverunt, tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Fridericus &c.* Habes illud ad annum MCCCLXII. *Conſtantia, &c.* Et hoc etiam eo loci exſcriptum invenies. Proſequitur hinc: *Et humiliter præfati Syndici, & Ambaxiatores, nomine prædictæ Civitatis Cataniæ, noſtro culmini ſupplicarunt, ut prædicta duo privilegia ſuperius inſerta, ac Gratias, Exemptiones, & Immunitates, nec non omnia, & ſingula in eis contenta, ac diſtincta ratificare, approbare, acceptare, & favore noſtro Reginali, tam in omnibus Civitatibus, Terris, & Locis noſtræ Cameræ Reginalis, quas, & quæ poſſidemus ad præſens, quam in aliis Civitatibus, Terris, & Locis eidem noſtræ Reginali Cameræ, Divina favente gratia, applicandis, confirmare benigniter dignaremur. Nos vero ſupplicatione ipſa clementer admiſſa, attendentes puram fidem, & devotionem ſinceram, quam Catanienſes pura fidei ſinceritate erga ſereniſſimos Principes prædeceſſores noſtros, & Nos geſſerunt, & gerunt, grataque quoque et accepta ſervitia Nobis per eos præſtita, quæve præſtant ad preſens, & præſtare eos credimus in futurum; Volentes Civitatem eamdem, ejusque Cives præſentis doni gratia decorare, eosque, ut in Nos ipſos ſub jugi benevolentia in fervore fidelitatis ad quæque noſtra ſervitia diſpoſitos eſſe cognoſcimus, proſequi favoribus gratioſis; Ipſi univerſitati Catanienſi, & ſingulis habitantibus, & Civibus ipſius tam præſentibus, quam futuris ipſa duo Privilegia ſuperius deſcripta, ac Gratias, Immunitates, & Exemptiones, nec non omnia, & ſingula in eis contenta de verbo ad verbum juxta ipſo-*

ipſorum continentiam, efficaciam, & tenorem, tam in omnibus Civitatibus, Terris, & Locis noſtræ Re*ginalis Cameræ, quas & quæ ad præſens poſſidemus, quam in omnibus aliis eidem noſtræ Cameræ deinceps, dante Domino, applicandis, acceptamus, ratificamus, approbamus, & favore noſtro* Reginali *confirmamus, ac etiam de noſtro mero & mixto Imperio denovo concedimus, & donamus; ita quod de cætero ſemper, & omni tempore omnes, & ſinguli cives, & habitatores dictæ Civitatis tam præſentes, quam futuri gratiis, & exemptionibus memoratis in dictis duobus privilegiis expræſſatis in toto noſtro Regimine fruantur, & gaudeant abſque impedimento quocumq: Omnibus ideo, & ſingulis Magiſtris Secretis, Viceſecretis, Gabellotis, Statutis, Credenſeriis, & Exercitoribus Secretiarum, & Jurium tam Civitatum, & Terrarum, ac Locorum noſtræ Reginalis Cameræ, quæ poſſidemus de præſenti, quam aliarum eidem noſtræ Cameræ applicandarum, ſeu applicandorum, cæteriſque officialibus aliis dicti noſtri Regiminis præſentibus, & futuris fidelibus noſtris, per hujus præſentis Privilegii ſeriem injungentes, quatenus preſentem noſtram confirmationem, & donationem ratas habeant, teneant, & obſervent; permittentes omni tempore eoſdem Catanienſes libere potiri, perfrui, & gaudere ſingulis gratiis, & immunitatibus, quæ in dictis duobus præinſertis Privilegiis ſuperius deſcribuntur; nihil in contrarium tentaturi aliqua ratione, occaſione, vel cauſa. In cujus rei teſtimonium, & certitudinem preſens Privilegium exinde fieri, noſtreque Majeſtatis pendentis ſigilli ſecreti, defectu majoris, munimine juſſimus roborari. Datum in Caſtro Leontini per nob. Marinum de Ayvar majorem Camerlengum & Conſiliarium noſtrum dilectum* 22. *die*

men-

Anno Xpi. 1403. *ſis Decembris 12. Indict. Anno Dominicæ Incarnationis* MCCCCIII. *Regiminis vero dictæ Reginæ anno primo.*

XX. Neque his contenta Cœnobio monialium ſub titulo S. Placidi, quod paulloante Ximenius, & Paula de Lerida, nobiles Catanenſes e fundamentis extruxerant, aliquot jura at-
1404. tribuit anno MCCCCIV. pridie nonas Aprilis. Per idem tempus Robertus Catanenſis Pontifex fato conceſſit. Hinc Bonifacius IX. Thomam de Aſmari ac ſocios in Vicarios a monachorum capitula electos XVII. kalend. Auguſti confirmavit. Idem indulſit, ut Sancti Benedicti Moniales ex æde Spiritus Sancti extra Urbis mœnia in opportuniorem locum intra pomerium migrarent.

XXI. Redux ex Aragonia Martinus Catanam venit, ubi Paſtore viduatam Eccleſiam reperit; atque ab eodem Bonifacio Pontifice, cui, Petro de Luna poſthabito, totum ſeſe addixerat, ut Catanenſis Epiſcopatus jura, ſede vacante, ſibi aſſereret, impetravit; *ad pecuniarum*, inquit Pirrus, *quas pro Romana Eccleſia expenderat, damna reparanda.* Tunc Joannes de Soriano S. Andreæ de Platia Prior Proventuum Epiſcopalium Collector deſignatur ex Regiis li-
1405. teris Catanæ ſignatis. Sequenti anno ex Blancha Uxore filium Martinus ſuſcepit, ac Petri nomine appellavit, qui infra nonum menſem mortuus, magno Parentum luctu in Principe
1406. Templo ſepelitur. Subinde ab Innocentio VII. Conradus Caracciolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Chryſogoni Catanenſis Pontifex deſignatur. Verum hic electioni minime aſſenſit; quin & Eccleſiam Melitenſem, cui præerat, reſignavit.

Digitized by Google

XXII. Hoc ipſo anno MCCCCVI. Catanenſis Senatus Urbis *Capitula*, *&* *Conſuetudines* Regia authoritate firmandas Martino obtulit, ad majorem ejuſdem ornatum dudum conſtitutas. Annuit Princeps optimus, ſuoque diplomate IV. Idus Septembris ratas illas voluit. Perperā hinc ex iis Fazellus arguit: A Martino Catanenſibus tunc primum conceſſum, *ut domos, qua vellent altitudine, ornatu, & magnificentia, calceque firmarent*, quod illis antea Friderici Primi Siciliæ Regis, ac Imperatoris lege cautum; quandoquidem longe ante Martini ævum Gallorum beneficio, ea lege ſoluti, Urbem reſtituendam noſtri curarunt, magnificiſque ſtructuris Viri Proceres in ea degentes exornarunt; id quod legetnibus oblatas Conſuetudines planum fit; hæc enim inter alia habent: *Ut Civitas noſtra poſſit habilibus pulchris ornari aſpectibus, noviſq: extructionibus decorari, ſtatuimus, quod ſi aliquis Civis, vel habitator Civitatis Cataniæ locum ſuū in eadem Civitate, ubi ædificare intendat aliquod Palatium, ſeu ſtatum habitationis, per quam conſtructionem evidenter Civitas ipſa fiet pulchrior, & ad ipſius conſtructionem neceſſaria eſſet aliqua domuntula &c.* Ad majorem igitur Urbis venuſtatem procurandam Martini datum diploma, neutiquam vero, ut ex lutea poſſet pro libito deinceps calce firmari, ac reſtitui. *In Regeſtis* etiam *Regiæ Cancellariæ* pridie Nonas Januarii MCCCCI. legitur data Nicolao Paternionio Regio familiari Joannis filio facultas domum ſuam ampliandi, in quam Rex ipſe ad Haſtiludia ſpectanda, aſcendere conſueverat. Quin & alia multa occurrunt, ex quibus colligi a quopiam poterit, cum publicis, tum privatis ædificiis, *Anno Xpi. 1406.*

iiſque

Anno Xpi 1406. iiſque ampliſſimis, ac ſplendidis Urbem Catanã, abrogato Suevis Siciliæ imperio, excultam, reliquas Inſulæ Urbes exæquaſſe.

XXIII. Jamvero per idem tempus Catanæ Adminiſtris mandatum, ut Templum, Cœnobiumque S. Mariæ Annunciatæ Ordinis Carmelitarum bellorum turbinibus devaſtata, neceſſariis operibus inſtaurarentur, *ac omnia Canonicæ portionis jura Catanenſi Epiſcopo debita, eorum, quæ fuerint, vel ipſi Cœnobio, vel hujuſmodi reparationis operi legata, huic cederent, nec Fratres deinceps, a quopiam pro legatis hiſce perturbarentur*, ut in Lucæ Barberii *Capibrevio* adnota-
1408. tur. Anno MCCCCVIII. Maurus Calì Ordinis Minorum e Melitenſi Eccleſia ad noſtram, Alexandri V. Rom. Pontificis authoritate, ex Martini Regis nominatione, translatus fuit. Vir hic omnium ſenio venerandus, ſolidaque eruditione præſtans, Theologicis, ac Legalibus ſtudiis adeo commendatus, ut illi nedum Martinus Rex, ſed & Pontifex ipſe Eccleſiaſticas cauſſas definiendas demandarint, Catanenſem Baſilicam pretioſiſſimis Sanctorum Iipſanis ornavit, eodem ſui Pontificatus anno primo: *A Poliſena de Sancto Severino*, inquit Pirrus, *habuit haſce ſanctas Reliquias: Caput S. Matthiæ Apoſtoli, Crucem deauratam cum ligno veræ Crucis D. N. J. C. Caxectam unam de cryſtallo cum argento deaurato circumquaque cum diverſis reliquiis multorum Sanctorum, Conectam unam de argento deauratam cum multis, & diverſis reliquiis SS. Brachium S. Blaſii inveſtitum de argento, Brachium S. Baſilii poſitum in uno tabernaculo argenteo deaurato; & crucem unam cum aliquibus pretioſis in ea affixis lapidibus. Quinque autem millia florenorum ad eas*

divitias

Digitized by Google

 Anno Xpi 1408

divitias comparandas expendit. Tum Templi ædificia reparavit, & auxit, ut ejus inter fornicum abſides inſignia, atque epigraphe: *Maurus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Catanenſis*, olim edocebant.

XXIV. Sub eo ignes evomuit, lateque diffudit Ætna. Rem ſimplici quidem ſtylo in S. Nicolai Chronico exaratam, Silvagius in ſuo Colloquio poſteris commendat (a) *Ad perpetuam rei memoriam, & ad notitiam omnium* Siculorum, *& ſpecialiter populorum Catanenſium, qui venturi ſunt, uſque ad diem Judicii. Noveritis, quod Incarnationis D. N. J. C. anno* 1408. *Secundæ Indictionis Regnante in Sicilia Rege inclyto Martino Filio inclyti Regis Aragonum, & Blancha inclyta Regina Siciliæ Uxore dicti Regis, & Filia inclyti Regis Navarræ, accidit, quod die Veneris* 9. *menſis Novembris circa tertiam horam noctis Mons Ætna eructavit incendium, & modus proceſſus fuit taliter, quod primitus exierunt, & apparuerunt flammæ per os magnum dicti montis & ſtatim, & immediatè exivit magnus ignis per diverſa foramina rupta, & aperta de novo in pede dicti montis, videlicet ſupra Monaſterium S. Nicolai de Arenis per ſpatium trium milliarium, & ſtatim illæ flammæ, quæ exibant per os magnum ceſſarunt, & dictus ignis erat magnus, & altus in quolibet ore iſtorum foraminum, & terribilis ad videndum; ſed etiam dictus ignis diffuſus eſt per diverſas partes nemoris, & ab illis foraminibus magna quantitas lapidum volantium per aerem, & tonitrua multa erant in illis foraminibus, & terremotus magnus erat circumcirca, & dicti lapides erant parvi, & magni igniti, & incenſi, & molles ſicut paſta liquida.. Et dictus*

(a) Coll. 3. Pereg. Cap. 43.

ignis

Anno Xpi. 1408. *ignis ſimul cũ dictis lapidibus decurrebat per totũ nemus, ſicut plumbum liquefactum, taliter quod omnes Cives Catanenſes credebant perire, & propter hoc, die, noctuque non ceſſabant facere proceſſiones cum reliquiis B. V. Agathæ. Et tunc Epiſcopus Cataniensis, qui tunc præſens erat in Civitate, cum maxima multitudine populorum pedeſtrium, & diſcalceatorum, fundentium lacrymas acceſſit uſque ad locum ignis, aſportavitque velum, & mamillam B. Virginis Agathæ, qui locus diſtabat a prædicta Civitate per ſpatium duodecim milliarium; Et ab illo die in antea prædictus ignis non fuit auſus venire adverſus Civitatem, ſed cæpit ire verſus Orientem, & Occidentem, & deinde ſemper venit diminuendo. Verum multa damna fecit, quia devaſtavit, & deſtruxit multas vineas, & domos villæ, quæ dicitur La Pidara; & totaliter annichilavit Granchiam unam Monaſterii S. Mariæ Novelucis, quæ vocabatur S. Maria de Nemore clauſo. Et omnes Cives Catanienſes una cum Clero circumierunt totam Civitatem extra mœnia cum Arca, & Imagine S. Agathæ, ſicut ſoliti ſunt facere in vigilia ſuæ paſſionis, & dictus ignis duravit per dies duodecim uſque ad vigeſimum diem ejuſdem menſis, videlicet ſecundo die poſt prædictam proceſſionem.*
Hinc nota, Incendium hoc Ongiæ portum neutiquam attigiſſe, brevi quippe XII. dierum tempore haud potuit tantum ſpatii percurrere. Meminit ejuſdem, ut Petrus Carrera advertit, Incerti Auttoris Hiſtoria manuſcripta olim penes Joannem Baptiſtam Paternionium aſſervata, ubi illud etiam memoratur: Complures ſcilicet Ætnæi Montis incolas metu perculſos, ſublata re familiari, Leontinos, ac Centumripas contendiſſe. Calamo autem hic ceſpitaſſe Carreram,

non eſt quod omittam, Catanæ Pontificem tunc egiſſe Petrum Serram perperam ſcribentem. *Anno Xpi.* 1406.

XXV. Anno MCCCCIX Martinus Rex Blanchæ uxori, quam Regni Vicariam rurſus Catanæ Idibus Auguſti ſtatuerat, provincia commendata, inſtructa triremium, ac navium copioſa claſſe ad Sardiniam, juſſu Patris expugnandam tranſmeavit; Eaq: armis ſubacta, quum reditum meditaretur, lethalem in morbum Calaris incidens, Martino Patre Regni Hærede ſcripto, ac Blancha uxore Vicaria, e vivis exceſſit. In teſtamenti porro tabulis præcepit, ut Blancha Catanæ cum curia verſaretur, atque Alemanni de Faxá Monteſæ Commendatoris, Aloyſii Anſadolis, Bartholomæi Juenii Cancellarii, Gabrielis de Paulo, Joannis Ferdinandi de Heredia, & Jacobi Arezii Protonotarii conſilio cuncta Regni negotia adminiſtraret, quouſque Martinus genitor, ſecus decreviſſet: Audita filii morte, Aragonum Rex Blancham in Sicilia Regni Vicariam confirmavit. Nec diu, Martino etiam ſeniore ſublato, Bernardus Caprera Motycæ Comes, Siciliæ Magnus Juſtitiarius Reginæ adverſari primum, inde Regnum affectare, et Blanchæ nuptias cœpit. At Regni Comitiis Tauromenii coactis, Siculi Proceres, ut Regina ſponte ſeſe regimine abdicaret, communi voto ſanxerunt; utque Regimen uni ex Regni Pontificibus demandaretur, cui veluti Vicario Magnates duo, Meſſanenſes cives ſex, Panormitani duo, totidem Catanenſes, e Syracuſanis, Agrigentinis, & Drepanenſibus ſinguli adeſſent; Tum, ut ex auguſtiſſima Aragonenſium familia Siculi ſibi Regem adſciſcerent; Antonio demum Montecateno ſuprema militiæ præfectura, abſolutumque deferretur imperium de- 1409.

cre-

Anno Xpi. 1409. crevere. Verum quum Panormitanis, & Catanenſibus, aliisque, quin & Bernardo Comiti hujusmodi Comitiorum ſtatuta variis ex cauſſis minime arriſiſſent, turbæ et ſeditiones per univerſam inſulam excitantur.

1410 XXVI. Blancha inter hæc Catanæ in arce Urſina verſabatur, ex qua quotidiè in proximum monialium S. Placidi cœnobium permeans, ibi aliquando noctes ducebat; Ut verò ſibi a Caprera parari inſidias novit, ſeſe in caſtro continuit. Spe ſua fruſtratus, Comes, mirum in modum dolens, ſuſpicionemque abſtergere cupiens, miſit ad eam, qui de colloquio viciſſim habendo agerent; neque illa recuſavit. Quum porro neutri ſatis ab altero fidei haberetur, conventum eſt, ut in portu Catanenſi Blancha de puppi triremis, Bernardus vero de ponte, cui triremis hærebat, ſermonem conferrent. Poſt multa itaque verba ultro citroque habita, appetitum tandem conjugium Comes patefaciens, Reginæ animum non parum offendit; hinc diſparem ætate, & conditione hominem illa contemnens, ſermone intercepto, ut in altum duceret, triremis Præfecto imperavit; Bernardus vero acerrimo admodum animo, repulſam paſſus, ſeſe ad littus retulit; ac ſubinde Catana excedens, comparato exercitu, Siciliam excurrit univerſam, Opida, arcesque, quæ Blanchæ nomine tenebantur, vi metuque ad ſe transfert; Urbemque noſtram Joannis Filingerii Juſtitiarii, & Mauri Epiſcopi ſibi addictiſſimi opera in fide ſua retinet, atque incolis auget. Urſinum denique Caſtrum, quod pro Regina Cives aliquot, militesque complures tuebantur, ſuis oppugnandum reliquit; Ipſe in arce Syracuſana Blāchā ingenti manu obſidet.

Præ-

XXVII. Præerat arci Sancius Ruiz *Ammiratus*, de quo jam diximus , qui diu, ac ſtrenué Comitis impetus eluſit; mox Joannis Montecateni auxilio , eruptione contra hoſtes facta, dum hi ad propulſandos regios milites intenderent , Reginam triremi impoſitam Panormum demittendā curavit. *Allabente igitur anno* MCCCCXII, 1412. ut Surita ſcribit, (*a*) *Blancha perveniens Panormum in Regias ædes, quæ prope maris littus erant, ſeſe recepit ; Bernardus vero Syracuſana obſidione ſoluta*, Saccam cum copiis contendit. *Hinc Sancius Ruiz Siculis aliquot Proceribus auxiliantibus, noctu Catanam adoritur , ſcaliſque admotis , urbe potitur. Civili bello per Inſulam Univerſam fædè exardeſcente, ecce Cataloniæ navis Drepanum appellit, Regioſque Legatos, qui Reginæ Bernardū conciliatum venerant, ex Aragonia exponit . Verum Bernardus Alcamo , quo ſe contulerat , cum ſuis ſolvens , noctu Panormum clam ingreſſus , Regiam Blanchæ domum invadit, quæ maturè admonita proximū ſubiit littus, atque in Triremem Raymundi de Toralla ſe recepit. Hinc legatorum, qui eam convenerant, conſilio, in Soluntī caſtrum contendens, de pace ineunda cogitavit, Regnique Proceres ſibi ſtudioſos in eamdem adduxit ſententiam; nec abnuebat cum ſuis Caprera, qui & ipſe triremi vectus Soluntum venerat . At variis interpoſitis difficultatibus, re infecta, denuo ad bellum partes ſeſe inſtruunt, & ſi nuſquam ad arma ſit ventum. Inde Legatis ſuadentibus* VII. *Kalend. Martii Solunto Blancha excedens , Arcem Catanenſem repetiit, cui Gabrielem de Paulo ſibi, ac Martino olim conjugi addictiſſimum præfecit . Porro ne dum ex proceribus Siculis, ac civibus in arcem admiſit neminem, ſed quum urbem, mox ut appulit , ingredi*

Anno Xpi. 1411.

(a) An. Aragon. cap.18. & 76.

An. Xpi. 1411. *cogitaret, ſuadentibus ſuis, recta è trireme ad arcem contendit, ibique ad jv. Idus Maji perſtitit.*

XXVIII. Fazellus à Surita in aliquibus diſcrepat (*a*) atque elapſam è Bernardi Capreræ manibus Reginam, Soluntumque vectam, irritos demum Legatorum conatus enarrans, captum Bernardum, ac in Sancii Ruiz manus traditum ſubdit; ſubindeq; Blancham ſe Catanam recepiſſe ſcribit. M. S. Chronicon ad annum MCCCCXI. hæc habet: *Decembris 28. SS. Innocentium feſto die Sancius Ruiz Ammiratus Catanam ea parte mænium, quæ à Porta nova appellantur, furtivè ingreſſus, Urbem Blanchæ Reginæ nomine occupavit, ac Filingerium ex ædibus Epiſcopatus, ubi ille ſe tuebatur, ejecit, qui cum omnibus ſuis, atque uxore dimiſſus, Moctam S. Anaſtaſiæ, quæ à Caprera tenebatur, petiit.* Non diù poſt idem Moctæ opidulū
1412. in Blanchæ poteſtatem venit, in ejuſque arcem Sancius Capreram captivum deduxit, uti Laurentius Valla, Fazellus, aliique tradunt, quamvis Surita Moctam hanc Cataneuſis agri, cum arce Molæ Tauromenio imminentis ex errore confundat.

(a) Dec. 2. lib. 9 cap. 8.

XXIX. Bernardum porro peſſimè Sancius habuit, inque turris ciſternam vacuam dimiſit, ubi aliquando, ad immenſam pluviam ex rivis confluentibus, aqua ita excrevit, ut lectulo innatante, Comes non procul eſſet à vitæ periculo; ſed mox veſte, capillo, totoque corpore madidus eductus, in locum omni carcere graviorem detruditur. Ibi quum aliquandiu perſtitiſſet, cuſtodem, vaferrimum hominem, promiſſis, muneribuſque adulatus, ut ſui miſertus è carcere abire permittat, ab eoque eluſus, noctè fune è feneſtra dimittitur; ut vero ad medium pervenit deſcenſum, paratis ad eum capiendum retibus involvitur, ac ſuſpenſus aere detinetur; ubi totam diem omnibus ridiculum, ac miſerandum fuit

Digitized by Google

ſpectaculum; nec niſi veſperè receptus eſt unde venerat. *Ann. Xpi.* 1412.

XXX. Hæc dum in Sicilia aguntur, Ferdinandus Juſtus Joannis Caſtellæ Regis Filius communi ſuffragio Aragoniæ Rex ſalutatus, novos in Siciliam Legatos tranſmiſit, qui ſidei Sacramentum reciperet, ac Blancha Regni Vicaria confirmata, populis, proceribuſq; conciliatis, Capreram è Sancii manibus ereptum honorificè in Cataloniam remitterent, quod impletum ſub anni finem, ut Surita teſtatur (*a*) Idem Berlingherii de Bardaxi equitis ſtrenuiſſimi meminit, quem à Rege Acenſis arcis Præfectum conſtitutum refert. Sub idem tempus Cœnobii Monialium S. Luciæ, & alterius ſub S. Urſulæ titulo, conſignantur initia, uti lib. IX. fuſius dicemus. Jamvero exauthorato Mauro Epiſcopo, quòd Comiti Capreræ adhæſiſſet, Blancha rem ſolicitante, Monachi unanimi voto Thomam de Aſmari Cathedralis Eccleſiæ Priorem, nonis Februarii, in Pontificem delegerunt, de quo lib. XII. Anno MCCCCXI. celebratam hanc Thomæ electionem tradit Groſſus; Verum, quum non ante ejuſdem anni finem Catana in Blanchæ poteſtatem, Sancii operâ, redierit, de Februario Indict. V. intelligendus, qui anni initium ab Januario repetentibus eſt MCCCCXII. ſecundus menſis.

(a) *Annal. Arag. lib.* 42.

FINIS LIB. VI.

CA-

CATANÆ ILLUSTRATÆ

LIBER SEPTIMUS, ET OCTAVUS.

Ad Illuſtriſſimum ejuſdem Urbis Senatum.

D. Joſephum Aſmundum *Ciſiræ Baronem Patritium.*

D. Thomam Tedeſchium *SS. Annunciatæ Baronem.*

D. Franciſcum Paternionium, & Amicum.

D. Joſephum Agathinum Paternionium *Sigonæ Baronem.*

D. Petrum Amicum *S. Annæ Comitem.*

D. Petrum Moncadam.

D. Franciſcum Tedeſchiũ *Tuſcani, & Villæ-allegræ Baronẽ.*

Senatores.

D. Joannem Baptiſtam Paternionium *Syndicum.*

LIB. VII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER VII.

CAPUT I.

CATANA SUB CASTELLANIS AB ANNO MCCCCXII. AD MCCCCXLIV.

Anno Xpi 1412 I. COmpoſitis Legatorum operâ diſſidiis, coram Regina Blanca Regni Vicaria Catanæ, ubi illa ſedem fixerat ſuam, Siculi Proceres, fidei ſacramento interjecto, Regi Ferdinando ſeſe obſtrinxere. Tum Andream de Caſtello Equitem Catanenſem in Hiſpaniam Blanca ad eumdem legavit, qui Thomam de Aſmari, ejecto Mauro, in Pontificem ab ſe deſignatum nunciaret. Addidit & Catanenſis Senatus ſupplices ad Regem literas Thomam commendantes; reſcripſitque nedum Blancæ, geſta per eam confirmans, Ferdinandus, urbiſque Senatui, & Adminiſtris, ut Thomam in Epiſcopum ſuſciperent, eique obſequerentur, ſed ipſi etiam Electo, cui operam ſuam ad Apoſtolicam confirmationem impetrandam, apud Romanum Pontificem ſpopondit datis Barcinonæ literis xv & xiv Januarii ejuſdem anni MCCCCXLI; in quibus ſeſe Aragoniæ, & Siciliæ Regem appellat, eaſ-

(a) Cat. Sacra §45. f. 181. que integras penes Groſſum habes (a) Hinc quam Ann.
malè audiat Pirrus clariſſimè liquet, dum in annum MCCCCXIV Ferdinandi in Sicilia dominatum 1412
(b) Chron. Reg. Sicil. f. 88. reiicit. (b) Subinde Catanæ civibus Blanca Regni Vicaria, ut poſſent in unaquaque Siciliæ Urbe Conſulem ſibi deligere conceſſit, penes quem eorum ſinguli in *Civilibus* convenirentur. Extat in Senatus Archivo Conſulis in Urbe Panormitana electio anno CIↃCCCCXXII, ut etiam in Opido Leucatæ.

II. Anno MCCCCXIII quinto Kalend. Decembris Maurus Catanenſis Pontifex coram Benedicto XIII. Pſeudo Pontifice Præſulatu ſe abdicavit, atque ad ejuſdem partes tranſiit, verum priſtinæ ab eo dignitati reſtitutus, diu pro Epiſcopo Catanenſi ſe geſſit. Interim Siculi legatione ad Regem adornata, ut alterum è ſuis filiis, quem Principem ſibi adſciſcerent, tranſmittere dignaretur, enixius poſtularunt, aut ſaltem Fridericum Aragonium Lunæ Comitem Martini Junioris ex Torſia nobili Pollice Catanenſi filium cunctis dilectum Siciliæ Regem conſtitueret. Diſplicuiſſe Ferdinando Siculorum legationem, tradit Surita (c) Joannem nihilominus Pignafielis, ac Montisalbi ducem filium ſecundo natum, qui pro Rege Inſulæ præeſſet, in Siciliam tranſmittere decrevit. Per hæc ipſa tempora Blanca in Opido Paternionis verſabatur, è quo ſæpius ad S. Mariæ de Licodia Benedictinum Cenobium permeabat, turmiſque adjuncta Monachorum, rei divinæ diu, noctuque aderat, ut ejuſdem Monaſterii Chronicon enarrat, atque alibi me ſcripſiſſe memini. Illius denique privilegia, ac libertates confirmans, Monachis præclarè conſuluit. Quum porro ab adventu Joannis Regii Infantis

(1413 and 1414 in right margin)

Regni

Ann. Xpi Regni præfectura fuerit illi abrogata, à Rege Navarræ in patriam evocatur.

1415 III. Scindebatur interim Catanenſis Eccleſia, acreſque Clerum inter, & Monachos Cathedralis Baſilicæ Canonicos controverſiæ emerſerant, Monachis Thomæ adhærentibus, Clero autem Mauri, qui legitimo Pontifici ſeſe denuo addixerat, partibus ſtudente. Hinc Senatus literas ad Martinum de Turribus Apoſtolicum delegatum, atque Epiſcopatus Adminiſtratorem per Romanum Pontificem conſtitutum dedit, ut Nicolaum Rizzari Presbyterum ſęcularem à Præſule Mauro Generalem Vicarium deſtinatum confirmaret, idque fore civibus omnibus acceptum teſtatus eſt. In his autem literis Antonii de Incaudos, qui & ipſe Summi Pontificis authoritate Catanenſis Eccleſiæ Adminiſtrationem geſſerat, fit mentio. Thomas igitur, quum conſecrationis inſignia nuſquam ſuſcepiſſet, ſchiſmate etiam ejurato, coram laudato Martino ab Epiſcopali dignitate ſe abire profeſſus priſtinæ Prioratus dignitati reſtituitur, atque octingentis florenis annuis ex cenſibus Eccleſiæ ad condecentem honoris, & familiæ ſubſtentationem donatur. Nuncium etiam ſubinde muneri remiſit & ipſe Maurus; hinc Monachi in Generalem Vicarium eumdem Thomam deligunt, ac Romani Pontificis authoritate electionem confirmandam curant. Subdit Abela (a) *annuam ſibi penſionem*, ut ajunt, Maurum reſervaſſe, idque anno MCCCCXX ex Martini V. Pontificis decreto; ſed jam ante triennium Joanni de Podio Catanenſis Eccleſia fuerat commiſſa. Eccleſię Melitenſi reſtitutum eumdem Maurum tradit noviſſimè Cianter (b) in Catalogo Melitenſium Pontificum, Martini V. authoritate

(a) *In Melita Illuſtrata lib. 3. fol. 312*

(b) *Apologia de Appulſus Pauli Melitā*

thoritate ex diplomate dat: Florentiæ XII. Kal. Septem: Pont. anno III. Confundit ergo Abela Catanenſis Eccleſię dimiſſionem cum nova ad Melitenſem Cathedram aſſumptione. Subinde Thomas noſter S. Mariæ de Foſſanova in Agrigentina Diœceſi anno MCCCCXVI Abbas renunciatur. Ann. X 1416

IV. Hoc ipſo Anno in demortui Ferdinandi locum Alphonſus Aragoniæ, ac Siciliæ Rex conclamatus, Infanti Joanni, qui ſeſe ad reditum in patriam comparabat, perſcripſit, ut ab Siculis Fidelitatis Sacramentum repeteret. Die igitur nona ante Kalendas Junii Procerum Conventum Infans Catanę in Arce Urſina coegit, atque ingenti lętitia novi Regis inaugurationem celebravit. Tum ut ejuſdem fratris obſequeretur votis, qui illum ad nuptias cum Blanca Caroli filia Regni Navarrę tunc Hærede contrahendas vocabat, è Sicilia ſolvit, Dominico Ram Leridę Epiſcopo, ac Antonio de Cardona Siciliæ Regentibus Catanę relictis. Per idem tempus Sancius Ruiz Inſulę Talaſſiarcha diem obiit, ac in ſacra æde Carmelitarum Catanenſi, quam bonis auxerat, ſepeliri mandavit. Tunc etiam Area, ubi qualibet hebdomada Die Lunę publicę, ac ſollemnes nundinę cogebantur, dirutis aliquot ædificiis in ampliorem formam fuit redacta, ut ex Senatus Tabulis eruo.

V. Sequenti anno Eccleſiæ diuturno ſchiſmate laboranti pax reddita, legitimuſque Romanus Pontifex Martinus V. in Conſtantienſi Concilio creatus fuit, qui ad noſtram ſuo ob Mauri renunciationem paſtore viduatam Joannem de Podio Ordinis Prædicatorum Generalem Magiſtrum, atque olim Ferdinando Regi à Conſcien- 1417

tiæ

Ann. Xpi 1417 tię ſecretis aſſumpſit. Fuit quoque Joannes eidem Martino à confeſſionibus, & Apoſtolicus in Sicilia nuncius, ac inter Concilii Patres aſſedit, ad quos in ultima Seſſione verba fecit, ut Acta teſtantur: *Reverendus Pater Joannes de Podiomitis Epiſcopus Cathanienſis, Frater Ordinis Prędicatorum, Sacræ Theologiæ Profeſſor de mandato Domini noſtri Papæ Martini, ex conſenſu sacri Concilii, ut aſſeruit, ambonem aſcendit, & fecit collationem, aſſumendo pro themate hæc verba Joannis* 16. *videlicet: Vos nunc triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum* (a) Alphonſo etiam Regi apprime charus, atque à Conſiliis ad Beneficia Eccleſiarum Aragonię, & Sicilię obtinenda, ac ſi gentilis eſſet capax ſpeciali privilegio declaratur pridie Idus Auguſti MCCCCXIX. Tum ad tuenda Eccleſiæ ſuæ jura converſus, ut *Patricius, Judices, ac ſinguli Urbis Catanæ Officiales* antequam Magiſtratum inirent, in Epiſcopi manibus de Eccleſiæ libertate illęſa conſervanda, quemadmodum *ab immemorabili* conſueverant ſacramentum præſtarent, ſcriptis Catanâ XVI. Kalend: Novembris MCCCCXX. ad Regni Præſides literis enixius poſtulavit, atque ad votum obtinuit.

(Margin: 1418, 1419, 1420)

(a) *Tom. 7. Conc Binii f. 1129.*

VI. Inter hæc Januenſes, dudum neceſſitudinis vinculo, mutui commercii occaſione, Catanenſibus conjuncti haſce ad eos literas dederunt: *Magnifici Amici noſtri chariſſimi. Quæſivimus continuè treguam cum Rege Aragonum, quam obtinere nullatenus valuimus. Itaque quoniam diſpoſitus eſt idem Rex contra nos guerram movere, vellemus ſcire, ſi vultis nobiſcum in pace, vel in guerra vivere, & utrum Januenſes noſtri poſſint liberè, & impunè, adveniente caſu dictæ*

guerræ,

guerræ, in terris veſtris mercari, & diverſari, pro ut ſoliti ſunt. Et ſperamus, ut poſſimus nobis conſulere; & propterea rogamus amicitiam veſtram, quatenus quam citius fieri poteſt ſuper hoc placeat per literas veſtras nobis mentem veſtram, & animum aperire, paratis ad univerſa vobis grata obſequia. Dat: Januæ VI *Februarii. Thomas de Campo Fregoſo Dei gratia Dux Januenſis &c. Et officii Proviſionis maris Januę. Magnificis Amicis noſtris chariſſimis Concilio de Univerſitate Catanię.* Hinc ut cautius agerent noſtri, tranſmiſſis hujuſmodi Epiſtolis ad Antonium de Cardona, & Ferrantem Velaſcum Regias Vices in Sicilia gerentes, Panormitanos nihilominus conſulere decreverunt hiſce verbis. 1420

VII. *Viri nobiles, & chariſſimi tamquam Fratres. Occurrit nobis in mente illud vulgatiſſimum, quod dici ſolet, videlicet: melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt vulneratam plagam remedium quærere. Hinc eſt, quod his diebus quaſdam à Duce Civitatis Januæ literas recepimus, cujus continentia in effectu hæc eſt; quod Januenſes ipſi treguam à Sereniſſimo noſtro* Rege *quærentes, obtinere nullatenus valuerunt; imo ipſe Dominus* Rex *contra eos guerram movere, paratus videtur. Qua de re Januenſes ipſi ſcire petunt, utrum nos cum eis in pace, vel in guerra vivere velimus. Cum nos enim attendentes, quod circa hoc, & utilitas, & incommodum non parvum* Regni *hujus commune verſatur, ſuper eam ardua re deliberavimus, ut detur hoc conſulere, & una vobiſcum honore, & beneplacito* Regio *ſervato, hanc iſtam rem agere, videlicet communicato conſilio inter nos, & vos, ac certas hujus* Regni *principales Univerſitates Sereniſſimo* Rege

minus

Anni Xpi. *minus imbecillitate aliquorum locorum* (Hìc de-
1420 eſſe aliqua videntur) *quę in hoc* Regno *turboni-
bus laniato, jam ſunt, ac commoditatem, quam
Januenſium converſatio in hoc* Regno *proſit com-
muniter, & ipſi Domino* Regi *non modicum uti-
litatis emanat, quod Dominus ipſe* Rex *digne-
tur clementer, & velit Januenſes ipſos hoc in*
Regno *converſari tutè, & mercari ut hactenus
conſueverunt liberè poſſe. Quo circa vos attentè
rogamus, quatenus his conſideratis, & aliis, quæ
vobis occurrent meliora, placeat maturè delibe-
rarè, & deliberatè nobis ſuper hoc, & mentem
veſtram, & conſilium declarare. Etenim certi
ſumus, quod noſtra, ac veſtra facta abſque du-
bio peragetis: Inſuper vos adviſatos facimus, quod
magnificis Dominis Viceregibus ſcripſimus jam nos
dictas literas recepiſſe, ſupplicantes eis, quod ſu-
per hoc nobis, quod, & quale reſponſum dicto Du-
ci facere deberemus, reſcriberent;* Et *pro majori
hujus rei declaratione magnificis Dominis eiſdem
dictas literas originales miſimus, quorum copiam
vobis mittimus præſentibus intercluſam, ut me-
lius deliberare poſſitis. Scripta Cataniæ* 1420.
Quid porro actum exinde fuerit, tabulæ, unde,
has exſcripſimus non indicant.

VIII. Redux è Corſitano bello Alphon-
1421 ſus Rex anno CIↃCCCCXXI. in Siciliam venit, *ac
primo Panormum menſe Februario*, inquit no-
ſtrum Siculum Chronicon, *tum terreſtri itinere
Meſſanam adiit, quò Siculi Proceres, Præſuleſ-
que, atque Urbium Legati convenere, de quo bel-
lo Andagavenſi Duci inſerendo, qui Neapolitano
Regno inhiabat, & ſuppetiis Joannæ Neapolis Re-
ginæ miniſtrandis mature egerunt*. Comitia hæc
Panormi ab Alphonſo celebrata Pirrus, & alii
ſcri-

Ann. Xpi. 1421. Regibus, aut eorum Vicariis urbem noſtram adeuntibus, Catanenſes Legati occurrere conſueſcant, ac Senatus vice Civium obſervantiam, fidemque obteſtentur.

IX. Neapolim Rex profecturus, ſcriptis Meſſanæ literis XVII Kalend: Julii, Joannem de Podio Catanenſem Pontificem, Nicolaum Caſtaneam, & Arnaldum Rogerium Regni Vicarios conſtituit, tum XII Kalend: ejuſdem Joannis precibus inclinatus, *ipſum, ejuſque ſucceſſores, Eccleſiam Catanenſem, ac illius Monachos, familiares, ſubditos, & eorum bona, Advocatos, Procuratores, ac negotiorum Geſtores, Grancias, Feuda, Domos, Molendina, redditus, cenſus, ac proventus ſub Regia protectione ſuſcepit, ita quod nullus, cujuſvis gradus, & prerogativæ exiſteret, valeret illos, aut illa, ſub quovis prætestu moleſtare; & quod Epiſcopo ſervaretur juriſdictio Eccleſiaſtica, & tandem, quod impetrantes literas Civilitatis Catanæ nullum Eccleſiæ, aut juribus Dobanæ inſerrent præjudicium.* Habes Alphonſi literas in Summario Privilegiorum Eccleſiæ Catanenſis, quas male cum aliis ſequenti anno exaratis confundit Pirrus. Compoſitis Siciliæ rebus, Rex magna illuſtrium virorum manu Neapolim enavigavit; *Nam præter milites*, inquit Fazellus (a) *navaleſque ſocios, quorum ingens fuit numerus, ad mille & quingentos, tum equeſtris ordinis viros, tum proceres, partim ex ulteriori, citeriorique Hiſpania, partim ex Sicilia ſecum tranſvexit.* Ubi à Regina Joanna maximo plauſu exceptus, in filium adoptatur, Regnique Neapolitani conſors adligitur. Dum porro ibidem verſaretur, Nicolaum de Paternione Patritia gente natum, Regium Catanæ Secretum, ejuſque ſucceſſores inter Conſiliarios Regios adſcripſit. En diploma.

(a) Dec. 2. lib. 9.

X. *Alphonſus &c. Pro parte Univerſitatis Civitatis Catanæ fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut Secretum Civitatis ipſius de noſtro Conſilio, & noſtrum Conſiliarium creare, & facere deberemus ad honorem Civitatis ipſius, & dignitatem Secretii ejuſdem; Nos autem ejus ſupplicationibus inclinati, attendentes, quod præfata Civitas inſignis eſt, & in honore concurrit cum nobili Civitate Meſſanæ, & cum Felici Urbe Panormi, præſentium tenore ſtatuimus, & ordinamus, quod ex tunc in antea in perpetuum Secretus prædictæ Civitatis Catanæ ſit de noſtro Conſilio, & noſter Conſiliarius, & modo aggregetur; quapropter vobis, & cuilibet veſtrum tam præſentibus, quam futuris dicimus, & mandamus, quatenus, & Secretum dictæ Civitatis Catanæ, & ſignanter nobilem Nicolaum de Paternione præſentem Secretum in Conſiliarios Regios habeatis, eoſque faciatis illis honoribus, dignitatibus, & prærogativis uti, & habere, quibus Regii Conſiliarii utuntur, & habent; eoſdem honorabiliter, & favorabiliter pertractantes. Datum in monte S. Elini prope Cajetam ſub noſtro ſigillo communi negotiorum Siciliæ die 29. Auguſti Anno Incar. Dom. 1422.* Egit apud Regem urbis noſtræ partes Gualtherius Paternionius, ab eodem Neapolim deductus, atque in familiarem, & Conſiliarium adſcitus, Romamq; demum ad Pontificem una cum aliis Legatis tranſmiſſus; ut ex diplomate in Tabulis Cancellariæ exſcripto eruimus (a)

Anno Xpi. 1422.

XI. Præclarè etiam religioſiſſimus Princeps Catanenſi Eccleſiæ conſuluit, datiſque in Caſtro Regali Averſæ literis VII. Kalend: Octobris ſuos Adminiſtros admonuit, *ut gratias per Regem ipſum factas, aut in poſterum faciendas, cuicumque perſonæ,*

(a) *Ad An.* 1428 *fol.* 76.

Anno Xpi. 1422. *perſonæ, & Civilitatis Catanæ privilegia nonnullis conceſſa intelligant, nullo juribus Catanenſis Eccleſiæ præjudicio generato.* Integrum diploma

1423. recitat Groſſus (*a*) nec ſecus Romanus Pontifex Martinus, x. Kalend. Junii ſequentis an. MCCCCXXIII. perſcriptis ad Syracuſanum Præſulem literis præcepit, ut bona Catanenſis Eccleſiæ, vel uſurpata, vel malè alienata revocanda curaret. Tunc Acis Opidum vindicaſſe Joannem Catanenſem Pontificem, ſcribit Pirrus, è Ferdinandi Velaſci manibus, cui poſt Artalis Alagonæ defectionem fuerat à Martino collatum; ſed ex Tabulis Catanenſis Senatus Acim à Velaſco Infanti Petro dono datum legimus anno MCCCCXXI. Hinc idem Senatus literas ad Infantem dedit, eique gratulatus, ſuos commendavit Cives. Hi enim Acis etiam Privilegiis cohoneſtati tamquam ejuſdem Opidi gentiles habebantur. Acim ergo ex Infantis renunciatione noſter Pontifex aſſequutus, Eccleſiæ ſuæ reſtituit. Per idem quoque tempus, opera Antonii de Alexandro viri Patritii Catanenſis Legati ampliſſimum *Curiæ Primarum Appellationum* urbs noſtra obtinuit Privilegium, eoque præſtita rependere Catanæ civibus ſervitia Rex profitetur. En illud:

(a) Cat. Sacra §. 46.

XII. *Alphonſus &c. Illorum ſupplicationes liberali animo exaudimus, quorum ſervitia, & innata fidelitatis ſinceritas apud noſtram Majeſtatem gratiarum bene meritis repræſentant, ipſiſque eorum obſequiis penſatis, laudabiles præeminentias tribuimus. Præſentis itaque Privilegii ſerie notum fieri volumus univerſis, tam præſentibus, quam futuris, quod præſens coram Nobis, noſtræq; majeſtatis conſpectu dilectus noſter Antonius de Alexandro de Catania Syndicus, & Ambaxiator*

dictæ Civitatis Catanæ, nomine, & pro parte Civitatis ipſius, Nobis ſupplicavit, ut eidem Univerſitati Curiam Primarum Appellationum, juxta uſum, formam, conſuetudinem, & preeminentiam, ac ſub eadem forma Privilegii nobilis Civitatis Meſſanæ, cum omnibus juribus, præeminentiis, honoribus, oneribus, & pertinentibus, elargiri, & concedere benigniter dignaremur. Nos verò attendentes juſto libramine, compenſatis magnis, & arduis ſervitiis Univerſitatis Civitatis ipſius Catanæ Prædeceſſoribus noſtris, atque Nobis multitudine preſtitis, queve præſtant ad præſens, & in futurum præſtare ſperamus, dante Domino; Eidem Univerſitati Curiam Primarum Appellationum, cum omnibus, & ſingulis juribus, præeminentiis, honoribus, favoribus, commoditatibus, prerogativis, & oneribus ſuis juxta morem, conſuetudinem, & formam Privilegii dictæ nobilis Civitatis Meſſane de certa noſtra ſcientia, & cum deliberatione noſtri Conſilii, ac liberalitate noſtra gratioſè concedimus, elargimur, & impartimur. Itaque dicta Univerſitas, & ſinguli Cives ipſius Civitatis Catanæ eadem Curia Primarum Appellationum cum omnibus juribus, ut ſupra, juxta formam prædictam, uti valeant, & gaudere poſſint. Volentes, & promittentes ad uberiorem eorum gratiam, quod Judex Curiæ prædicte Primarum Appellationum eligatur, & eligi debeat anno quolibet per Scrutinium juxta formam Officialium aliorum annualium predicte Civitatis, per Nos dictæ Univerſitati, dum in eodem Regno Sicilie fuimus, indultum, & conceſſum. Propterea nobili, & dilecto Conſiliario noſtro, Nicolao de Speciali militi Viceregi noſtro, Magiſtro Juſtitiario, Judicibus magne noſtre Curie, ceteriſque univerſis,

Anno Xpi. 1423. *verſis, & ſingulis Officialibus, & perſonis aliis dicti Regni Siciliæ, quacumque authoritate, & dignitate fulgentibus, præcipuè Capitaneo, Patricio, Judicibus, & Juratis Civitatis ipſius Catanæ, vel officialium ipſorum locumtenentibus, tam præſentibus, quàm futuris expreſſe mandamus, quatenus attenta per eos, vel quemlibet ipſorum diligenter forma Privilegii præſentis, ipſum juxta ſui ſeriem pleniorem, ac omnia, & ſingula in eo contenta obſervent firmiter, & exequantur, omni dubio, contradictione, & conſultatione remotis &c. Datum in Caſtronovo Regali Neapolis die 20. Auguſti Anno à Nativitate Domini 1423. Regnique noſtri octavo.*

XIII. Ex quo quidem diplomate, colligo, *Scrutinii*, vulgo *Buſſoli*, Privilegium ab Alphonſo, quum hic in Sicilia verſaretur an. MCCCCXXI, Urbi noſtræ communicatum, inde originem duxiſſe, aut tunc primum Regia authoritate firmatum. Subinde oblatas ab Antonio legato Leges ad maleficiorum Quæſitoris, vulgo *Juſtitiarii*, ſeu *Capitanei* munus ſpectantes Princeps optimus XI. Kalend. Septembris firmavit. Quas inter illa præcipua, ut id officii à Viro inter urbis Patritios, Regioſque Equites adſcripto, Catanæ oriundo, vel ob ductam Cataneníem uxorem Civis privilegio donato, per integrum tantum annum exerceatur. Tunc enim *Scrutinii* conſtitutiones reformatas pridie Kalend. Novembris Meſſanæ à Regni Vicariis Joanne de Podio Catanenſi Pontifice, ac ſociis legimus, quæ mox III. Idus Novembris Catanæ executioni mandantur. Hoc ipſo denique anno peſtilentiali lue urbem noſtram per menſes aliquot laboraſſe invenio, mox verò, extincto morbo, liberatam.

Anno

XIV. Anno MCCCCXXV menſe Auguſto Petrus Infans Nethi dux, ac Regni Vicarius ab Alphonſo Fratre conſtitutus, *Neapoli Meſſanam*, ut habet ſepius laudatum Siculum Chronicon, *die* XIV. *Auguſti*, *claſſe vigintiquinque triremium inſtructus, appulit, inde Syracuſas die* XX. *ejuſdem contendit, unde Catanam, comportandę annonę gratia, triremes aliquot tranſmiſit; trajectumque in Africam paravit, ac Nicolao Speciali provincia commendata, die Mercurii* XXX *Auguſti è Syracuſano portu ſolvit. Sub idem porro tempus domeſticam ſupellectilem, ac Lucretiam quamdam Neapolitanam, quę illi in deliciis erat, ſub fida cuſtodia ad Arcem Urſinam deſtinavit. Nec diu Joannes Vigintimillius Jeracii Comes magnus Sicilię Ammiratus, militari gloria ſatis clarus, qui Infantem Syracuſas uſque ſequutus fuerat, Catanam venit, atque in ędibus Franciſci de Bonifacio aliquandiu ſubſtitit, indeque Jeracium menſe Septembri ſe contulit*. Hæc autem alibi non leges: Fermè enim Hiſtorici Infantem Petrum ab Alphonſo Fratre Neapoli relictum in Caſtro novo per idem tempus Aragonenſium partes, fortunamque diu propugnaſſe ſcribunt. — *Anno Xpi 1425.*

XV. Et ſane ad XII. Kalend. Julii egiſſe Infantem Neapoli non inficiar; At quum Regia Alphonſi claſſis vigintiquinque triremium ſub Friderici Aragonii, Lunæ Comitis, Martini Junioris filii præfectura è Catalonia ſolvens, ut Surità ſcribit (*a*) per Januenſem oram aliquandiu prædabunda navigaſſet, teſte Joanne Stella (*b*) indeque Neapolim appuliſſet, urbem miſſilibus exagitavit, à civibus viciſſim leviter, & ipſa damnis affecta. Hinc hoſti potentiſſimo ſeſe viribus imparem Infans agnoſcens, Caſtri cuſtodia ſuis commiſſa,

(a) *Ann. Arag. lib.13.cap.39.*
(b) *Ann. Januenſ. ad an. 1424.*

Anno Xpi 1425. miſſa, claſſem conſcendit, atque in Siciliam tranſmeavit, ut Neapolitani Diarii Author memorat, (a) ac noſtrum Chronicon tradit. Quamvis Surita in Piſanum portum Infantem commigraſſe, eumque Januenſi Fregoſorum familia fœdera iniiſſe ſcribat, ac de Africana expeditione ne verbum quidem ingerat.

XVI. *Itaque*, proſequitur Chronicon, *feliciſſimo interim curſu Claſſis Melitam appulit, quo cum reliquis navibus Fridericus Aragonius Lunæ Comes Infantem convenit, collatiſque conſiliis, die Dominico* x *Septembris in Gerbarum inſulam trajiciunt, quam, ubi munitiſſimam advertunt, deſperata expugnatione, proximam invadunt à Chercanis tunc dictam, Cercinam, ſeu Cercinnam, factaque exſcentione claſſarios milites exponunt. Verum Saraceni ſubito impetu primas acies in fugam agunt, quibus Infans, & Fridericus opportunè ſuccurrunt. Hinc inſtaurato prælio Barbari funduntur, ac ter mille quadrigentos circiter ex iis captivos noſtri in claſſem adducunt; ſeptingenti verò gladio confoſſi deſiderantur. Decimo poſt die præda onuſti in continentem terram tranſmittunt; ſed Tunetani Regis ingentes copias, quibuſcum ille in littore ſeſe oſtentabat, veriti, Fecialium miniſterio Infans, & Fridericus cum Rege congrediuntur, mox etiam utriuſque partis milites amicè conveniunt, adeo ut Saraceni naves conſcenderent, Claſſarii verò in caſtra ſeſe conferrent. Poſt mutuam colloquutionem Principes à Rege variis muneribus donati, ex Africæ littore ſolventes, Melitam enavigant, inde Syracuſas die Sabati* XIII *Octobris appellunt. Ex ea urbe Nethum Infans Petrus, Fridericus vero die* XVIII *ejuſdem Catanam venit circa primam noctis horam, ac mane*

facto

(a) Inter Script. Rerum Italic. tom. 21.

facto, in majori Templo Sacro interſuit à Nuzzo de Tortone Sęculari Presbytero celebrato, tum B. Agathę reliquias, adſtante Epiſcopo Joanne, ſummâ reverentia exoſculatus, urbe exceſſit, ædeſque ſuburbanas Guillelmi Anſalonii ſubiit, ubi diebus aliquot ſubſtitit. Ann. Xpi. 1425.

XVII. *Eodem anno, ac menſe die* XXV *ejuſdem circa* XXIII. *horam Infans Petrus ex Oppido Nethi redux Catanam ex Acis porta ingreſſus, in arcem Urſinam ſeſe recepit; ſequenti vero ad S. Agathæ Eccleſiam procedens, miſſæ ſacrificio in Altari de Grada reverenter adſtitit, ac ſacra ejuſdem B. Virginis Agathæ lipſana veneratus, domum rediit. Die prima Novembris una cum Friderico de Aragonia nuptiis interfuit ſollemni pompa in eodem Templo celebratis inter filiam Joannis Raymundi, & Comitem de Quatro Caſtri Urſini Pręfectum. Equeſtres dehinc ludos vidit in area mercatus Lunaris ab Equitibus Aragonenſibus, Catalanis, & Siculis exhibitos, quos inter ex Catanenſibus Patritiis luſere Antonius de Aſmari, Conradus Caſtelli, Georgius Munſone, & Navarrus. Sexta die ejuſdem menſis Infans diſceſſit, ac terreſtri itinere Panormum, mox Drepanum ſe contulit, unde in Sardiniam cum claſſe tranſmiſit. Die tandem* XXVI. *Fridericus, & ipſe Catanâ Drepanum contendit; Nec diu poſt una cum Matre Tarſia Catanenſi, ſecum equos generoſiſſimos quadraginta, quorum aliquot emerat, aliquos vero dono acceperat, in Cataloniam deferens, in Patriam navigavit.* Huc uſq; manuſcriptus Codex.

XVIII. Per idem tempus Nicolaus Specialis Infantis vices Catanæ gerens, urbis regimen variis ſanctionibus compoſuit, ut ad munia nempe minores XXIV annorum aſſumi non poſſent;

legeſque

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1427. legeſque hac in re *Scrutinii* reformavit. Ut maleficiorum Quæſitor, vulgo Capitaneus, non ultra dies viginti urbe abeſſet, neve alium ſubſtitueret, atque id genus alia edidit. Quum porro Berlingherius Bardaxi Aragonenſis Eques Caſtri Urſini præfectus (Hic alterius Berlingherii Aragoniæ *Juſtitiarii* filius fuit, ut Surita ſcribit) (a) id muneris, urbis nempe *Capitanei* à Rege exoraſſet, ac Senatus Catanenſis hoc adverſari Catanæ urbis privilegiis affirmaret, re cognita Nicolaus, Panormo ad Regem ſupplices direxit literas, quibus urbis noſtræ commendans merita, ejuſque oſtendens Privilegia, ne derogatum illis iret, anno MCCCCXXVII. exoravit, atque obtinuit. Denique quum contra eadem privilegia damnati aliquot ex Civibus ob gravia delicta, pœniſque debitis addicti in ſupremo magnæ Curiæ tribunali fuiſſent, idem Nicolaus ex eorumdem ignorantia id proceſſiſſe declarans, nullum fuiſſe illatum noſtris præjudicium, utque hujuſmodi ſontes ad Catanenſes Judices de cætero remitterentur, Panormi VIII Idus Junii ſanxit. Eodem menſe Catanæ Æs illud Campanum celeberrimum librarum 23750 pondo S. Agathæ ſacrum, rem maximè agente Petro Lambert, Joannis Pontificis Generali Vicario, fuſum eſt. Nec diù, Valentiæ in Regis aula degens Joannes ipſe, ab Alphonſo peculiare impetravit Privilegium, quo ſarta tecta Eccleſiæ jura Rex voluit, ſeque ejuſdem Patrocinium ſuſcepiſſe edixit pridie Kalend: Octobris.

(a) *Annal. Arag. lib.* 14. *cap.* 9.

1428. XIX. Sequenti anno Catanæ Senatores largâ munificentia ſibi etiam liberaliſſimus Princeps devinxit, quos in Regios Conſiliarios adſciſcens, iiſdem omnino favoribus, atque ornamentis affecit, quibus Jurati Patres Panormitani, ac Meſſanenſes honeſtabantur. En diploma.

Digitized by Google

Alphonſus &c. Volentes Vos fideles noſtros Juratos Civitatis Catanæ præſentes, & futuros honoribus in hac parte proſequi gratioſis, tenore præſentis Vos eoſdem Juratos, qui nunc eſtis, & futuros de certa noſtra Scientia Conſiliarios noſtros facimus, & creamus, aliorumque Conſiliariorum noſtrorum numero, & conſortio aggregamus. Volentes, & Vobis concedentes, quod gaudeatis, & gaudere poſſitis, & debere valeatis honoribus, gratiis, prærogativis, atque favoribus, quibus Jurati fœlicis Urbis Panormi, & nobilis Civitatis Meſſanę tamquam noſtri Conſiliarii gaudere ſunt ſoliti, atque debent. Mandamus igitur nobilibus, dilectis Conſiliariis, & fidelibus Viceregibus, & aliis Officialibus noſtris, & ſubditis in dicto Regno Siciliæ conſtitutis, & conſtituendis de dicta noſtra Scientia, & expreſsè, quatenus Vos dictos Juratos Civitatis Catanæ præſentes, & futuros in Conſiliarios noſtros habeant, teneant, atque tractent, ac ſinant, faciant, & permittant gaudere Privilegiis, immunitatibus, gratiis, & favoribus antedictis. In cujus rei teſtimonium præſentem fieri juſſimus ſigillo noſtro ſecreto munitum. Dat: in Civitate Valentiæ 20. die menſis Junii Anno à Nativitate Domini 1428. Rex Alphonſus. Exſcriptum hoc diploma in Regni tabulariis, qua occaſione à ſolutione jurium *Sigilli*, & *Regiſtri*, ut ajunt, immunes ex Proregis literis, Catanenſes cenſentur. Ann. Xpi. 1428.

XX. Triennio poſt Joannes de Podio Pontifex Catanenſis è vivis abiit, ejuſque loco alter Joannes de Piſcibus Patritia gente Catanæ ortus ex ordine Minorum aſſumitur. Joannem eo munere digniſſimum eruditio, juxta, atque eloquentia, in rebus gerendis dexteritas, vitæ demum, morumque innocentia reddidere. Emenſis pene omnibus 1431.

in

Ann. Xpi. 1432. in ordine honorum gradibus, Alphonſo Regi à ſecretis conſiliis, Eugenii IV. diplomate Romæ XI. Kalend: Decembris Pontificatus anno primo prævia Catanenſium Canonicorum poſtulatione inauguratur. Errat hinc Pirrus Joannem an. MCCCCXXVII. in Epiſcopum aſſumptum, ſcribens.

XXI. Interim Alphonſus compoſitis in Aragonia rebus, claſſe adornata, è Catalonia Calarim advectus, inde Meſſanam Junio menſe appulit. *Mox Sabato die* XII *Julii*, inquit Siculum Chronicon, *Meſſanâ ſolvens, die* XIII *hora* XIII *Catanam venit cum ſexdecim triremibus, reliqua claſſe Syracuſas tendente, atque per ligneum pontem opportunè juxta turrim Portus Pontani paratum exſcendens, pede ad Cathedralem Eccleſiam ſe contulit, ubi ſacro interfuit ab Epiſcopo Joanne de Piſcibus ad altare majus celebrato. Inde Sacra B. Virginis Agathæ lipſana veneratus extra majorem templi januam conſcenſo Adami Aſmundi equo, magna pompa, ac Civium plauſu ad arcem uſque equitavit, Antonio Rizzaro, Guillelmo Anſalonio, Nicolao Rizzaro, Joanne de Avola, Dominico Juvino, & Mazziotta Cortiſio Senatoribus pallium ſubſtentantibus; conſeditque Catanæ ad* XVII *ejuſdem menſis*. Qua quidem die literas dedit, iiſque Joannem Epiſcopum, ejuſque *Familiares, Adminiſtros, Subditos, Factores, Procuratores, Eccleſiam, Monachos, Bona, Grangias, Domos, Curiam, ab omni prorſus ſæculari juriſdictione exemit, ac Regii patrocinii clypeo munivit*. Habes illas apud Groſſum ex integro tranſcriptas. (*a*) Nec minori liberalitate Patriæ noſtræ decori conſuluit, dum reficienda, atque ornamentis concinnanda mandavit vexilla; quæ ex veteri more, ac privilegio, Magiſtratu per urbem procedente, diebus anni ſollemnioribus ante conſcriptos Patres efferebantur.

(a) *Cat. Sacra* § 47.

Digitized by Google

XXII. *Illuceſcēte die* XVIII, proſequitur Chronicon, *Syracuſas Rex contendit, ubi claſſe centum triginta navium adornata, Melitam* II *Auguſti Siculis Proceribus, ac nobilibus viris comitatus, enavigavit, quos inter Joannes Vigintimillius, Henricus Rubeus Calatanixectæ Comes, Bernardus Antonius de Cardona, Conradus Lancea, Bartholomæus de Joanne, & Joannes Romanus præcipui enumerabantur. E Melita in Meningem inſulam, vulgo Gerbarum, tranſmiſit, belloque Saracenis illato, pontem reſcindi juſſit, quo Inſulā continenti jungebatur; in hac dimicatione Joannem Ferdinandum de Eredia juvenem ſtrenuum Joannis Sortini Comitis filium amiſit. Tum contra Boſpherium Tuneti Regem centum ferme millibus militum inſtructum movit, atque ad multam diem ancipiti marte pugnando, tandem profligavit. Punica tamen fraude interceptus, quum Barbarus pacis fœdera, ac Inſulæ populationem multo auro ſe velle redimere dictitaret, deficiente noſtris commeatu, ſoluta inde claſſe, fœdè redire Alphonſus compellitur. Ut Melitam tenuit die* XXIII *Septembris naves aliquot Catanam ad annonam comportandam tranſmiſit, eaque ſatis abbunde accepta, inde Syracuſas remeavit, ex qua Procerum, & nobilium multitudo in urbem noſtram venit, qui Regis adventum præſtolabantur.* Ann. Xpi. 1432.

XXIII. Dum Syracuſis Alphonſus ageret, Eugenii IV Romani Pontificis legati illum conveniunt, teſte Surita, (*a*) qui ad fœdus contra Eccleſiæ hoſtes ſolicitant, atque indictum apud Baſileam Generale Concilium denunciant. Eò etiam & Reginæ Joannæ, ac Antonii Columnæ Tarenti Principis Feciales veniſſe idem memorat. (*b*) *Tum vero* (*c*) *die Mercurii* VIII *Octobris hora circiter* XIV *Alphonſus triremi vectus, Catanam*

(a) *Ann. Aragan. lib. 14. cap. 5.*

(b) *Lib. 14. cap. 9.*

(c) *Chron. m. ſ. Siculum.*

matu-

Ann. Xpi. 1432. *maturavit, ac portum Saracenum tenuit ad Canalottum; Inde Adami Aſmundi equo inſidens, ad princeps Templum venit, ſacro interfuit à quodam Fratre, è Minorum familia in altari de Grada celebrato; moxque in eiuſdem Baſilicę Sacrario Comitia habuit, quibus abſolutis, eques in arcem Urſinam ſe recepit. Eadem die hora* XXII *urbe exceſſit, ac maritimo itinere ad Brucę emporium, atque Auguſtam profectus, ibi per dies octo ſubſtitit; tum* XIV *eiuſdem menſis Catanam regreſſus, S. Agathę templum adiit, Petro Gilberto Benedictino Monacho ſacris operanti adſtitit, coactiſque in Sacrario cum ſuis Comitiis, Arcem repetiit, eademque die Meſſanam enavigavit; inde Mylas;* Tandemque præmiſſis ad Joannam Reginam Legatis, quos inter Joannes Baptiſta Platamonius Catanenſis, ac Provinciæ Regimini Adamo Aſmundo itidem Catanenſi, & Petro Felix admotis, in Iſclę Inſulam Rex cum claſſe trajecit, ibique hyemavit. Antequam vero Regno excederet, datis Meſſanæ literis VI *Kalend.* Novembris, ut Regia Curia per aliquod anni ſpatium Catanæ degeret, mandavit; Tum urbis Patritii publicos Catanę, ejuſque ditionis Tabelliones poteſtati ſubjecit.

XXIV. Interim Catanenſis Senatus *Conſuli* ſuo Meſſanę commoranti perſcripſit, ut Civem quemdam coram alieno Judice interpellatum, ad forum ſuum, juxta urbis Privilegia, revocandum curaret, ut ex Senatus Tabulis (*a*) eruo. Publico demum conſenſu, hoc ipſo anno S. Philippi Aream ad majorem urbis ornatum, civiumque commodum, lego ampliatam. Sequenti etiam ex Regio diplomate ſancitum, ut Catanę Magiſt. Notarius non niſi è cętu nobilium deinceps deligatur,

(a) *Ad An.* 1432 *fol.* 62.

gatur,

gatur, atque Maleficiorum Quęſitor, jus gladii habeat, ſeù *merum, & mixtum*, ut dicunt, *Imperium*, ut ex iiſdem Tabulis refert Baſilis{*a*} Re- Ann. Xpi. 1434.
(a) In Juliana Tabul. Senat. dux ex Italia Alphonſus prope anni finem, quum acres inter Pontificem Joannem, atque urbis Catanę adminiſtros de juriſdictione certantes, obortas eſſe controverſias intellexiſſet, amplum diploma Panormi III. Idus Decembris expediri mandavit, quo graviter Eccleſię jura impugnantes coercuit, ac ſarta tecta illius privilegia voluit. Exſcriptum illud habes apud Groſſum. Subinde Rex Regni totius Comitia generalia ibidem celebravit, legeſque ad optimum Inſulę regimen, ac Ritum Curię ſpectantes edidit. Tunc Patriæ Legatum egit Petrus Rizzarus, cujus opera oblata à Catanenſi Senatu *Capitula* Alphonſus confirmavit. Porro hęc inter alia ille efflagitavit: *Placeat Majeſtati Veſtrę providere, & concedere, quod Studium Generale fiat in Civitate Catanę; cum Civitas ſit ad hoc aptiſſima, & fertilis. Reſcripſitque Princeps: Placet, Panormi* 28. *Octobris* 1434. Tum poſtulanti, ut munus eligendi quoſdam Catanę Magiſtratus, *ad expenſas vitandas idoneę perſonę in* Regno *committeretur.* Reſpondit: Catanam urbem tota Inſulâ inſignem adeo ſibi cordi eſſe, ut nulli alteri hujuſmodi poteſtatem demandandam putaret. Denique, ut Acis opidi pręfectura uni ex Patritiis Catanenſibus deinceps contraderetur, Petrus efflagitavit, votique compos effectus, Regio cum decreto ad ſuos rediit.

XXV. Hoc ipſo anno ad Baſilienſe Concilium legatos ſuos Nicolaum de Tedeſchi Catanenſem Patria, Archiepiſcopum Panormitanum, Joannemque de Piſcibus noſtrum Pontificem Alphonſus miſit, quibus ſeſe comitem addidit Antonius

nius

Anni. Xpi. 1434. nius de Piſcibus Joannis Frater germanus inſignis ex ordine Minorum Theologus, qui eximiam Romanę Eccleſię, atque ipſi Eugenio operam tunc navarunt. Subinde contra Saracenos duxiſſe Alphonſum ejuſdem Pontificis hortatu nonnulli tradunt, ac per quinquaginta circiter paſſuum millia Africę oram populatum. Id citra dubium, per hęc ipſa tempora, Surita teſte (a) ex Hiſpania Joannem Navarrę Regem, Henricum S. Jacobi Pręceptorem, ac Petrum Infantem Nethi Ducem Alphonſi fratres in Siciliam trajeciſſe; ad quos Catanam cum Rege adventuros noſtri Nicolaum Paterniouum,& Nicolaum de Anſalone Legatos tranſmiſerunt. Igitur *die prima Fe-*

1435. *bruarii*, ut Siculum refert Chronicum, *Meſſana Catanam eques bora circiter* XXIII *Rex venit, ſtatimque ad Cathedralem proceſſit Baſilicam, ibique S. Agathæ reliquiis religioſiſſime adoratis, Urſinam Arcem adiit, atque altera luce exceſſit. Qua quidem die Joanna Neapolis Regina è vivis abiit, & cum ea illuſtris Gallorum progenies extincta eſt in Regno Neapolitano. Die* XVIII *ejuſdem menſis Sabato bora* XVIII *rurſus Catanam Alphonſus, & cum eo Rex Navarræ, magnus S. Jacobi Præceptor Henricus, & magnus Præceptor Alcantaræ navibus vecti remearunt, atque exſcenſione facta, ad majus S. Agathæ Templum reliquias veneraturi iter direxerunt. Inde Rex noſter in Arcem Urſinam, Rex Navarræ ad Epiſcopale Palatium, Præceptores in ædes Jacobi de Gravina ſeſe receperunt. Infans vero Petrus Nethi ſubſtitit. Et die altera Rex in agrum Catanenſem, vulgo Planitiem, damis, apriſque ſatis frequentem, venandi gratia contendit, rediitque die Lunæ* XXI *menſis. Poſt triduum bora circiter* XX *Infans*

(a) Lib. 14. c. 17

Digitized by Google

fans Petrus Catanam appulit, à Gabriele de Falco domi exceptus. Die Sabati Nicolaus Specialis olim Siciliæ Prorex ex urbe Neapoli ad Regem venit. Hic denique die ultima Februarii Meſſanam iter contendit, & cum eo Rex Navarræ, Infans Petrus, & Henricus S. Jacobi Præceptor; quumque prope Maſcalarum opidum eſſent, damarum venationi diem integrum dedere. Mox die Mercurii 11 *Martii, in quem eo anno incidit Quadrageſimæ initium, Triremes octo Catanæ portum ſubiere; hinc ſequenti Præceptor Alcantaræ Meſſanam, & ipſe cum iiſdem triremibus ſe contulit.*

XXVI. Ex quibus eruo Africæ expeditionem animo conceptam forte ob auditam Joannæ Reginæ mortem diſtuliſſe Alphonſum; Hac enim ex cauſa in Regnum illud evocatus, claſſe invectus contra Cajetam movit. Nec diu, navali prælio victus, una cum fratribus Joanne, & Henrico, aliiſque Proceribus Mediolanum ab Januenſibus captivus adducitur. Petrus verò Infans, qui ſolus è pugna incolumis evaſit, Panormum ſe retulit, ubi Regni Comitia coegit ad Alphonſi fratris redemptionem procurandam, elegitque Catanenſis Senatus, qui Comitiis intereſſent, Antonium Alexandranum, virum Patritium, ac Bartholomæum Juenium, è Conſcriptis Patribus unum, quos Panormum delegavit. Scripſit porro Eugenius Romanus Pontifex Communi, ac Univerſitati Catanenſi in hæc verba: *Eugenius Papa* IV. *Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum per has dies Nobis eſſet renunciatum de caſu chariſſimorum in Chriſto filiorum Regis Aragonum, & Regis Navarræ, & dilecti filii nobilis viri Henrici, germanorum, graviter id quidem, & moleſte tulimus, taliumque, & tantorum Principum ſiniſtram miſe-*

rati

Digitized by Google

An. Xpi. 1435. *ratii ſumus ſortem, ut qui hactenus ſumma cum gloria, & laude plurima ſimul, & ſeorſim ſinguli tam bello, quàm pace feliciter geſſerunt, nunc uno, eodemque momento ſimul in aliorum poteſtatem captivi devenerint; Sed humanarum rerum conditionem conſiderantes, quæ cum ſuaptè natura fluxæ ſint, & caducæ, numquam eodem loco poſſunt conſiſtere, animum mæſtitia levavimus; idque à vobis faciendum cenſemus. Cęterum quia eoſdem in proſperitate dileximus, in hac adverſitate etiam pro ipſorum liberatione quidquid Nobis in dies poſſibile videbimus fore, operabimur. Interea debebit veſtra devotio conſervationi, & cuſtodiæ illius noſtræ Inſulæ Siciliæ pro Rege veſtro vigilanter inſiſtere. Ad quam rem si noſtra auxilia quovis modo utilia, aut neceſſaria viderentur, Nos confidenter requirere debebitis, quos promptos, paratoſque invenietis. Datum Florentiæ apud S. Mariam Novellam ſub annulo noſtro ſecreto die 23. Auguſti* MCCCCXXXV *Pontificatus noſtri anno quinto.*

1436. XXVIII. Poſtero anno liberaliter à Duce Mediolanenſi dimiſſus Alphonſus, Neapolim repetiit, urbeſque aliquot ſibi ſubdidit, ac Eugenii Pontificis, qui Renati Andegavenſis Ducis partibus ſtudebat, animum idcirco offendit. Gravia porro tunc temporis inter Pontificem, Patreſque in Baſileenſi Concilio congregatos jurgia interceſſerant, abrogatumque Concilium, atque in Italiam tranſlatum Eugenius edixerat, Rex igitur Nicolaum de Tedeſchi, ac Joannem de Piſcibus dudum pro ſe 1436. ad Synodum tranſmiſſos, admonuit, noviſque Legatis Joanni Baptiſtæ Platamonio, ac ſociis præſcripſit, ne decreto de transferendo in Italiam Concilio aſſentirentur, neve aut Eugenii exauthorationi, quam intendebant Conciliabuli Patres, aut

Digitized by Google

alterius ſeſe Electioni immiſcerent, ut Pirrus tradit. (a) Quæ autem ad Baſileæ conventus jura vindicanda geſſerit noſter Nicolaus, quantaque animi contentione Eugenio Pontifici obſtiterit, alibi fuſius expendam, quum de Viris Illuſtribus ſermo erit. Tunc ad ſuppetias Infanti Petro, qui Fratris jura in Regno Neapolitano tuebatur, ferendas Nicolaum Paternionium militibus *Baliſtariis* centum inſtructum à Catanenſi Senatu miſſum lego. (b)

XXVIII. Interim peſtifero morbo Catana laborante, Patres Conſcripti ab Rogerio Paruta, Siciliæ Prorege, ut ſuppetias reficiendis mœnibus miniſtraret, enixius flagitabant, ne, illata ab externis in urbem lue, cives hujuſmodi exitio deinceps ſuccumberent. Subinde ex Regio diplomate noſtris facultas claudendi portum attributa, ut temporis opportunitas poſtularet, nulla ad id petita, aut expectata ab ipſo etiam Rege, aut alio quovis Regni Adminiſtro licentia, *ſub dat. Capuæ* III Kalend: Januarii. Nec diu Proregis quoque reſcripto Panormi XVII Kalend: Maji, ut læſæ Majeſtatis crimine ſolum obnoxios ſibi ſiſtere poſſent *Commiſſarii, cujuſcumque gradus, aut conditionis* Catanam venientes, ſancitum; utque bis noſtris liceret ſupremis Regiæ Curiæ decretis replicare; interimque an urbis Privilegiis illa adverſarentur, rite diſcutere, conceſſum; ut ex Senatus Tabulis conſtat. Denique de conſtruenda tutiori navium ſtatione, ſeu mole portus, in Catanenſi littore Alphonſi Regis juſſu ſerio actũ. Hinc an. MCCCCXL. Civium comitiis celebratis Nicolao Speciali Viro Patritio, atque uni ex Senatoribus, qui ſibi adjutores, ac ſocios octo alios adſciſcerent, à Senatu Catanenſi res commiſſa (c) Hi datis ad Meſſanenſes literis Bonfilium Abſalonium ad molem juxta artis

Marginal notes: Ann. Xpi 1437. — 1438. — 1439. — 1440.

(a) Chron. Reg. Sic. f. 91.

(b) Reg. Senat. An. 1436. f. 130.

(c) Reg. Senat. An. 1440. f. 50.

Ann. Xpi. artis leges delineandam evocarunt; mox ſequenti
1441. anno Rex idem *Nobilibus, & Egregiis Hominibus Civitatis Catanæ* perſcripſit, eorumque conatus commendans, ad opus naviter proſequendum, Regii favoris obteſtatione excitavit.

1442. XXIX. Redux è Concilio Joannes Pontifex, quum impiè temerari Eccleſiæ ſuæ jura à quibuſdam animadvertiſſet, ab Alphonſo novum in Caſtro Varoli III Nonas Decembris MCCCCXLII. Privilegium exoravit, quo munificus Princeps, conceſſum aliàs juxta ſui ſeriem repetens, novo ipſum robore firmavit, utque inviolatè ab omnibus ſervaretur, præcepit. Habes illud apud laudatum Groſſum integrè exſcriptum. Belfortis Spinelli Catanenſis Epiſcopi, & Siciliæ Cancellarii Nicolai Spinelli Juvenatii Domini meminit Jacobus Philippus Thomaſinus (a) atque ab eo inſtitutum Patavii ad pontem Comum Spinellum Collegium tradit. De quo etiam Janus Gravina de Ortu, & Interitu Juris (b) An ab Eugenio fuerit Belfortis ea dignitate cohoneſtatus, quòd Joannes de Piſcibus ad Baſileenſe Conciliabulum Alphonſi Regis Legatus contra eumdem Eugenium conjuraverit, ideoque præſulatu excidiſſe crederetur, ſubdubito? Sed altũ de Belforti penes noſtros ſilentium.

(a) *De Gymn. Patav. l. 1 cap. 61.*

(b) *Num. 169.*

1442. XXX. Effloruit per hæc tempora Simon de Piſcibus Joannis Pontificis Frater germanus, Juris utriuſque conſultiſſimus, Patritius Catanenſis ab Alphonſo Sardiniæ Prorex conſtitutus, de quo fuſiori calamo ſuo loco. Incidunt quoque in hanc ætatem Cœnobii S. Mariæ de Jeſu initia Authore S. Bernardino Senenſi, ut perantiqua apud noſtros evincit traditio, de qua videndus eſt Groſſus in Decachordo, ac Nonus Hiſtoriæ hujus Liber conſulendus, ubi rem ex profeſſo recenſemus.

CATANA SUB CASTELLANIS.

Ab An. MCCCCXLIV ad MCCCCLVIII.

I. ANnus quadrageſimus quartus ſupra milleſimum quadrincenteſimum teterrimus Catanæ, ſimulque fauſtiſſimus fuit, ob Ætnæ montis incendium, atque ob inſtauratam publicam ſcientiarum Academiam. A lætis exordiar; Agebat Romæ Joannes de Primis Catanenſis patria, Italicæ Benedictinæ familiæ dudum Præſes, ac S. Pauli de Urbe tunc Abbas, qui Eugenio Summo Pontifici ob vitæ ſanctimoniam, morumque innocentiam apprimè charus, eidem, ac Sedi Apoſtolicæ ſtrenuè operam ſuam probaverat, cum in Concilio Florentino, tum legatione apud Alphonſum, qua anno MCCCCXXXIX. laudabiliter perfunctus, Regi author fuerat, ut ſuos ad Pontificem Oratores delegaret. Ipſi etiam Alphonſo gratiſſimus; utriuſque favore in Patriæ utilitatem, ac commodum optimè uſus, Publicæ Academiæ Privilegium ab Eugenio primum impetravit, urbiſque noſtræ, ac ſuæ decori præclarè conſuluit; mox ad Regem Neapolim ſe conferens, Pontificii diplomatis ab eo confirmationem exoravit; atque utrumque Regium ſcilicet, ac Apoſtolicum Reſcriptum Petro de Speciali viro Patritio, ac Petro Hieremia Ordinis Prædicatorum Pontificio in Regno Siciliæ Vicario Catanam ad ſuos deferendum cum hacce Epiſtola contradidit. Ann. Xpi. 1444.

II. *Spes mihi erat Præſtantiſſimi Patres ipſe ad vos coram contendere, munus cujuſdam recognitionis beneficiorum hactenus in me à vobis collatorum præſeferens, delaturus; ſed cum cauſa publici* 1444.

blici

Ann. xpi. *blici negotii id efficiente, iter meum in præſentia-*
1444. *rum ſit interceptum, ne gratia ipſa vacua, aut o-*
tioſa torperet, per magnificum virum Dominum Petrum de Speciali, qui una cum Reverendo P. F. Petro de Hieremia Vicario Ordinis Prædicatorum in Regno Trinacriæ mihi Patre, & Domino ſingulariſſimo, humanitatibus veſtris præſentarent, dimittere ſtatui. Privilegium videlicet celebre, & inſigne Studii Generalis, in communi ipſa famoſiſſima, & Studiorum Matre Civitate Catanie inſtituendi. Quod primo quidem Sanctiſs. in Chriſto Pater, & Dominus Eugenius Papa IV, pro ea, quam gerit ad Univerſitatem noſtram, affectione, ultro conceſſit; nec non Sereniſſimus, & Clementiſſimus Princeps, Dominus noſter Rex Alphonſus ſua mera liberalitate ſecundò largitus eſt. Ipſum itaque ea, qua decet, reverentia ſuſcipite, & tam ſollemne Jocale, quod Patriam noſtram ſpiritualiter, & temporaliter poteſt extollere, grandifacite, ac pro me peccatore orare placeat. Ceterum aliqua commiſi præfato magnifico viro Vobis referenda, cui dignemini fidem præſtare Spectab. veſtris me continuè commiſſum facio. Ex Neapoli 19. Septembris 1444. Filius Servitor, & Concivis veſter Joannes Abbas S. Pauli de Urbe.

III. Jamvero Alphonſi Diploma, ubi Euge-
1444. nii Pontificis Privilegium tranſcribitur, hæc omnino habet.

„ Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ „ citra, & ultra Pharum, &c. Etſi tenemur be„ nemeritis, & fidelibus noſtris, eorum grandia, „ fructuoſa, & ſatis utilia ſervitia Sereniſſimis Præ„ deceſſoribus noſtris Regibus divæ memoriæ, ac „ Nobis acceptis temporibus præſtita, condignis re„ tributionibus compenſare; quanto fortius impel-

limur

„ limur gratias, & honores ipſis Servitoribus no-
„ ſtris à Sede Apoſtolica conceſſas, munificentiæ
„ noſtræ gratia de novo cõnferre, & præſidio con-
„ firmare, ad interceſſus maximè eorum, quibus ſu-
„ mus obnoxii, & ex debito obligati? Præſentis i-
„ taque Privilegii ſerie in perpetuum valitura no-
„ tum fieri volumus univerſis tam præsẽtibus, quam
„ futuris, quod Venerabilis Pater Joannes de Pri-
„ mo noſtræ Fideliſſimæ Civitatis Cataniæ oriundus
„ Abbas Monaſterii S. Pauli de urbe Ordinis divi
„ Benedicti Legatus, & Commiſſarius Ss. Domini
„ noſtri Papæ Eugenii Quarti, ac Viſitator, & Re-
„ formator Eccleſiarum Cathedralium, ac aliarum
„ omnium, nec non Archiepiſcoporum, Epiſcopo-
„ rum, omniumque aliarum Eccleſiaſticarum perſo-
„ narum, ut per alias ſuas Bullas Legationis, Com-
„ miſſionum ipſarum, cum proviſionibus noſtris exe-
„ cutoriis continetur; Serenitati noſtræ exhibuit, &
„ præſentavit quamdam Bullam ejuſdem Beatiſſi-
„ mi Domini noſtri Papæ Eugenii Quarti in ſua
„ propria figura ſiſtentem, omni quà expedit ſolem-
„ nitate fulcitã, tenoris, & ſubſequentis continentię.

IV. Eugenius Epiſcopus Servus ſervorum 1444.
„ Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum intra
„ pectoris arcana revolvimus, & attenta medita-
„ tione penſamus, quòd per literarum ſtudia Viri
„ ſcientia, & doctrina laudabiles efficiuntur, quo-
„ rum ſalutaris profeſſio Dei lætificat Civitatem, i-
„ gnorantiæ nubilum pellitur, Juſtitia colitur, Di-
„ vinique nominis, & fidei cultus protenditur, ac
„ res tam publica, quam privata geritur, & ſpes
„ omnis humanæ conditionis ſuſcipit incrementum;
„ inducimur non indignè paſtoralem curam circa
„ ea ſtudioſius impendere, per quæ hujuſmodi
„ ſtudia vigere valeant, & augeri, ac de fonte,

tam

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1444. „ tam irriguo commendabile exercitium hujuſmo-
„ di haurire cupientibus, ne rerum penuriâ re-
„ trahantur, poſſit ſalubrius provideri. *S*ane pro
„ parte devotorum filiorum univerſorum Civium
„ Civitatis Cataniæ Nobis nuper exhibita petitio
„ continebat, quod ipſi provide conſiderantes, quan-
„ ta commoda tam publica, quam privata, ſpiri-
„ tualia, & temporalia è literarum ſtudiis prove-
„ niant mundo, quibus animarum ſaluti conſuli-
„ tur, inſurgentes controverſiæ deciduntur, pax,
„ & tranquillitas inter mortales procuratur, lici-
„ tum ab illicitis, æqum ab iniquo ſecernitur, bo-
„ nis premia, & ſupplicia reprobis diſpenſantur;
„ cupientes etiam, ut ex noſtra ordinatione nonnul-
„ li ad Divini nominis laudem, Orthodoxæ fidei
„ propugnationem, & Reipublicæ utilitatem ſanæ
„ doctrinæ ſemina ſuſcipere, & poſt illarum ſu-
„ ſceptionem plurima in agro Dominico ſaluber-
„ rima germina producere poſſint, ac in horto *S*an-
„ ctæ Matris Militantis Eccleſiæ ex generoſis ſcien-
„ tiarum ſtipitibus plantulę pullulare non deſinant,
„ quæ Altiſſimo fructus tempore ſuo uberes red-
„ dant; in Civitate Cataniæ prædicta, loco utique
„ apto, & idoneo, & tam aeris commoditate, quam
„ rerum fertilitate, & maritima reductione muni-
„ to, Generale *S*tudium in Theologia, ac Jure Ca-
„ nonico, & Civili, & quibuslibet aliis licitis fa-
„ cultatibus, nec non domo pro uno, vel pluri-
„ bus, Collegio, ſeu Collegiis quorumdam paupe-
„ rum ſcholarium inibi ſtudere, & proficere cu-
„ pientium, erigere, inſtituere, ordinare, & de-
„ putare, ac bona mobilia, & immobilia pro decen-
„ ti ſubſtentatione ſcholarium hujuſmodi emere,
„ ac empta Collegio, ſeu Collegiis ipſis applicare,
„ concedere, & appropiare proponunt, si Apoſto-
lica

„ lica deſuper auctoritas ſuffragetur. Quare pro *Ann. Xpi.*
„ parte Civium prædictorum Nobis fuit humiliter 1444.
„ ſupplicatum, ut eis ſuper his opportunè de be-
„ nignitate Apoſtolica providere dignaremur. Nos
„ itaque de præmiſſis certiores effecti, Civiumque
„ hujuſmodi laudabilem, & apud Deum merito-
„ riam intentionem plurimùm in Domino commen-
„ dantes, gratoque illi affectu, ut exinde viri per
„ ſcientiarum pocula, & doctrinarum ſeminaria,
„ conſilii maturitate conſpecti, virtutibus redimiti,
„ ac diverſarum facultatum dogmatibus eruditi in
„ horto prædicto produci valeant, concurrere vo-
„ lentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Ci-
„ vibus præfatis Generale Studium in Theologia
„ ac Jure Canonico, & Civili, nec non Phiſica,
„ Philoſophia, Dialectica, Theorica, & Grammatica,
„ aliiſque liberalibus artibus tam græcis, quam la-
„ tinis ad inſtar Studii Bononiæ cum omnibus, &
„ ſingulis Privilegiis, inſignibus facultatibus, liber-
„ tatibus, & immunitatibus Studiis Generalibus
„ à Jure communi, ſeu aliàs quomodolibet con-
„ ceſſis, & concedendis; nec non unum, vel plu-
„ ra, Collegium, ſeu Collegia pro uſu, & habita-
„ tione ſcholarium hujuſmodi, juxtà numerum, &
„ in locis Civitatis prædictæ, de quibus ipſis Ci-
„ vibus videbitur erigendi, inſtituendi, & fun-
„ dandi, & bona pro ſubſtentatione ſcholarium
„ Collegii hujuſmodi applicandi, & appropiandi;
„ & quæ ex illis deperdita, vel diſtracta pro tem-
„ pore fuerint, recuperandi, & minus utilia, ac
„ accommodata bona pro utilioribus commutandi,
„ ſive illis venditis magis utilia emendi, & acqui-
„ rendi; nec non perſonis illis, quibus de jure,
„ ſeu ratione privilegiorum, ſeu ſtatutorum eri-
„ gendi Studii hujuſmodi competit, ſeu compe-

tet,

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1444. „ tet, Magiſtros, Doctores, Præceptores, Recto-
„ res, Gubernatores, Scholares, Bidellos, & Mi-
„ niſtros hac prima vice, & deinde, quoties ex-
„ pedierit, ponendi, reponendi, collocandi, re-
„ ſtituendi, amovendi, & illorum loco alios ſub-
„ ſtituendi, & ſubrogandi; curam quoque, regimen,
„ & adminiſtrationem Collegii, ſeu Collegiorum
„ hujuſmodi, & illius, vel illorum pro tempore
„ perſonarum perpetuo gerendi, & exercendi; nec
„ non illa quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis, & Sæ-
„ cularibus committendi, Collegia quoque, & per-
„ ſonas hujuſmodi viſitandi, & reformandi, ac ſta-
„ tuendi, & ordinandi, etiam cum cenſurarum,
„ & aliarum ſpiritualium, & temporalium pœna-
„ rum adjectionibus; nec non ea, quæ ſtatuerint,
„ & ordinaverint, per additiones, diminutiones, &
„ ſubtractiones corrigendi, & emendandi, decla-
„ randi, & interpretandi, ac etiam juxta correctio-
„ nem, & emendationem, declarationes, & inter-
„ pretationes, quæ fient pro tempore, inviolabi-
„ liter obſervari faciendi, inobedientes, & rebel-
„ les per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportu-
„ na juris remedia compeſcendi, & coercendi; nec
„ non Baccalaureatus, & Licentiæ Doctoratus, &
„ Magiſterii gradus perſonis approbatis juxta eri-
„ gendi Studii Generalis ſtatuta hujuſmodi con-
„ ferendi, & exhibendi, ac alia in præmiſſis, &
„ circa ea faciendi, exequendi, diſponendi, & or-
„ dinandi, quæ ſecundum Deum pro recta exe-
„ cutione, ſubſiſtentia, & fœlici incremento, ac
„ ſalubri directione Studii, & Collegii, ſeu Col-
„ legiorum, commoditate quoque, profectu, decen-
„ tia, & utilitate Magiſtrorum, Doctorum, Re-
„ ctorum, Gubernatorum, Scholarium, Bidello-
„ rum, & Miniſtrorum videbuntur expedire ple-

„ niam, & liberam auctoritate Apoſtolica tenore Ann: Xpi: 1444.
„ præſentium licentiam concedimus, & etiam fa-
„ cultatem. Volentes, & dicta auctoritate decer-
„ nentes, quòd Rectores, Gubernatores, Magiſtri,
„ Doctores, Scholares, Bidelli, Miniſtri, & aliæ
„ perſonæ hujuſmodi pro tempore in Studio, &
„ Collegio, ſeu Collegiis hujuſmodi pro ſcientiæ
„ margarita tradenda, & adipiſcenda reſidentes, o-
„ mnibus, & ſingulis Privilegiis, libertatibus, e-
„ xemptionibus, immunitatibus, prærogativis, gra-
„ tiis, & indulgentiis, quibus alii in quibuſvis ge-
„ neralibus Studiis, & facultatibus hujuſmodi in-
„ ſiſtentes quomodolibet gaudent, & utuntur, uti
„ debeant pariter & gaudere, non obſtantibus con-
„ ſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ac legi-
„ bus Imperialibus, nec non aliorum Studiorum hu-
„ juſmodi juramento confirmatione Apoſtolica, vel
„ quavis alia firmitate vallatis, Statutis, & con-
„ ſuetudinibus, etiamſi de illis eorumque totis
„ tenoribus de verbo ad verbum in præſentibus
„ habenda foret mentio ſpecialis, cæteriſque con-
„ trariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino homi-
„ num liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis,
„ Voluntatis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu
„ temerario contraire. Si quis autem hoc atten-
„ tare præſumpſerit, indignationem Omnipoten-
„ tis Dei, & Beat: Apoſt. Petri, & Pauli ſe no-
„ verit incurſurum. Datum Romæ apud S. Pe-
„ trum Anno Incar: Domini 1444. x. Kalendas
„ Maji, Pontificatus noſtri anno decimoquarto.

V. Et Idem Venerabilis Abbas Majeſtati no-
„ ſtræ humiliter ſupplicavit, quòd cum idem San-
„ ctiſſimus Dominus noſter Summus Pontifex ad
„ ſupplicationem ejuſdem Abbatis nobilibus dile-
„ ctis Conſiliariis, & Fidelibus noſtris, Civitati, &

Civi-

Digitized by Google

Ann: Xpi: 1444: „ Civibus præfatæ Fideliſſimæ Civitatis Catanæ au-
„ ctoritatem, facultatem, & gratiam conceſſerit e-
„ rigendi generale Studium in omni facultate tam
„ græca, quam latina cum omnibus clauſulis, &
„ conditionibus ſuis, ut in tenore præinſertæ Bul-
„ læ uberiùs, & diffuſiùs continetur, velimus e-
„ tiam Nos regali præſidio, favore, & gratia quan-
„ tum ad Majeſtatem noſtram ſpectat, confirmare,
„ auctorizare, & benigniter de novo concedere,
„ & conferre. Nos vero cupientes eidem Summo
„ Pontifici parere, & voluntati ſuæ Nos reddere
„ conformes, habenteſque gratum animum, ut in
„ Domino ſperamus, nedum largiùs, ſed largiſſi-
„ mè eidem Abbati & ſuis, cum decuerit oſten-
„ dere aliqualem affectum ad opera grandia fru-
„ ctuoſa, & ſatis utilia, quæ pro exaltatione Co-
„ ronæ, regiæque noſtræ domus apud eumdem
„ Ss. Dominum noſtrum ferventi zelo, ſapienter,
„ & prudentiſſimè pro Nobis, & ſtatu noſtro i-
„ dem Abbas operatus eſt, & pro Nobis continuo
„ non deſinit laborare; attendenteſque etiam ad
„ notabilia, & fructuoſa ſervitia per univerſitatem
„ præfatæ Civitatis Fideliſſimæ noſtræ Cataniæ, &
„ ſingulos Cives ejuſdem Prædeceſſoribus noſtris
„ Regibus divæ memoriæ, & Curiæ noſtræ præ-
„ ſtita, quæque præſtant ad præſens, & præſtitu-
„ ros ſperamus in antea Deo auxiliante majora,
„ prę̨fatam Bullam Generalis Studii in omnibus fa-
„ cultatibus in ipſa expreſſiùs declaratis, omneſq;
„ & ſingulos Articulos, clauſulas, & conditiones
„ ejuſdem in præinſerto tenore contentos de cer-
„ ta noſtra ſcientia, prę̨viaque matura deliberatio-
„ ne noſtri Conſilii acceptamus, & quatenus ad
„ Nos, Regiamque dignitatem noſtram ſpectat, ro-
„ boramus, & pleno favore Regio validamus au-

Digitized by Google

„ ctorizamus ; & confirmamus, etiamque gratiosè Ann: Xpi: 1444.
„ instituimus, & tribuimus ; ita quod ad omnia,
„ & singula, quę ad Majeſtatem noſtram ſpectant,
„ & pertinent pro executione Bullę pręfatę cum
„ dependentibus, emergentibus, & connexis ex ea,
„ & singulis articulis, & clauſulis, damus, pręſta-
„ mus, & conferimus aſſenſum pariter, & conſen-
„ ſum noſtrum, noſtramque auctoritatem erigendi
„ pręd ictum Generale Studium, ſeu Studia in Ci-
„ vitate prędicta, ac ſi ad Nos ſpectaret, & à
„ Majeſtate noſtra generaliter, & particulariter,
„ pręinſertę Bullę de verbo ad verbum continen-
„ tia emanaret. Hortantes per pręinſerti Privile-
„ gii ſeriem univerſos Rev. Archiepiſcopos, Epi-
„ ſcopos, alioſque Prelatos, ac declarantes Illu-
„ ſtriſſimis Regibus, Heredibus, & Succeſſoribus,
„ ac magnificis, & dilectis Conſiliariis, & Fideli-
„ bus noſtris in dicto Regno Sicilię ultra Pharum,
„ Viceregi, qui modò eſt, & pro tempore fue-
„ rit, Magiſtro Juſtitiario, Admirato, Cancella-
„ rio, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus,
„ Baronibus, Protonotario, Magiſtris Rationali-
„ bus, Magiſtro Portulano, Magiſtro Secreto, Gu-
„ bernatori Camerę Reginalis, Judicibus M. R. Cu-
„ rię, & Camerę ejuſdem Theſaurario, Conſer-
„ vatori, necnon Straticoto, Capitaneis, Prætori,
„ Patritiis, Senatoribus, Judicibus, & Juratis, a-
„ liiſque ſingulis, & univerſis Officialibus, & per-
„ ſonis dicti Regni cujuſque gradus, ſtatus, &
„ conditionis exiſtant, vel eorumdem locum te-
„ nentibus, pręſentibus, & futuris, de certa no-
„ ſtra ſcientia, conſultè, & expreſsè, ſub noſtræ
„ iræ, & indignationis incurſu, quatenus præfa-
„ tam Bullam, omniaque, & ſingula in ea con-
„ tenta, & præſens Privilegium prorſus, ac ſine
aliqua

Ann: Xpi: 1444. „ aliqua diminutione in perpetuum obſervent, ma-
„ nuteneant favorabiliter, & defendant, & ab a-
„ liis faciant penitus obſervari. In cujus rei teſti-
„ monium præſens fieri juſſimus noſtro communi
„ ſigillo impendenti munitum. Datum in Caſtro
„ novo Civitatis noſtræ Neapolis die 28. Maji 7.
„ Indict. Anno à Nativ. Domini 1444. Regniq;
„ noſtri hujus Siciliæ citra Pharum Anno x. alio-
„ rum verò Regnorum xxix.

VI. Dum hæc ingenti plauſu Catanæ exci-piuntur, Civium animos ingens perculit timor. Ætna enim ſolitò majoribus incendiis deſæviit, Urbiſque agros cinere labefactavit. Fazellus (a) *Anno deinceps ſalutis 1444. iterum Ætna terribili ignium jaculatione Catanam verſus cum iter arripuiſſet, Petrus Hieremias Panormitanus Ordinis Prædicatorum magna vir pietate, cum Cleri, populique pompa velum* D. *Agathæ in occurſum contra incendia detulit, quæ quaſi illud reverita, aliò iter ſuum converterunt, ac vigeſimo poſt die extincta ſunt.* Eo *tempore, & Mons ipſe contremuit, eoque motu è ſummo cacumine vaſtæ quædam rupes diſſolutæ, collapſæque, vaſta ruina in ipſam voraginem conciderunt; unde hiatus ille perpetuus multo amplior eſt factus.* Et Philotheus de incendiis diſſerens Ætnæ (b) *Quid*, inquit, *de illo maximi profectò horroris, & jacturæ incendio, quod anno circiter* MCCCCXLIV. *eveniſſe in hiſtoriis diximus? Quo ſummum Ætnæ apicem ſubſediſſe, ignibuſque divæ Agathæ velo obviatum fuiſſe, majorum monumentis apertiſſimè conſtat?*

(a) Dec: p: lib: 2 cap: 4:

(b) Topog: f: 34:

1445. VII. Anno MCCCCXLV. tertio Idus Junii Alphonſus Rex datis ad Eugenium ſummum Pontificem literis aurea bulla obſignatis, profeſſus eſt, ſeſe Apoſtolicæ liberalitati Siciliæ citra Pharum,

ſive

Digitized by Google

ſive Neapolis Regnum acceptum referre, atque enumeratis legibus ſingulis, quibus dudum Pontifex illum abſtrinxerat, ſe eos ſervaturum ſumma religione pollicetur. In his porrò ait Rex: *Reverendo Patri Joanni S. Pauli extra muros Urbis Abbati* per Pontificem ſpecialiter ad id deputato *fidelitatis juramentum ſe præſtitiſſe*; concluditque, juramenti formula exſcripta, his verbis: *Quæ omnia, & ſingula fide noſtra Regia vobis Reverendo Patri Joanni Abbati præfato, vice, ac nomine ſuæ Sanctitatis ſtipulanti, & recipienti curare, procurare, facere, & inviolabiliter obſervare promittimus pariter, & juramus. In quorum omnium &c.* Tunc etiam cum Alphonſo Eugenium conveniſſe putaverim, ut Nicolaus de Tudiſco Neapolim evocatus, ſeſe Cardinalis dignitate, Archiepiſcopali contentus, ſponte abdicaret. Dolore hinc Nicolaus affectus, ad ſuam Panormitanam Eccleſiam reverſus, è vivis non diu poſt exceſſit; & si contagio Nicolaum noſtrum conſumptum alibi legam. De eo fuſius ſuo loco. Eodem fortaſſe turbine Joannes etiam de Piſcibus abreptus, hoc ipſo anno Præſulatui Catanenſi cedere, Pontificio reſcripto compulſus, domeſticos lares repetiit, ut Groſſus pluribus teſtatur, (a) meritò Philippum Cagliolam erroris inſimulans, qui ſcribit: *Joannes tandem ſenio confectus, Concivibus ſuis tamquam Orphanis pupillis relictis, ſummo deſiderio concepto, diem claudit extremum, ac in principe Urbis æde tumulatur.* Sed & ipſe etiam Groſſus notandus, qui à Nicolao V. Eugenii ſucceſſore exauthoratum Joannem tradit, quum anno MCCCCXLV. ſuperſtes adhuc eſſet Eugenius.

Ann: Xpi: 1444.

(a) Cat: Sacr: f: 47:

VIII. Joannis de Piſcibus loco ſubrogatum Joannem de Primis, Alphonſi Regis precibus, à Ponti-

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1445. Pontifice Siculi produnt Hiſtorici, ac tabulæ evincunt, quamvis Ciaconius, ac alii, qui Meſſanenſem immeritò Joannem evulgant, de Epiſcopali ejus dignitate nihil ingerant. Hinc ejuſdem opera Catanenſis Academię Profeſſoribus ex regali munificentia honoraria legimus attributa, aurea nempe ſcutata M.D. è *Tractis*, ut ajunt, *Oneratorii* ejuſdem Urbis, ſingulis quibuſque annis percipienda. Longum hìc eſſet, integrum exſcribere diploma à Groſſo in ſuo Decachordo, (*a*) atque ab aliis publici juris factum, nonnulla dabimus nihilominus, quæ Patriam noſtram commendant, ejuſque egregias naturæ dotes, ac privilegia inculcant.

(a) *Chord*: 4. *mod.* 3.

Alphonſus &c. Univerſis præſentis privilegii „ ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quàm futu„ ris volumus eſſe notum, quod ſæpius cogitantes, „ quonam modò aliquo beneficio, & ornamento „ proſequeremur, & quaſi remuneraremus Clariſ„ ſimam Civitatem noſtram Catinam de Regno „ noſtro Siciliæ ultra Pharum, cujus cęlo vix ul„ lum in Sicilia purius, cujus agro nil uberius, cu„ jus ſitu nil gratius eſſe dignoſcitur, in qua o„ lim Domicilium Regum ſolitum eſſe fuit, & „ nunc propter diuturnam Regum abſentiam ad „ tenues ſane facultates redacta eſt. Conſideran„ tes quoque, quòd Univerſitas, & ſinguli Cives „ illius ſemper, & continuè noſtris in neceſſitati„ bus auxilia, ſubventiones, & ſuffragia pro vi„ ribus non negarunt; imo alacriter, & ultra qua„ ſi vires, inter cætera notabilia, grandia, & fru„ ctuoſa ſervitia Majeſtati noſtræ præſtita, amplas „ pecuniarum ſummas, grato, & benigno animo, „ non obſtante eorum paupertate, tribuerunt; tum „ etiam pro commoditate, & utilitate univerſo„ rum fidelium naturalium noſtrorum ſtudere vo-

lentium,

„ lentium, quibus promptior erit habilitas, & commoditas infra Regna noſtra, quam extra, & aliò ſe conferre; tum etiam aptitudine, & diſpoſitione fertilitatis aliarum ſingularium dotium ipſi Civitati à natura tributarum, cui nihil deeſt ad ſalutem; vitamque hominum, nec ad ipſa gerenda ſtudia, niſi quod paupertate gravata, & quaſi deſolatione civium propter abſentiam noſtræ curiæ inſecuta, nequit ad ſalaria Doctorum, Lectorumque ſufficere. Tum etiam propter utilitatem noſtræ curiæ, quæ ex confluentia Studentium in eadem Civitate, jura, & gabellæ noſtræ curiæ incrementum, & utilitatem, ac univerſale beneficium accipient; Illud in primis Nobis occurrat, ut in ea ipſum generale Studium conſtitueretur, ut illa non modica pecuniarum ſumma, quæ annis ſingulis pro educandis Studentibus Siculis ex ipſo Regno extrahebantur, de cætero non exhauriatur; utque ipſi Siculi ſcientiæ optimarum artium, legumque, & Canonum eodem in Regno incumbant, tenore præſentis Privilegii cunctis futuris temporibus firmiter valituri, de certa noſtra ſcientia, ac cum matura deliberatione conſilii providemus, volumus, & ſtatuimus, ac jubemus, quod Civitas ipſa ducatos auri mille quincentos currentes, anno quolibet in perpetuum, ad opus præfati Studii noſtri nomine, & pro parte pro tam univerſali beneficio habeat, & effectualiter conſequatur in, de, & ſuper primis introitibus tractarum Carricatorii prędictę Civitatis ejuſdem, &c. &c. Datum in Caſtello novo Neapolis per Spectabilem, & Magnificum Virum Guglielmum Raymundum de Monte Cateno Militem, Comitem Calatanixectæ, Regni Siciliæ ultra Pharum Ann: Xpi: 1445:

An. Xpi. „ rum prædicti Cancellarium, Conſiliarium, & fi-
1445. „ delem noſtrum die prima menſis Junii, Ind. 8.
„ Anno à Nativitate Domini 1445. &c.

IX. Eodem die alias quoque literas hucuſq; recitatis fermè conſimiles Alphonſus ſignavit, quibus totidem aurea ſcutata pro mole portus provehenda largitus eſt, utque omnimodum hujuſmodi gratiæ ſortirentur effectum has etiam perſcripſit. Alphonſus Dei gratia Rex &c. Venerabili in Chriſto Patri, Conſiliario, & Oratori „ noſtro devoto, ac fideli, dilecto I. miſeratione „ divina Epiſcopo Catanenſi, nec non dilectis Conſiliariis, & fidelibus noſtris Patritio, Juratis, Judicibus, & Univerſitati Civitatis Catanæ gratiam „ noſtram, & bonam voluntatem. Nos cum aliis „ proviſionibus, & literis noſtris, omni, qua expedit ſollemnitate vallatis ſub dat: in noſtro Caſtello novo Neapolis die 1. Junii 8. Indic. Anno Domini 1445. conceſſimus Univerſitati prædictæ tria millia ducatorum, medietatem videlicet pro Generali Studio in eadem Civitate fiendo, & aliam medietatem in conſtructione moli „ ipſius Civitatis erogandam, extrahendam ſiquidem de, & ſuper tractis, ſeu victualium Exituris, à portu, ſeu maritima ejuſdem Civitatis „ Catanæ extrahendis, prout in ipſis proviſionibus noſtris exinde factis videbitis latiùs, & diffuſiùs contineri. Et quoniam hujuſmodi gratiam „ prædictę Univerſitati fecimus, tum pro maximis damnis, & incommodis, quæ Civitas ipſa „ paſſa eſt, tum pro ſuccurrendo neceſſitatibus „ noſtris, quibus ſatis liberaliter, & alacri fronte „ ſępenumero manus extendit, tum propter abſentiam noſtram ab ipſo Regno, & eadem Civitate, diu eſt, nullam fecimus reſidentiam:

„ quæ res Civitatem ipſam ad totalem penè de- Anno
„ ſolationem perduxere, ut poſſit inde prædicta 1445.
„ Civitas aliqualem commoditatem recipere, cu-
„ piamuſque propterea ejuſmodi noſtram gratiam
„ reddi admodum fructuoſam; vos propterea quan-
„ ta poſſumus affectione rogamus, quod primum
„ contemplatione, ac ſervitio noſtræ Majeſtatis, de-
„ hinc honori veſtro, & poſtremò commodo Rei
„ publicę prędictę Civitatis, quod cuique ve-
„ ſtrum peculiare cenſeri debet, & eſt, a ſe ma-
„ nus veſtras adjutrices pro perficiendo, & ad in-
„ tegrum effectum deducendo dicto generali Stu-
„ dio, & Molo, porrigere de veſtris facultatibus,
„ bonis, & pecuniis velitis, quod res ipſę, ut ſpe-
„ ramus, & cupimus, & maturè, & pro ſenten-
„ tia perfici valeant, ex hoc namque quamgrande
„ Majeſtati noſtræ ſervitium, vobiſque omnibus,
„ ac veſtris poſteris decus, & commodum compa-
„ rabimus, nemo non videt, cum Nobis ad ho-
„ norem, & vobis ad ſummam utilitatem in fu-
„ turum non ſit dubium ampliſſimè cedere. Dat.
„ in Caſtello novo Civit. noſtrę Neapolis die 8.
„ menſis Julii 8. Indict. anno à Nat. Dom. 1445.
Quum porro ab experto noſceret prudentiſſimus
Princeps, parum eſſe beneficia largiri, si debita
ſubinde executione fraudarentur, Regiis idcirco Ad-
miniſtris pręcepit, ut quę fuerat Catanenſi Ur-
bi gratificatus, ſerio & ipſi perficerent, comple-
rentque, datis ibidem literis XIII. Kal. Aug. ejuſdē
Anni, quas offert Groſſus in ſuo etiam Decachordo.

X. Coactis ſequenti anno Regni Comitiis in 1446
Urbe Panormitana, Legati totius Inſulæ nomine
ad Alphonſum Regem Simon Panormi Pontifex,
Fridericus de Abbatellis Camerarius, Andreas de
Caſtellis Majordomus Catanâ oriundi, & Joannes

Anto-

Ann. Xpi. 1446. Antonius Barreſius Petręperitę Comes Neapolim miſſi, aliquot ejuſdem Regni *Capitula* Regia authoritate firmanda obtulerunt, quorum XI. magnę Curię Judicum perſtringit numerum, utque ex quatuor, ſit unus Catanenſis decernit; creaturque pro biennio primum futuro Urbis Catanę nomine Gualtherius Paternionius. Sub idem tempus novum Urbi noſtrę ornamentum addidit Canonicorum inſigne Collegium in S. Marię de Eleemoſyna inſtitutum. Celebris olim fuerat hęc *S.* Mariæ Eccleſia, ob Cleri ſęcularis conventus ſingulis, quibuſque feſtis diebus in ea celebratos; quum enim Cathedralis Eccleſia, ut vidimus, ex Rogerii Comitis inſtitutione, à ſacro Monachorum cętu teneretur, in hanc Virginis ędem ad divina peragenda *S*ęculares Presbyteri convenire conſueverant. Cultum auxerant Pontifices Catanenſes, ac Deo in eodem famulantibus *Præbendas*, Parochias, atque opidorum, quę circa Urbem ſunt, Eccleſias, ut liberius rebus vacarent divinis, attribuerant. *I*gitur ab Eugenio IV. Rom. Pontifice literas illi exorarunt, quibus in inſignem Collegiatam, ut vocant, eorum Eccleſia eveheretur. Motu hinc proprio S. Marię de Eleemoſyna Paręciam vndeviginti Canonicis, ac tribus dignitatibus Eugenius inſtruxit, Prępoſito, Theſaurario, & Cantore; Canonicis ſingulis prębendas aſſignavit; Collegiatam ipſam inſignibus, privilegiis, aliiſque juribus, quibus Collegialis *S*. Petri de Palatio Panormitano ex Regum, *S*ummorumque Pontificum reſcriptis fuerat jam donata, ac deinceps pro vario temporum ſtatu cohoneſtari contingeret, decoravit. En diploma.

XI. „ Eugenius Epiſcopus *S*ervus *S*ervorum „ Dei. Ad futuram rei memoriam. Inter cętera

Digitized by Google

„ cordis noſtri deſiderabilia, illud intenſis deſide- Ann. Xpti
„ ramus affectibus, quod ubique locorum Maje- 1446.
„ ſtas Altiſſimi in gratiarum benedictionibus col-
„ laudetur, ſuique cultus glorioſi nominis amplie-
„ tur, & ad horum promotionem etiam fidelium
„ populorum, eorum animarum conſolationem, at-
„ que ſalutem, nec non devotionis augmentum
„ concernentem, libenter favorem Apoſtolicum,
„ quantum cum Domino poſſumus, adhibemus.
„ Cum itaque, ſicut fide dignorum relatis nuper ac-
„ cepimus, licèt Civitas Catanenſis, inter alias Re-
„ gni Siciliæ Civitates, in ſuis ſtructuris, & ædi-
„ ficiis, populiq; multitudine, ac aliàs multiplici-
„ ter notabilis, & famoſa, ac inſignem Cathedra-
„ lem Eccleſiam in ſe contineat, tamen nulla in
„ ea, ac ſua Diœceſi ſæcularis Collegiata Eccleſia
„ reperitur, ipſaque Cathedralis Eccleſia Ord. S.
„ Benedicti eſſe dignoſcitur, & si Parochialis Ec-
„ cleſia B. Mariæ de Eleemoſyna Catanenſis, quę
„ ipſius ædificiis ſatis ampla, in Collegiatam Ec-
„ cleſiam erigeretur; ac in ea tres dignitates, &
„ decem & novem Canonicatus, ac totidem Prę-
„ bendę inſtituerentur, nec non ſingulis dignita-
„ tibus, ac Canonicatibus, & Præbendis prædictis
„ ſingulorum Presbyterorum inferiùs nominatim
„ deſcriptorum beneficia, etiam infraſcripta, & è
„ contra perpetuò incorporarentur, & annecteren-
„ tur; ex hoc divini cultus inibi incrementum non
„ modicum, nec non pręfatę Civitatis decus, &
„ honor ſuccederent, Clerusque ſæcularis, ac u-
„ triuſque ſexus populus Civitatis ejuſdem pluri-
„ mam animarum ſuarum conſolationem, & gau-
„ dia ſentirent, aliaque plura bona, & utilia, e-
„ tiam ad multarum animarum ſalutem, procul
„ dubio provenirent. Nos igitur de præmiſſis cer-

tam

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1446.

„ tam notitiam habentes, & ſuper eis, prout ex
„ debito tenemur Summi Pontificatus Officii No-
„ bis deſuper injuncti, favorabiliter procedere vo-
„ lentes, motu proprio, non ad alicujus Nobis ſu-
„ per hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de me-
„ ra noſtra liberalitate, Eccleſiam B. Mariæ præ-
„ dictam in Collegiatam Eccleſiam erigimus, &
„ creamus: nec non illam ſic erectam Collegiali-
„ bus titulis, inſignibus, & honoribus ad inſtar a-
„ liarum Inſulæ Siciliæ Collegiatarum decoramus,
„ ac in eadem erigenda Eccleſia unam Præpoſitu-
„ ram, cui cura animarum Parochianorum pro tem-
„ pore exiſtentium ipſius Eccleſiæ immineat, &
„ quæ principalis; etiam unam Theſaurariam, quę
„ ſecunda; & unam Cantoriam, quæ tertia, digni-
„ tates inibi exiſtant, nec non ulterius decem, &
„ novem Canonicatus, & totidem prębendas, pro
„ viginti duabus perſonis Eccleſiaſticis idoneis in
„ illa perpetuò ſervituris, Auctoritate prædicta,
„ motu ſimili inſtituimus, & creamus: at inſu-
„ per Parochialem S. Catharinæ, cujus triginta,
„ ac ſine cura; S. Viti, cujus & Altaris de Re-
„ quiem nuncupati, in dicta Cathedrali Eccleſia
„ ſiti, clericis ſęcularibus aſſignari conſueti, de-
„ cem & octo; nec non Cappellam B. Mariæ de
„ Rina, nec non præfatum Altare, quæ omnia Joan-
„ nes de Oliverio, Præpoſituræ; ac omnia, & ſin-
„ gula poſſeſſiones, & bona immobilia, quorum
„ viginti quatuor, ſpectantia ad dictam B. M. Ec-
„ cleſiam, quam Bernardus Tornainbene: nec non
„ Parochialem B. Mariæ de Monaſterio Albo, cu-
„ jus quindecim, Theſaurariæ; ac parochialem Ec-
„ cleſiam S. Thomæ, cujus viginti, quam Bar-
„ tholus de Belloflore, S. Mariæ della Daghala,
„ cujus octo, Cantoriæ præfatis; nec non ſine

cura

Digitized by Google

„ cura S. Benedicti, cujus, ac perpetui beneficii „ etiam de Requiem nuncupati, in Parochiali B. „ Mariæ de Itria triginta, ac ipſum beneficium, „ quę Nicolaus de Cuvello, nec non de Itria prę- „ dicta, & parochialem S. Nicolai de Maſcalcia „ inſimul canonicè unitas, quarum quadraginta „ duorum, ac ſine cura, altare de Scordianes, cu- „ jus treſdecim, ſitum in dicta parochiali Eccleſia, „ & perpetuum beneficium ſimiliter de Requiem „ nuncupatum in terra Caſtrijoannis Cataněnſis „ Diœceſis, cujus etiam treſdecim, quæ omnia Ho- „ nuphrius de Flore; nec non parochialem S. Mar- „ garitæ, quam Rainerius di Vicaro, cujus ac Ec- „ cleſiæ ſine cura B. Mariæ de Lognina viginti- „ quatuor, ac parochialem S. Annæ, cujus ſexde- „ cim, quam Marius de Salemi; necnon S. Petri, „ cujus vigintiquatuor, quam Joannes de Gaetano; „ & S. Nicolai de Oliva, cujus quindecim, quam „ Joannes de Campixano; nec non medietatem Al- „ taris per quondam Princellum de Mineo in di- „ cta Eccleſia de Eleemoſyna fundati, cujus ſex- „ decim, quam Joannes de Catania, ac parochia- „ lem B. Mariæ de Valle Viridi, cujus quadragin- „ ta, quam Balthaſſar de Gulfo; ac aliam medie- „ tatem Altaris in Eccleſia de Eleemoſyna hujuſ- „ modi, cujus etiam ſexdecim, quam Paulus de „ Cutellis; nec non parochialem S. Laurentii, cu- „ jus quindecim, & perpetuum beneficium etiam „ de Requiem nuncupatum, cujus viginti, quæ „ Franciſcus de Sacco; & parochialem s. Martini, „ cujus vigintiocto, & ſine cura, s. Michaelis, & „ omnium Sanctorum Eccleſias, quarum decem, „ quas Antonius de Auguſta; nec non Altare e- „ tiam de Requiem nuncupatum, ſitum in dicta „ Eccleſia de Itria, quæ Andreas de s. Angelo;

Ann. Xpſ. 1446.

ac

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1446. „ ac parochialem s. Philippi etiam ſine cura, ac s.
„ Petri de Campanella Eccleſias, quarum viginti,
„ quas Jacobus de Lauria; nec non Altare per quon-
„ dam Melchiorem de Trifolinis inſtitutum, cu-
„ jus quindecim, quod Franciſcus de Archangelo;
„ & parochialem s. Barbaræ, cujus quindecim,
„ quam Joannes Iſmachia; nec non parochialem B.
„ Mariæ de Tribus Monaſteriis etiam ſine cura, &
„ s. Conſtantini, quarum viginti, quas Joannes Va-
„ lentis; necnon parochialem s. Nicolai de Catina,
„ cujus quindecim, quam Jacobus de Iſmachia; &
„ parochialem s. Philippi de Cartina, cujus vi-
„ gintiocto, quam Nicolaus de Tuſcano; nec non
„ parochialem B. Mariæ Annunciatæ de Montepi-
„ lerio, quam Joannes de Jemma, Presbyteri di-
„ lecti Filii præſentialiter obtinere noſcuntur; vi-
„ delicet ſingulos inſtituendo Canonicatus, Præben-
„ das, & per ſingulos Presbyteros obtentas hu-
„ juſmodi inſimul, nec non ulterius Theſaurariam
„ præfatam, & parochialem B. Mariæ de Mona-
„ ſterio Blanco, cujus viginti etiam inſimul, nec
„ non ſine cura, B. Mariæ de Lognina, cujus vi-
„ ginti duorum; & Rainerio de Vicaro ſimiliter
„ insimul, & parochialem s. Petri de Monaſterio
„ Blanco, cujus viginti, & Joanni de Catania e-
„ tiam inſimul, nec non parochialem B: Mariæ del-
„ la Rotunda, cujus viginti, & Paulo de Cutel-
„ lis insimul, ac parochialem s. Nicolai de Tribus
„ Caſtaneis, cujus triginta duorum, & Andreæ de
„ Sancto Angelo, ac ſine cura B. Mariæ Majoris,
„ cujus duodecim Florenorum auri de Camera
„ fructus, redditus, ac proventus ſecundùm com-
„ munem æſtimationem, valorem annuum, ut e-
„ tiam accepimus, non excedunt; Eccleſias præ-
„ dictas, & alias omnes Ecclesias ſupradictas, quę

infra

„ infra Civitatem, ac Diœceſim prædictas conſiſtunt, *Ann. Xpi. 1446.*
„ & Jacobo Iſmachia præfatis vigore præſentium
„ Canonicatus, & Præbendas Eccleſiæ erigendæ
„ hujuſmodi etiam inſimul Auctoritate prædicta
„ perpetuò incorporamus, unimus, & annectimus;
„ nec non Præpoſituram Joanni de Oliverio, &
„ Theſaurariam Bernardo, & Cantoriam Bartholo-
„ mæo, nec non ſingulos Canonicatus, & Præben-
„ das præfatis ſingulis Presbyteris ſupradictis juxta
„ ordinem ſuperius deſcriptum, cum plenitudine
„ Juris Canonici, & omnibus juribus, & pertinen-
„ tiis ſuis, eadem Auctoritate conferimus, & aſ-
„ ſignamus. Mandantes dilecto Filio Petro de Je-
„ remia Vicario Generali Ord. Fratrum Prædica-
„ torum de Obſervantia in Regno Siciliæ ultra
„ Pharum exiſtentium, quatenus per ſe, vel a-
„ lium, ſeu alios, Joannem de Oliverio in Præ-
„ poſituræ, ac Bernardum in Theſaurariæ, & Bar-
„ tholomæum præfatos, vel eorum ſuis nominibus
„ procuratores, in ſingulorum tunc collatorum
„ Canonicatuum, & præbendarum, juriumque, &
„ pertinentiarum prædictorum corporalem poſſeſ-
„ ſionem inducat, amotis quibuſcumque illicitis
„ detentoribus ab eiſdem, ac faciat quemlibet ex
„ dictis omnibus, quibus de ipſis Canonicatibus,
„ & Prebendis vigore premiſſorum proviſum ex-
„ tiſterit, ad sibi collatam Præbendam in erigen-
„ da Ecclesia hujuſmodi in Canonicum recipi, &
„ in Fratrem, Stallo sibi in Choro, & loco in
„ Capitolo ipſius erigendæ Eccleſiæ, cum dicti ju-
„ ris plenitudine aſſignatis. Necnon Joannem de
„ Oliverio ad Præpoſituram, & Bernardum ad The-
„ ſaurariam, & Bartholomæum ſupradictos ad Can-
„ toriam hujuſmodi, ut eſt moris, admicti; ac e-
„ tiam de Præpoſituræ, Theſaurariæ, Cantoriæ,

nec non

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1446 „ nec non Canonicatuum, & Præbendarum præ-
„ dictorum fructibus, redditibus, proventibus, ju-
„ ribus, obventionibus univerſis, illis ſupradi-
„ ctis Presbyteris, quibus collatæ tunc extiterint,
„ ut præfertur, integrè reſponderi; contradictores
„ Auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, com-
„ peſcendo; Itaque dictarum B. Mariæ de Logni-
„ na, & B. M. de Rotunda, & s. Petri de Mo-
„ naſterio Blanco, & s. Nicolai de Tribus Caſta-
„ neis, & B. M. Majoris Eccleſiarum, Rectori-
„ bus ſimul, vel ſucceſſivè cedentibus, vel dece-
„ dentibus, aut illas quomodolibet dimittentibus,
„ liceat Canonicis dictæ erigendæ Eccleſiæ, quo-
„ rum Canonicatibus, & Præbendis ipſæ Eccleſiæ
„ tunc unitæ fuerint, illarum jurium, ac perti-
„ nentiarum earumdem corporalem poſſeſſionem
„ liberè apprehendere, ac ipſi, & eorum in di-
„ ctis ſuis Canonicatibus ſucceſſores pro tempore
„ exiſtentes hujuſmodi eorum fructus, redditus,
„ & proventus in ſuos, ac dictarum ſuis Canoni-
„ catibus, & Præbendis, unitarum hujuſmodi Ec-
„ cleſiarum uſus, & utilitatem perpetuò conver-
„ tere, & expendere, Diœceſani loci, & cujuſ-
„ cumque alterius ſuper hoc licentia minimè re-
„ quiſita; Non obſtante fœlicis recordationis Boni-
„ facii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri conſtitu-
„ tione, qua cavetur, quòd gratiæ, ſeu literæ
„ Apoſtolicæ perſonis in dignitate Eccleſiaſtica
„ conſtitutis committi debeant, ac Conſtitutio-
„ nibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſ-
„ que contrariis, quibuſcumq; aut si aliqui ſuper
„ proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus, &
„ Præbendis, ac Dignitatibus hujuſmodi, vel aliis
„ beneficiis Eccleſiaſticis, in illis partibus, ſpecia-
„ les, vel generales Apoſtolicæ Sedis, vel Lega-

Digitized by Google

„ torum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas Ann. Xpi. 1446
„ ad inhibitionem, & obſervationem, aut decre-
„ tum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum, qui-
„ bus omnibus per ſingulos Presbyteros præfatos,
„ ex nunc collatorum Præpoſituræ, Theſaurariæ,
„ Cantoriæ, Canonicatuum, & Præbendarum præ-
„ dictorum aſſecutionē, Canonicatuū, & Prębendarū,
„ ac Dignitatum, vel beneficiorum aliorum nullum
„ volumus præjudiciū generari; aut si venerabili Fra-
„ tri noſtro Epiſcopo Catanenſi, vel quibuſvis aliis
„ communiter, vel diviſim à dicta ſit Sede indul-
„ tum, quòd ad receptionem, vel proviſionem a-
„ licujus minimè teneantur, & ad id compelli, aut
„ quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non
„ poſſint, quodque de Canonicatibus, & Præben-
„ dis, ac Dignitatibus, vel aliis beneficiis ad eo-
„ rum collationem, proviſionem, præſentationem,
„ ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim, vel
„ ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri, per
„ literas Apoſtolicas non facientes plenam, &
„ expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto
„ hujuſmodi mentionem, ac qualibet alia dictę Se-
„ dis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumq;
„ tenoris exiſtat, per quam præſentibus non ex-
„ preſſam, vel totalem non inſertam effectus ea-
„ rum impediri valeat quomodolibet & differri,
„ & de qua, cujuſq; toto tenore habenda ſit in
„ noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim si e-
„ rectionem, ac unionem, annexionem, & incor-
„ porationem prædictas vigore præſentium effe-
„ ctum ſortiri contigerit, Præpoſito, Theſaura-
„ rio, Cantori, & Canonicis dictæ erigendæ Ec-
„ cleſiæ pro præſenti exiſtentibus, quoties expe-
„ dire videbitur, ſe Capitulariter congregare, &
„ Capitulum facere, necnon Arcam, & Sigillum
„ in communi habere, necnon quæcumque, quod-
cumq;

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1446 „ cumque, & qualiacumq; rationabilia, ſalubria,
„ & utilia ad bonum, & fęlicem ſtatum dictę e-
„ rigendæ Eccleſiæ, & Divinorum celebrationem
„ in eadem, necnon modos, & formas celebratio-
„ nis hujuſmodi concernentia ſtatuta, & ordinatio-
„ nes condere, facere, & edere poſſint facultatem
„ plenam, & liberam; necnon quòd ipſi in dicta
„ erigenda Eccleſia omnibus, & ſingulis privile-
„ giis, honoribus, libertatibus, exemptionibus, in-
„ dultis, & gratiis per Sedem præfatam, aut a-
„ liàs ECCLESIÆ COLLEGIATÆ S. PETRI
„ DE PALATIO PANORMITAN. EJUSQUE
„ PRO TEMPORE CANONICIS, & perſonis
„ etiam Dignitates inibi obtinentibus, hactenus ple-
„ nariè uti, & gaudere valeant, Auctoritate A-
„ poſtolicà tenore præſentium concedimus, ac e-
„ tiam indulgemus; proviſo quòd unitas prædicta
„ debitis propterea non fraudetur obſequiis, & a-
„ nimarum cura, quibus illa imminet, nullatenus
„ negligatur, ſed ipſorum unitorum debita ſup-
„ portentur onera conſueta, ex nunc irritum de-
„ cernimus, & inane, si ſecus ſuper his à quoquam
„ quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter con-
„ tigerit attentari. Nulli ergo hominum omnino
„ liceat hanc paginam noſtræ erectionis, creatio-
„ nis, inſtitutionis, incorporationis, unionis, an-
„ nexionis, collationis, aſſignationis, conceſſionis,
„ indulti, & conſtitutionis infringere, vel ei au-
„ ſu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
„ tentare præſumpſerit, indignationem Omnipo-
„ tentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apo-
„ ſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Ro-
„ mæ apud S. Petrum anno Incarnationis Domi-
1449 „ nicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo-
„ ſexto pridie Kal. April. Pontificatus noſtri an. 16.

Digitized by Google

XII. Has Eugenii literas Alphonſus Rex ſuo Ann. Xpi. 1446
calculo firmavit, prçcepitque, ut in Regni tabulariis exſcriberentur dato Neapoli diplomate quarto nonas Auguſti; quin ob mortem Jacobi de Lauria Canonici Franciſcum de Catania Oratorem ſuum ea dignitate decoratum voluit. De hac Eccleſia ſuo loco fuſiùs dicemus. Meminit eodem anno Ætnęi incendii S. Nicolai de Arena Chronicon his verbis: *Anno Incarnationis Dominicæ* 1446. *nonæ Indictionis Regnante Illuſtriſſimo Rege noſtro Alphonſo. Noveritis, quod* xxv. *Septembris die Dominico, videlicet die Sanctorum Juſtinæ, & Cipriani MM. prima hora noctis, Mons Ætna eructavit incendium in locum vocatum la Petra di Muſarra in latere Montis.* Verùm paullo poſt incendium ſubſediſſe, inde colligimus, quod ſcribat Silvagius (a) *Anno* 1447. *Septembris* 21. *iterum ſine damno Ætnæ voraginem emiſiſſe ignem, decurrentibus exteriùs flammis, ejuſque curſum Agathæ meritis terminatum, ita ut non remanerent niſi aduſta ſaxa.* Interim Joannem Catanenſem Pontificem ab Eugenio ſępius laudato in ultima Cardinalium promotione ſacra purpura cohoneſtatum Alphonſus Rex v. Idus Junii novis gratiis cumulaverat, ejuſque Eccleſiæ jura ſuper *Tractis maritimæ* ſive portus illibata ſervari præceperat in Caſali Avinionis literis obſignatis, quas habes apud Groſſum; Sed aliis deinde III. Idus Novembris (b) ſanxit, ut ad molis conſtruendæ, atque inſtitutæ nuper Academiæ incrementum hęc ipſa jura, ſive proventus impenderentur. Joannes quippe, Eugenio etiam permittente, ſponte, patriæ ſuæ favore iiſdem ceſſerat, ut ipſe Alphonſus in ſuo diplomate teſtatur. Nec diù poſt idem piiſſimus Princeps bono ſuæ Catanæ proſpiciens,

(a) Colloq. Per. cap. 43.

(b) In lib. Priv.

voluit,

Ann. Xpi. 1447 voluit, ipſo quoque Epiſcopoo annuente, ut ab omni *Doganæ* onere nedum Cives, ſed novi Accolę, Incolæve per annum cenſerentur immunes, ſcripto in Caſtris apud Paſſaranum Privilegio IX Kal. Septembris MCCCCXLVII. in quo alias etiam exemptiones, & gratias dudum noſtris conceſſas confirmavit. *Ecce*, inquiens, *quod Nos ad humilem ſupplicationis inſtantiam per magnificum, & dilectum noſtrum Guglielmum Raymundum de Monte Cateno, Militem, Ambaxiatorem pro partę Univerſitatis Catanæ ad Nos noviter tranſmiſſum, Nobis factam ſubſcripta duo Capitula: alterum, videlicet, ſuper exemptione venientium amodo ad dictam Civitatem cum familia, & domo ſua ad habitandū, elapſo anno primo eorum novi adventus, & habitationis, à ſolutione gabellæ Epiſcopo dictæ Civitatis pertinentis, in quo Epiſcopi dictæ Civitatis, qui præſens in noſtra curia pro nunc eſt, quo ad ſuum, & ſuæ Eccleſiæ intereſſe pro beneficio dictæ Civitatis, & maximè pro neceſſitate populationis illius, & ob commoda etiam, quæ alias ex dicta populatione Civitatis, ſibi, & ſuæ Eccleſiæ proveniunt, plenus intervenerit aſſenſus; Alterum verò ſuper confirmatione noſtra de litera, ſeu provviſione per Nos ad magnificum Viceregem præſenti anno decimæ, & nonæ facta ſuper reformatione gabellæ lignaminum dictæ Civitatis, expreſsè confirmamus, &c.* Scripſit ad Catanenſem Senatum de his quoque Joannes Pontifex, ac ſuum in Patriam amorem conteſtatus, ſeſe ad omnia, quæ illius commodum, aut honorem reſpicerent, paratum exhibuit, ut ex ejuſdem Senatus Tabulis eruimus (*a*).

1449 XIII. Biennio poſt Neapoli Joannes noſter Cęlo aptus, ſuis immaturus, piiſſimè, ut vixerat,

(*a*) *Ex l. Priv. & Reg. An.* 1447. *f.* 5.

rat, mortem oppetiit, in SS. Severini, & Soſii templo ſepultus. Hinc Catanenſis Eccleſię Canonici Jacobum de Tedeſchis Ciſtercienſem S. Mariæ de Parco, ſeu Altifontis Abbatem, Nicolai nepotem in Epiſcopum voto unanimi electum Pontifici Nicolao V. ac Regi Alphonſo obtulerunt; Literas etiam Conſcripti Patres ad eoſdem ſupplices dedere, ut Electionem Pontifex confirmaret, Rex vero annueret, atque Electum Nicolao commendaret (a) Arias de Avalos nihilominus Neapoli gente clariſſima natus, ſedem obtinuit, eamque ſedulo adminiſtravit. Primis enim initi præſulatus menſibus, Proregis authoritate, ac reſcripto, Eccleſiæ ſuę bona occupantes, ejuſque jura impedire, aut perturbare conantes repreſſit; mox ipſius Regis diplomate ſub dat: in Turri Octava, Octavo Kal. Septembris, ut rata eſſent privilegia omnia impetravit, quibus Catanenſis Epiſcopatus Adminiſtri, Subditi, Familiares &c. ab omni ſęculi juriſdictione exempti, nec niſi Epiſcopo, ejuſque Officialibus, cum in Civilibus, ut ajunt, tum in Criminalibus ſubjecti cenſebantur. Hinc Diœceſi perluſtrata, plura reliquit paſtoralis ſolicitudinis monumenta, ac Berengarium de Cruyllas Francofontis Principem injuſtè Calatabiani oppidum juris Catanenſis Eccleſię ſibi vindicantem, re in judicio examinata, pridie Kal. Martii ex Regiis literis Neapoli anno MCCCCL. ab inceptis cohibuit. Eodem Aria Catanenſem Eccleſiam moderante, Monialium S. Clarę Cœnobium opera Antonii Paternionii excitatum ſcribit Pirrus; ſed merito à Groſſo redarguitur, qui ex publicis tabulis integro penè ſęculo poſteriorem hanc evincit fundationem.

Ann. Xpi 1449 · *1450*

(a) *Tab. Senat: Reg. 1449. f. 27.*

De Ariæ

Ann. Xpi. 1450 XIV. De Ariȩ morte, atque infȩlici exitu hæc idem Pirrus (*a*) *Sed altioris Eccleſiaſtici gradus, ac paſtoralis ſollicitudinis immemor Arias, laxioris vitæ blandimenta ſecutus, multis obſtrictus eſt criminibus, & apud Alphonſum accuſatur; Sed quum Rex vera eſſe, quæ objiciebantur, comperiſſet, rem ad Nicolaum V. Pontificem non detulit modo, ſed adeo urgenter inſtitit, ut fuerit dignitate privatus. Romæ deinde miſerè ſuum obiiſſe diem Ariam ex literis datis Panormi* 12 *Maji* 14. *Ind.* 1450. *conſtat*. Hæc porro veluti precaria, ſponteque conficta, ac virulento calamo exarata à Groſſo redarguuntur, qui Guillelmi Belhomini Ariæ ſucceſſoris literas refert poſt biennium ſcriptas, ubi illum Catanæ in Arce Urſina deceſſiſſe ex infirmitate clariſſimè innuit Belhomus. Verum id ipſum de malo Ariæ exitu dubitandi anſam præbet, dum in *Camera Urſini Caſtri*, & non in ædibus Epiſcopatus defunctus ille dicitur; fortaſſe enim carceri ea in arce mancipatus, morbo ex animi dolore concepto, nondum lata per Apoſtolicam Sedem contra ipſum exauthorationis ſententia, dies clauſit extremos. Hinc optimè in Capitularis Vicarii electione, ut idem refert Groſſus, ſcribi potuit: *Sedem Epiſcopalem vacare per mortem Ariæ, miſeratione divina, Epiſcopi Catanenſis*. Cæterum in publico Urbis tabulario Alphonſo inſtante Ariam Epiſcopatus adminiſtratione privatum, Nicolai V. Rom. Pontificis præſcripto, legimus; ac ſede vacante, ob ejuſdem obitum à Monachis Joannem Scarfillitum Eccleſiæ Priorem in Spiritualibus Vicarium deſignatum; Jurium vero temporalium Rectorem Antonium de Caſtellis Regium urbis Catane Secretum, quo in munere ab Romano Pontifice, & mox ab ipſo Alphonſo confirmantur.

Digitized by Google

XV. Sequenti igitur anno Ariæ loco Guillelmus Belhomus Syracuſanus, genere nobilis, legumque ſcientia clarus ſufficitur, ex ejuſdem Nicolai V. & Regis Alphonſi literis; moxque coram Petro Rizzari S. Nicolai de Arena, & Matthæo de Pompeiis S. Mariæ Novęlucis Abbatibus, aliiſque, in Prioris manibus ante templi Principis januas Eccleſiæ ſuæ *privilegia, conſuetudines, juriſdictiones, obſervantiaſque* ſanctè juravit, quas etiam non diu ab Alphonſo Rege firmas, rataſque obtinuit ex literis in Turri Octava III Idus Decembris obſignatis, atque apud Groſſum ex integro relatis. (*a*) Quum porro aliquot elapſis annis, Rogerium quemdam Belhomo Epiſcopi conſanguineum, & commenſalem crimine notatum publico, coram ſe ſiſtendum urbis noſtræ Juſtitiarius contenderet; id autem, uti contrarium Eccleſiæ ſuæ privilegiis, Guillelmus Pontifex fieri prohiberet, Simon Bononia Archiepiſcopus Panormitanus Siciliæ tunc Præſes mandavit, ut Rogerii cauſſa ad ſe, ſuoſque Adminiſtros evocaretur. Habes Simonis literas apud eumdem Groſſum, qui Blaſci etiam de Alagona Catanenſis Juſtitiarii in Epiſcopi familiam manus extendere audentis repreſſos conatus Alphonſi Regis decreto an. MCCCC. LVII refert. Blaſci facinus paucis refert in m. ſ. codice Baſile his verbis: *Blaſcus de Alagona Capitaneus virga capitaniali percuſſit Sacerdotem quemdam, qui ab eo enixe, nomine Epiſcopi, poſtulabat, ut quoſdam ejuſdem Epiſcopi Familiares Eccleſiaſtico Judici, reſtitueret; quod, ut Regi fuit nunciatum, mandavit hic, ut pęnas à jure latas ſubiret Alagona, ut ab hujuſmodi perpetrandis cęteri deinceps abſtinerent; atque Eccleſiæ jura illibata ſervari præcepit.*

Ann. Xpi. 1451 · 1454 · 1457

(a) Cat. Sacr. § 50.

Eodem

Æræ Xpi. 1454 XVI. Eodem anno inter Siculos Oratores Neapolim totius Regni nomine ad Regem delegatos Fridericus Abbatelli recenſetur; Hic cum altero legationis ſocio Juliano de Majali Benedictino Monacho *Capitulis* oblatis, loco XIII. poſtulavit, ut in Magnæ Curiæ Judices nonniſi veri Cives, aut jure Civilitatis donati adſciſcerentur, idque Privilegium Catanæ, Meſſanæ, ac Panormo, quibus juxta ſanctiones ab eodem Rege dudum firmatas, jus habendi Judices competebat, ſervaretur. Subſcripſit Rex, ac proximi biennii pro Urbe Catana Judicem Antonium Bonajutum deſignavit. Hæc poſtrema Alphonſi erga noſtros benevolentiæ ſigna; paucis enim à ſubſcriptione Capitulorum elapſis menſibus, v. Kal. Julii, ſexagenario major, Neapoli mortale exuit, Ferdinando Notho Filio Regni Neapolitani hærede inſtituto, Joanne Fratre in Sicilia, atque Aragonia ſucceſſore relicto. Sub Alphonſo illuſtres efflorueré Viri Catanenſes patria, quorum præcipui Joannes, Gualtherius, Jacobus, & Bernardinus Paternionii, Joannes, & Jacobus Thedeſchii Nicolai Cardinalis Nepotes, Andreas de Caſtellis, Joannes Abbatelli, Adamus Aſmundus, & Joannes Baptiſta Platamonius, omnes Regi eidem acceptiſſimi, Galeottus Baldaxis, & Joannes Bonifacius bellica virtute clari, aliique, de quibus ex inſtituto, ubi de Viris Illuſtribus agemus, hìc verò eorum indicaſſe nomina ſufficiat.

Digitized by Google

Ann. Sal. 1459

CATANA SUB CASTELLANIS

Ab Anno MCCCCLVIII. Ad MCCCCLXXX.

I. ALphonſo mortuo; graviſſimæ inter Guillelmum Pontificem, & Catanenſem Magiſtratum exortæ diſcordiæ eò proceſſerunt, ut ſacris Cives omnes interdicere Epiſcopus cogeretur. Verum paullo poſt Proregis authoritate, qui datis Meſſanæ literis pridie Nonas Septembris MCCCCLIX. jura Eccleſię intacta voluit, re compoſita, Urbem ille à cenſuris exemit, Civeſque Paſtori ſuo reconciliantur. (a) Interim novo Regi fidei ſacramentum dicturi Siculi Oratores in Hiſpaniam profecti totius Regni nomine novem & octoginta *Capitula* anno MCCCCLVIII. coram Carolo Infante Regis Primogenito Calatajeronis acta, Regali authoritate firmanda obtulerunt, quorum decimum hæc habet: *Attenta conditione loci clariſſimæ Civitatis Cataniæ, & ejus fertilitate, & aeris temperie, ac etiam quòd priſcis temporibus magna Regia Curia ibi reſidentiam facere conſueverat, placeat inclytę Majeſtati ſuæ inſtituere, ordinare, atque mandare, quòd magna Regia Curia formata reſidentiam ordinatam faciat in Civitate Cataniæ, & ſemel in anno debeat viſitare totum Regnum, juxtà formam Capitulorum Regni. Erit id quidem valde utile Regiæ Curiæ; quoniam propter conditiones Civitatis Cataniæ plures gentes confluent ad petendam juſtitiam, & etiam totum Regnum commodum ſentiet. Dominus Rex providet, & mandat, quòd magna Regia Curia formata quolibet anno ſemel viſitet Regnum, reliquum verò temporis anni reſideat in Civitate Cataniæ,*

(a) Reg. Senat. 1459. fol. 39.

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1459 *taniæ, niſi neceſſitas urgeret.* Tum num: quadrageſimo tertio: *Cum per Capitula Regni cautum, & expreſſum ſit, quod Judices magnæ Regiæ Curiæ quolibet biennio mutari debeant, & creari unus Meſſanenſis, alius Panormitanus, & tertius Catanienſis, ac quartus de Regno, & contigerit perſæpe ſuperioribus temporibus, quòd aliquis creatus fuerit, ſeu Civitas Catanienſis circa creationem dictorum Judicum permaximè læſa fuerit, & in fraudem dicti Capituli aliqui fuerint Judices facti ex privilegio indulto per Regiam Majeſtatem, & aliqui, qui nullam habuerant habitationem in dicta Civitate, ſed prætendentes civilitatem ex paterna origine, cum & ipſi originales Cives, ex propria origine alterius Civitatis fuerint, & alibi domicilium habuerint, propterea ſupplicat totius Regni Univerſitas, quòd de cætero Judices creandi dictarum Civitatum ſint Cives oriundi ſimul, & habitantes, vel Cives per ductionem uxoris ſimul, & ibi habitantes, vel habitantes per quinquennium cum uxore, & tota familia, & non aliàs creari debeant, qui ibi non habitarent, & domicilium in dictis Civitatibus non haberent, quantumcumque eſſent oriundi; & si alibi haberent domicilium, & habitarent, promoveri non poſſint ad dictum officium, & in omnem eventum fieri debeant idoniores, & peritiores &c. Placet Regiæ Majeſtati, quòd de cętero tres ex Judicibus magnæ Regiæ Curiæ, creandis ex Civitatibus prædictis, ſint Cives originarii dictarum Civitatum, vel per ductionem uxoris, & ibi habitantes, & quartus ſit de Regno; & providit proprio motu, & per inquiſitionem pro Civitatibus prædictis, & Regno Chriſtopharum de Benedictis, Hieronymum de Anſalone, Bartholomęum de Lombardis, & Jacobum*

Digitized by Google

de Chirco legum Doctores, revocatis quibuſcumque provisionibus in contrarium factis, An. Xpi. 1469

II. Hic porro Hieronymus Anſalonius, qui ex Oratoribus Regni unus etiam recenſetur, Catanenſis Civis, Patriæ nomine, eidem Joanni Urbis ſuæ petitiones exporrigens, amplum hoc Privilegium impetravit: Joannes Dei gratia &c. Ex „ quo jam pridem per Vos magnificum, nobilem, „ dilectum, & fidelem Conſiliarium noſtrum, Hie„ ronymum de Anſalone, Civem Civitatis Cata„ niæ U. J. Doctorem, Oratorem, & Ambaxia„ torem unà cum aliis pro eodem Regno Siciliæ, „ nec non & pro parte Univerſitatis dictæ Civi„ tatis, & per nobiles, & egregios Patricium, Ju„ dices, & Juratos, Cives, & habitatores ipſius „ Univerſitatis pro infraſcriptis ad noſtram Maje„ ſtatem nuperrimè deſtinatum, oblata fuere ſup„ pliciter capitula inferiùs inſerta, & deſcripta, „ quę, & unumquodque ipſorum, nedum ſemel, „ verumetiam pluries, in noſtro Conſilio legi, re„ cognoſci, rimari, atque diligenter recenſeri fe„ cimus; Tandem habita ſuper ipſis dicti noſtri „ ſacri Conſilii deliberatione matura, conſideratis „ præcipuè laudabilibus obſequiis per dictam Ci„ vitatem, & Cives illius, tam Illuſtriſſimo Do„ mino Regi Alphonſo Fratri noſtro, & præde„ ceſſori immediato, memoriæ immortalis, multi„ fariè præſtitis, et quę Nobis vos præſtituros ſpe„ ramus, dante Domino, in futurum, ad ea om„ nia, & ſingula ipſa Capitula per inviolabilès no„ ſtras decretationes reſpondere inſtituimus, atque „ reſpondemus juxta formam, ſeriem, conditio„ nes, & ordinem, in fine cujuslibet dictorum „ Capitulorum expreſſas, quorum exemplum in„ ſertum eſt:

„ Capi-

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1460

III. „ Capitula, & Petitiones factæ per Uni-
„ verſitatem Clariſſimæ Civitatis Cataniæ Sacræ
„ Regię Majeſtati commiſſa per eamdem Univer-
„ ſitatem ipſius Regni Magnifico Ambaxiatori e-
„ lecto per ipſam Univerſitatem, videlicet Dom.
„ Hieronymo de Anſalone Civi dictæ Civitatis,
„ qui onus habet impetrandi, & obtinendi præ-
„ dicta Capitula à Sacra Regia Majeſtate, & in-
„ fraſcripta videlicet. Hìc ſequuntur Capitula,
quorum titulos tantùm, Regiaſq; dabimus reſpon-
ſiones. 1. Quòd in officio Judicatus Magnæ Regiæ
„ Curiæ pro Catania præferatur oriundus ſimul, &
„ habitator, vel Civis per ductionem uxoris, &
„ habitator cæteris Privilegiatis. Et quando eve-
„ niret, quòd defectu oriundorum, & habitan-
„ tium ſimul, eſſet neceſſe creare oriundum tan-
„ tùm, habitatorem tantùm, vel per ductionem
„ uxoris tantùm, vel tantùm per privilegium,
„ quòd eo caſu Civis oriundus dumtaxat ſemper
„ præferatur habitatoribus tantùm; habitatores ve-
„ rò dumtaxat ſemper præferantur Ductoribus u-
„ xorem tantùm, & Ductores uxorum ſemper prę-
„ ferantur privilegiatis. Et quòd pro annis futu-
„ ris proximis VIII, & IX. Ind. ipſa Regia Ma-
„ jeſtas dignetur facere, & creare Judicem Magnæ
„ Regiæ Curiæ pro eadem Civitate ſupradictum
„ Dom. Hieronymum de Anſalone, aliàs dictum
„ officium jam diù, & laudabiliter, & virtuoſiſ-
„ ſimè exercentem. ℟. Fiat, prout in Capitulis
„ Regni: Declarato, quòd oriundus, & habita-
„ tor inſimul etiam Civis per ductionem uxoris,
„ & habitator ſimul præferatur Civi habitatori non
„ continuo, aut privilegiato. 2. Quòd quoties ve-
„ nerint quecumque commiſſiones, proviſiones,
„ literæ, privilegia, reſcripta, & mandata, ſcripta,

vel

„ vel non ſcripta Regia, vel Viceregia, Magnæ Ann. Xpi
„ Curiæ, vel aliorum Officialium in ſpecie, vel 1460
„ in genere tangentia dictam Civitatem, vel ſuos
„ Cives, quæ in totum, vel in partem allegaren-
„ tur contra privilegia, capitula, conſuetudines,
„ & obſervantias dictæ Civitatis, vel contra juris
„ formam, & Regni Capitula, quod eo caſu, Ju-
„ dices ordinarii dictæ Civitatis videlicet Judex Ca-
„ pitanialis, Judex Patritii, & Judex primarum
„ appellationum, qui ſemper ſunt Doctores de
„ peritioribus dictæ Civitatis, teneantur, & co-
„ gantur, ac omnino debeant ſub pœna privatio-
„ nis ſuorum officiorum videre, cognoſcere, & ter-
„ minare si tales proviſiones, commiſſiones, &c.
„ tendant, vel ſint in totum, vel in partem con-
„ tra privilegia, capitula, conſuetudines dictæ Ci-
„ vitatis, necne; Et tandem si præſtito ab eis
„ juramento, videbunt, & terminabunt dictas com-
„ miſſiones, proviſiones, &c. in totum, vel in
„ partem tendere contra privilegia, capitula, &c.
„ Jurati dictæ Civitatis debeant, ac poſſint, & e-
„ tiam teneantur liberè, & impunè impediri fa-
„ cere, nec exequi dictas commiſſiones, proviſio-
„ nes, &c. ℞. Non innovetur, & confirmabuntur
„ privilegia in confirmatione generali privilegio-
„ rum dictæ Civitatis. 3. Quòd Cives non extra-
„ hantur, niſi in crimine lęſę Majeſtatis, & cau-
„ ſis feudalibus in quocumque Judicio, ſeu curia.
„ Quòd crimen lęſę Majeſtatis ſimpliciter intelli-
„ gatur, & obſervetur, ac reſtringatur in primo
„ tantùm capite, videlicet in perſonam ipſius Prin-
„ cipis tantùm, ac Viceregis tantùm, & non in
„ alios caſus, capita, officiales, aut perſonas. ℞.
„ Providebitur in confirmatione. 4. Quòd Capi-
„ taneus, cum ſit Juſtitiarius, habeatque merum,

&

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1460 „ & mixtum imperium, & omnem juriſdictionem
„ civilem, & criminalem, poſſit procedere contra
„ quoſcumque de nocte armorum delatores, cui-
„ cumque juriſdictioni ſubjectos, in delatione di-
„ ctorum armorum in fraganti deprehenſos, non
„ obſtantibus quibuſcumque privilegiis, literis, &c.
„ & ea arma acquirere; ac pro delictis per eoſ-
„ dem armorum delatores patratis delinquen-
„ tes capere teneatur, & debeat remittere ad
„ eorum Judicem competentem. Contra vero de
„ die armorum delatores alienæ juriſdictioni ſu-
„ bjectos, si dolosè arma extraxerint, & in fra-
„ ganti deprehendantur, ipſe ſolus Capitaneus pro-
„ cedere poteſt ad captionem armorum ſibi acqui-
„ rendorum, pro pęna verò armorum eorum ex-
„ tractores, & pro delictis per eos commiſſis idem
„ Capitaneus capere poſſit; ſed teneatur, & de-
„ beat eoſdem remittere ad eorum Judicem com-
„ petentem, &c. ſalvis tamen ſemper in omni ca-
„ ſu privilegio Studii, ac præeminentia officialium
„ dictæ Civitatis, nec non & privilegio, ac juriſ-
„ dictione Admirati hujus Regni, prout hactenus
„ conſuevit. ℞. Placet Regiæ Majeſtati. 5. Quòd
„ omnes officiales Regii, perſonæ potentes, Ba-
„ rones, & Univerſitates, qui ſcienter rumperent,
„ vel derogarent privilegiis, conſuetudinibus, ſeu
„ obſervantiis, vel capitulis conceſſis per Regiam
„ Majeſtatem dictæ Civitati ſint in pęna floreno-
„ rum quinque millium Regio Fiſco ipſo facto.
„ ℞. Placet Regiæ Majeſtati ſub pęna tamen Flo-
„ renorum duorum millium, & quingentorum. Et
„ quòd dignetur mandare ſub gravibus pęnis The-
„ ſaurario, Advocato Fiſcali Regni, quòd ad ſim-
„ plicem denunciationem Juratorum Univerſitatis,
„ ſeu cujuſcumque officialis dictæ Civitatis, & cu-
juſcum-

„ juſcumque etiam perſonæ privatæ, cujus inte- An. Ch.
„ reſt, debeant cum rigore procedere ad exactio- 1460
„ nem dictæ penę, &c. ℞. Placet Regiæ Maje-
„ ſtati, dum tamen proſequentur illas juſtitia me-
„ diante. 6. Ad ſedandas paſſiones, & ſcanda-
„ la, abuſioneſque, quæ cauſantur in confectione,
„ ſeu ordinatione Scrutinii, dignetur concedere,
„ quòd officiales annales de cætero creandi per Scru-
„ tinium fiant modo infraſcripto. In primis per to-
„ tam Civitatem, & Univerſitatem per generale
„ Conſilium prudentium Virorum, & nobilium,
„ eligantur Viri nobiles, graviores, idonejores, &
„ virtuoſiores majoris reputationis, qui cum jura-
„ mento, & per cedulas ſecretas debeant ordina-
„ re, & facere liſtas, ſeu maſtras vulgariter lo-
„ quendo infraſcriptas. Prima ſit de illis, qui con-
„ currunt ad officium Patritiatus, in quo ſolùm
„ milites concurrunt, & iſti eligi habeant per pre-
„ fatos triginta Electos, & erunt digniores electi
„ ex militibus ætate, & moribus; quæ electio re-
„ duci debeat per cedulas, quæ cedulæ, quot e-
„ runt, reponentur poſtmodum in quadam buxu-
„ la, ſeu birrecto, & tempore creationis officia-
„ lium, per unum puerum extrahi debeat una
„ cedula, & deſcriptus in illa erit Patritius; &
„ reponentur cedulæ tali modo apertæ, in quibus
„ fraus fieri non poſſit, nec ſignum apponi, ut
„ tangendo cognoſcatur. Item ſimiliter fiat de Ju-
„ dicibus Doctoribus, qui debet eſſe unus, qui
„ eſt Judex ipſius Patritii, qui agnoſcat de cauſis
„ civilibus quibuſcumque, & primus, qui ex-
„ trahi contingat per puerum erit Judex Patritii,
„ alter verò extrahendus erit Judex primarum ap-
„ pellationum. Item etiam Jurati, qui fieri de-
„ bebunt, erunt cedulę omnes in buxulo, ſeu bir-

recto,

Ann. Xpi. 1460 „ recto, ex quibus extrahantur per puerum ſex „ cedulæ; & ſimiliter, ut dictum eſt, de Judicibus „ Doctoribus fiat de duobus Idiotis &c. Et etiam „ fiat de uno Theſaurario Univerſitatis. Item de „ duobus Notariis ſimiliter fiat, ut de Judicibus „ Doctoribus, & primus ſit Notarius Curiæ Pa„ tricii, ſecundus ſit Notarius Juratorum. Item „ ſimiliter de Acatapanis fiat, ut dictum eſt, & ſi„ militer de Magiſtris Excubiarum, qui cuſtodiunt „ Civitatem de nocte, & ſunt quatuor. Item ſi„ militer fiat de Statutis, ut eſt. Item ſimiliter „ de Reformatoribus Studii, & Procuratoribus mo„ li, ut ſupra. Sequuntur aliæ conditiones ejuſdem Scrutinii, ac leges ab iis, qui ad munia aſſumuntur, ſervandæ, quarum ultima hæc habet: Quod „ omnes illi, qui erunt digni eligi ad concurren„ dum ad officia ſupradicta per prælibatos trigin„ ta Nobiles regiſtrentur, & deſcribantur in libris „ Univerſitatis, ut non perdantur. Et illi, qui „ ſupplebuntur, quando augebitur numerus, ſe„ cundum quod ætas poſtulabit, adjungantur in „ libro, in loco ſuo per decem Officiales princi„ pales, qui pro tempore erunt, hoc eſt per Ju„ ratos, qui ſunt ſex, Patricium, & tres Judices, „ cum juramento ſollemni, & ſecreto per cedu„ las decem; vel Jurati poſſint ſoli, si omnes in„ tereſſe non poterunt. ℞. Placet Regiæ Maje„ ſtati de Officialibus, qui fiunt per Scrutinium, „ & non de illis, qui fiunt per Regiam Majeſtatem.

IV. „ Cupientes igitur ſummopere, ut capi„ tula ipſa, & unumquodque eorum juxta illorum „ decretationes, & reſponſiones, firma, & valida „ exiſtant, ſub recentionibus tamen, & ſollemni„ tatibus prædictis, ad humilem ſupplicationem „ dicti veſtri Ambaxiatoris, & Oratoris Capitula

Digitized by Google

„ inſerta, & unumquodque illorum, ſecundùm de- Ann. Æ. 1460
„ cretationes, & reſponſiones in fine cujuslibet
„ ipſorum appoſitas, ſcienter, deliberata, & præ-
„ via noſtri Sacri Conſilii deliberatione maturâ,
„ tenore præſentium gratiosè concedimus, lauda-
„ mus, approbamus, ratificamus, & confirmamus,
„ noſtræque conceſſionis, laudationis, approbatio-
„ nis, ratificationis, & confirmationis munimine
„ roboramus; promittentes in noſtra bona fide,
„ Regia, quod ſuperiùs inſerta capitula juxta il-
„ lorum decretationes, & reſponſiones in fine cu-
„ juſcumque illorum appoſitas, tenebimus, & ob-
„ ſervabimus, tenerique, & obſervari faciemus,
„ per quos decet; Mandamus igitur &c. Datas
„ Barchinone XI die Decembris Anno à Nativit.
„ Dom. MCCCCLIX. Regnique Navarræ trigeſimo-
„ quarto, aliorum verò Regnorum noſtrorum An-
„ no ſecundo.

VI. Id verò animadverſione digniſſimum, quod inter Regni Capitula noſtra hæc à numero XCII. videantur inſerta, unàque cum illis fuerint Regia authoritate firmata. Signaverat quidem Catanenſe privilegium Joannes menſe Decembri, Regni verò Conſtitutiones ſequentis anni Februario, ſed in earum collectione, illud, ut per erat, poſt generalia Capitula locum habuit; hinc quamvis ad præcedentis anni ſeriem ſpectaret, in hunc nihilominus rejecimus. Nec prætereundum, Legati etiam nomine Catanenſem Oratorem in eo reſcripto inſigniri, quo ſanè titulo dudum Blancha Regina ejuſdem Urbis Nuntios donaverat; Hinc factum, ut quoties in Siciliam Regem adventare contingerit, Legatos ſuos ad eumdem, qui Civium fidem obteſtentur, Catanenſis Senatus tranſmittat. Hi autem data die, ingenti cum frequen-

tia

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1464 tia ad Regiam deducti aulam, munere funguntur, ac Senatus exhibent Epiſtolas, eodemque apparatu, ac pompa ad propria redeunt.

VI. Anno MCCCCLXIV. Monialium ſub titulo *S. Mariæ Portus Salvi* Benedictini Inſtituti Cœnobium à nobili, ac pia fœmina Hilaria de Mingrino, propriis ædibus attributis, in area *Sigonæ* à
1466 fundamentis excitatur. De eo Groſſus (*a*) ac Nos (a) Dec. Chor. 2. mod. 15
1468 ſuo loco. Sæva ſubinde peſtilentia, quæ anno MCCCCLXVI. Siciliam invaſerat, noſtram quoque Urbem afflixit, ac ſequenti etiam anno debacchata, non levia Civibus intulit damna. Ejus meminit Maurolycus ad annum MCCCCLXVIII, ac Meſſanæ Judæorum vicum penitus diripuiſſe ſcribit. Tunc teſte Hieronymo Surita (*b*) Joannes Rex Ferdinandum filium in Siciliæ Regem coronatum Regni ſocium declaravit; Hìc porrò ſequenti anno Iſabellam Henrici Caſtellæ Regis ſororem in conjugem duxit, cujus jure Regna dehinc Caſtellæ (b) An. Arag. l. 18. c. 15.
1469 ſibi adjunxit. Fazellus perperam hæc rejicit in annum MCCCCLXXVI. Sub idem verò tempus, quum nobile Paternionis opidum venum exponeretur, ne Catanenſis populi jura, qui civico privilegio in ejuſdem agro fruebatur, vel in minimo læderentur, illius expetendum votum ex literis Panormi VI. Idus Februarii Prorex mandavit, ut
1470 ex Senatus tabulis eruo. (*c*) Nec diù poſt Jacobus Paternionius Argyrenſis Abbas Urbis Catanæ Legatus ad Lupum Ximenium de Urrea Regis vices gerentem miſſus, Scrutinii, vulgo *Buxoli* reformationem, aliquot propoſitis capitulis, petiit, obtinuitque XIV Kalendas Novembres MCCCCLXX. Quo quidem anno Guillelmum Catanenſem Pontificem Catanæ cum Agrigentino, & Liparenſi Epiſcopis in S. Luciæ Eccleſia ſacris de more riti- (c) Reg. 1469 fol. 357.

tibus Dalmatium à S. Dionyſio Syracuſanum Præ- Ann. Xpi. 1470
ſulem inunxiſſe tradit Groſſus in m. ſ. ſchedis;
Verumenim verò eamdem conſecrationem Syracu-
ſis in Cathedrali Baſilica ab iiſdem Pontificibus
celebratam Pirrus, & verius, deſcribit; mendum
hinc apud Groſſum irrepſiſſe ſuſpicor.

VII. Anno MCCCCLXXI. Catanenſis Magiſtra- 1471
tus, ut Civilis Baſilicę ædes vetuſtate fatiſcentes,
ac Vexilla, quæ Conſcriptis Patribus ſollemni pom-
pa per urbem procedentibus, ut alibi ſcriptum,
præferri ſolent, reficerentur, aureique millequin-
centi ex Regis Alphonſi largiſſima conceſſione,
moli maritimæ extruendæ quotannis indulti, ad
id opus ſemel impenderentur, literas à Prorege
impetravit. Conſtat ejuſdem Senatus tabulis (a) 1471
in quibus id quoque cautum adverti, ut Portus
Pontuni turris prope eamdem molem, quæ in u-
ſum quorumdam nobilium de patria meritorum
dudum ceſſerat, nulli deinceps concederetur, ſed
publico Civium commodo deſerviret. (b) Tur-
ris hæc hodie jacet. Sub ejuſdem anni exitum
Guillelmus Epiſcopus ætate gravis Catanæ in ſua
deceſſit Eccleſia, juſtiſque de more exſolutis, Prior,
& Monachi Jacobum Paternionium mox laudatum
eidem ſubrogarunt; ſupplices hinc pro Electi con-
firmatione ad Syſtum Rom. Pontificem Canonici,
& Senatus literas direxere; At Syſtus Julianum 1472
Robertum de Albizola fratris filium S.R.E. Car-
dinalem, qui fuit poſtea Julius II. Catanenſibus
præſulem dedit, ſcripto Romæ deplomate xv. Kal.
Januarii MCCCCLXXII. Generalem verò Vicarium
eumdem Jacobum voluit, *cum juriſdictionis ar-
bitrio, & facultatibus, quibus alii Eccleſiarum
Vicarii à Sede Apoſtolica conſtituti, tam de jure,
quàm defacto, uti poſſunt*. Juliano IV Kal. Apri-
les

(a) Reg. Ann. 1741. fol. 127.

(b) Ibid. f. 10.

Digitized by Google

Ann. Xpi. les Sacramentum dixere Catanenſis Eccleſiæ A-
1473 lumni, ejus tamen electio Joanni Regi, quod ipſe non obtulerat, minimè arriſit. Jacobum idcirco *Capitularem* etiam Vicarium delectum ad tuenda jura quoque Epiſcopatus temporalia, ex literis Panormi x Kal: Aprilis ſequenti anno Œconomum Prorex deſignavit, utque fructus, ac proventus, donec aliter fuerit de Epiſcopatu per Pontificem, Regemque concorditer proviſum, reſervaret, præſcripſit. Spolia porro demortui Pontificis Templi Principis inſtaurationi ab eodem Prorege deſtinata Groſſus teſtatur (*a*) Julianus nihilominus ſeſe tamquam Catanæ Epiſcopum gerebat, mortuoque Andrea Vulpono Eccleſiæ Priore Joannem Paternionium à Monachis electum confirmavit.

(*a*) *Cat. Sacr.* §. 50.

VIII. Rex interim Franciſcum Campulum Syracuſanum Patria, genere nobilem, virtute præclarum, qui diù Syracuſis Dionyſii Pontificis vice functus fuerat, Catanenſem Epiſcopum deſignat, menſe Junio; tum Prorex Jacobo Paternionio Bonorum Eccleſiæ Adminiſtratori ex literis XVIII. Kal. Novembris præcipit, ut noviter Electo Campulo deinceps ejuſdem penderet proventus. Quum porro Julianus bona aliquot juris Epiſcopatus in Opido Plutiæ, obtenta à Pontifice facultate, venum expoſuiſſet, Joannes Rex anno
1474 no MCCCCLXXIV. Idibus Julii Barcinone rurſus mandavit, ut acta per Julianum reſcinderentur; hinc Ximenius Prorex & ipſe, Catana, ubi cum regia Curia degebat, Joanni Gatto Cephaledenſi perſcripſit, ut Regiis literis, ac voluntati obſecundando ſedulo curaret, ne Julianum in Epiſcopum Monachi admitterent, neve, quæ geſſerat, rata haberentur. Franciſcus porro à Rege nominatus Romam profectus, ut Julianus ea ſe cathe-

dra

dra abdicaret, ipſe in Epiſcopum inauguraretur, Ann. Xpti 1475
impetravit, ac literas ad Joannem Paternionium Eccleſiæ Priorem Roma XVI. Kal: Aprilis anno MCCCCLXXV. tranſmiſit, eique jus in Monachos ſuę Eccleſiæ, ut à Syſto Pontifice cautum fuerat, confirmans, illos ab omni Vicarii, aut alterius cura exemptos, unique Priori ſubditos aſſeruit. Verùm poſt paucos menſes, quum nondum ad ſuam veniſſet Eccleſiam, eodem anno Romæ mortem oppetiit. Nec diù lethali morbo Ximenius etiam Prorex Catanæ correptus, vitâ exceſſit, in S. Franciſci Minorum Fratrum Regio Templo conditus. Hinc coactis ibidem Regni Comitiis Joannes Thomas de Moncada Catanenſis Adrani Comes, Siciliæ Juſtitiarius, Præſes deligitur.

IX. Jamverò à morte Franciſci Campuli Bartholomęum Munſonum Cathedralis Baſilicæ Canonicum pridie Idus Junii Romanus Pontifex Catanenſem Vicarium conſtituit, moxque Joannem Gattum, de quo diximus, Meſſanenſem Patria, Ordinis Prædicatorum, Regni Siciliæ apud Apoſtolicam Sedem tunc Oratorem Kalendis Septembris Epiſcopum deſignavit, ſolvitque à vinculo, quo priori, Cephalędenſi ſcilicet Eccleſiæ, detinebatur. Diſplicuit id quammaximè Joanni Regi, cum ob illatam ſuo Patronatus juri, ut ajebat, injuriam, tum quod Bernardum Margariti, qui ſibi fuerat à ſacris confeſſionibus Catanenſem Antiſtitem delegerat; hinc ne Joannem Gattum in novam, neve in veterem Cephalędenſem admitteret Sedem, Proregi mandavit. Verùm Apoſtolicæ, ac ſupremæ in Eccleſia poteſtatis tuendæ gratia tenax propoſiti Syſtus has literas ad noſtros dedit: *Syſtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dedimus vobis in Epiſcopum, & Paſtorem Vener.* 1476 1477

Fr.

Ann. Xpi. 1469 *Fr. Joannem Gattum virum magnæ doctrinæ, & probitatis, & omni honore dignum, quare hortamur vos per præſentes patentes, quatenus eum pro veſtro, & indubitato paſtore ſibi tamquam catholico, & de animarum veſtrarum ſalute ſolicito obedientiam, & reverentiam debitam exhibeatis, ut meritò poſſitis à Domino commendari. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris xv. Kal. Januarii 1477. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.*

X. Catanam igitur Joannes devectus, aliquandiù optimè Eccleſiam ſibi commiſſam adminiſtravit, & libertatis Apoſtolicæ ſtudioſus *Juſtitiarium*, ejuſque adminiſtros, qui temerè labefactare illam auſerant, cenſuris abſterruit. Compoſitis ſubinde Regem inter, ac Pontificem diſſidiis, Joannes noſter Catanenſi Eccleſiæ renunciare in gratiam Bernardi coactus, antiquæ Cephalœdenſi Cathedræ reſtituitur, qua ſeſe in illius favorem Bernardus abdicaverat. Joannem ſummis laudibus celebrant Fazellus, Maurolycus, Pirrus, Pius, & noſter Groſſus, atque ab eximia doctrina, eloquentia, rerumque agendarum dexteritate commendant. Bernardus igitur Catanenſis Patria, profeſſione Monachus, genere nobilis, ſenio venerandus, ingenio, atque eruditione præſtans, quum aliquandiu in Hiſpania perſtitiſſet, ubi S. Petri de Rodes Abbatiam in Gerundenſi Diœceſi eſt aſſequutus (hinc à nonnullis Gerundenſis perperam dicitur) ac Regi, ut innuimus, à ſecretis conſcientiæ miniſtraſſet, Catanenſis primùm, dehinc Cephalædenſis Pontifex nominatus, demum Pontificio reſcripto urbis ſuæ ſedem adeptus à Dalmatio Syracuſano conſecrationis munere in principe templo Catanæ III. Nonas Novembris donatur. Per idem tempus Inſulam noſtram Raymundus Folch Co-

mitis

mitis Cardonæ filius ſuprema cum authoritate administrabat, qui, quum Siculis nonnihil imminere periculi à Turcis latè per Græciam dominantibus animadverteret, totius Regni propugnacula, atque opportuna quæque loca armis, rebuſque neceſſariis munire ſtatuit. Id, ut faciliùs exequeretur, novum Siculis vectigal imponere decrevit, ut tam de fructuum ſcilicet, quàm de pecorum proventu decimam penderent. Communicato cum magnatibus curiæ conſilio, ſtatutum eſt, opidorum, ac urbium ſententias rogare. Drepanum itaque Raymundus profectus, eam urbem compluraque ex vicinis opidis in ſuas adduxit partes, Meſſanam inde adiens, fruſtra in ſuam ſententiam perducere ejuſdem Cives ſtuduit; rebus hinc ad votum minimè ſuccedentibus, Catanam venit, ac Generale Concilium indixit. Ann. Xpi. 1478

XI. *Præſules igitur*, ait Maurolycus, (a) *Legati, Comarchi, Catanam conveniunt; Meſſanenſium Legati Joannes Staitius, Ludovicus Bonfilius, & Jo: Antonius Gothus triremibus duabus eodem adveh*untur*. Collectis omnibus, quintus dies conventui præſcribitur. Concurritur ad arcem. Legati Meſſenii in conſeſſu locum à Tribunali primum, ut decuit, occuparunt; cæteri cæteros ordine conſueto locos ſine controverſia ſortiti. Præſectus ſuperveniens, ut erat iniquo in Mamertinos animo, eos de primo loco ſurgere jubebat; Negabant Legati ſe id facturos, ac jure primarium obtinere locum aſſerebant. Prorex illis præcipitium minabatur, niſi quamprimùm cederent. Ad hæc Bonfilius: Quid glorioſiùs, inquit, quam pro patriæ decore tuendo occumbere? Tum Nicolaus Leofantus Panormitanus, ac Regiæ pecuniæ Quæſtor, & ad Præſidis votum proclivis: hoc eſt, inquit, quaſi*

(a) Sic. Hiſt. lib. 5. circa finem.

Ann. Xpi. 1478 *quaſi perduellionis crimen: Mentiris, reſpondit Bonfilius, vir ſceleſtiſſimè, ac ſeminudato pugione: Numquid Mamertinis omnium fermè ſedeliſſimis hujuſmodi notam ingeris? Si verbum repetas, hoc te pugione confodiam. Obmutuit Leoſantus; Prorex quæſitam nactus occaſionem, Meſſenios Legatos in vincla duci jubet, Bonfilium ſcilicet, & Gothum; nam Staitius languore impeditus aberat. Concilium intermiſſum eſt, atque in tertium diem prorogatum. Interim Præfectus per Solymam unum ex iis, qui à Secretis Curiæ, cujus in ædibus fuerat Prorex Meſſanæ ſuſceptus, mandat Staitio Legato, indicta perduellionis pęna, ne per triduum domo egrederetur, idque ad evitandam ſeditionem..... Poſt hæc Meſſana rurſus alios quatuor Legatos Catanam deſtinat, Marcum Smortùm, & Jacobum Campulum ex ordine Patrum, de Plebe verò Nicolaum Comeſtabilem, & Cęcilium Craſſum, qui Legatos Bonfilium, & Gothum vinculis eripiendos quamprimum curarent..... Verum antequam Legati prædicti Catanam appuliſſent, Bonfilius, & Gothus cuſtodia educti fuerant, Prorege novitates cavente; Qui priuſquam eos abſolveret, in templo divæ Agathæ Concilium inſtauravit. Tunc Nicolaus Staitius, contempto edicto, Concilio interfuit, locumque cæpit inter poſtremos. Itaque de conſeſſu nonnulli Præfecti voto de vectigali ſtatuendo aſſentire, alii ſpatium ad mature deliberandum poſtulare, quidam manifeſtè contradicere. Poſtquam ad Staitium Meſſanenſem Legatum ventum eſſet, in hanc ipſe ſententiam verba facit: Temporis, & inſtantis negotii qualitas me adegere, ut tali Concilio intereſſem, nec ſinunt me dignitate, locoque debito ſpoliatum de injuria conqueri; Differam iſthanc in aliud tempus querelam.* Et poſt multa

concludit: *Sentio itaque vectigal hujuſmodi non eſſe petendum, nec ſi petatur admittendum.* Hac oratione *S*taitium complures in ſuam traxiſſe ſententiam Maurolycus teſtatur, Panormitanis, eorumque ſequacibus exceptis; pergit ſubinde enarrare, ut Plebs Panormitana à Patriciis diſſentiens ad novos Legatos creandos Magiſtratum adegerit, qui Catanam appulſi, priorum ſententia reſciſſa, Meſſanenſibus adhæſere, ac reipublicæ commoda promoverunt, atque hoc pacto, diſcrepantibus Legatis, infecta re Concilium dimiſſum eſt. Ex Meſſanenſibus porro ducenti circiter armis inſtructi Catanam venerant, qui vim à Legatis propulſarent; hinc concione in arcem convocata, congregatiſque coram Prorege *P*ræſulibus, Legatis, ac Magnatibus Antonius Mangiantius publicus Tabellio in pleno conſeſſu XII. *K*alen: Octobris, Meſſanæ decora, privilegia, atque in Regem merita eleganter expoſuit, tum de illata injuria, ac loci dignitate erepta conqueſtus, ut priſtino juri Meſſanenſes Legati reſtituerentur, poſtulavit. Cardonam in pleno etiam Concilio faſſum ſe Meſſanenſibus injurium fuiſſe, ac brevi iracundia ſua excuſata omnia in priſtinum revocaſſe tradit idem Maurolycus. Quibus actis Comitia ſoluta ſunt. Ann. Xpi. 1478

XII. De hoc eodem Concilio Pirrus ita habet (a) *Pro re gravi Comitiis Catanæ coactis, convenere urbium Oratores omnes, & Præſules; Sed cum Meſſanenſes Legati Panormitanis ſe loco præferendos aſſererent, contenderentque, in carcerem conjecti ſunt, tamquam perduellionis rei à Nicolao Leofante Fiſci Patrono accuſati. Die* VI. *Septembris ex publicis tabulis decretum eſt, Oratorem Panormitanum tunc Raynaldum Subtilem præcedere Meſſanenſi Joanni Stayti de antiquo ju-*

(a) Cron. Reg. Siciliæ.

re

Ann. Xpl. *1479* *jure debere*. Hæc ille, ſub Ferdinando ipſis regni ejus initiis rem geſtam enarrans; Et alibi de noſtro Bernardo Epiſcopo loquens: *Eodem anno* ait, ideſt MCCCCLXXIX, *generalibus comitiis, quæ Catanæ ſub Joanne Cardona Comite Cardonæ, & de Prates, Prorege habita ſunt, præficitur; tunc inter præcipuas tres Siculas urbes Catana numerata eſt, ut Panormi, & Meſſanæ tertia Soror diceretur, earumque privilegiis frueretur, confirmatum eſt*. Dum hæc in Sicilia agerentur Joannes Rex mortale exuit ætatis ſuæ LXXXIV, die XIX Januarii *S*alutis anno MCCCCLXXIX Regni Siciliæ XX; cujus corpus in *S*. Mariæ ad Populetum lugubri pompa illatum fuit.

CAPUT IV.

CATANA SUB FERDINANDO CATHOLICO.

1479 I. FErdinando Joannis filio, v. Kal. Aprilis anno MCCCCLXXIX in Regem inaugurato fidelitatis, ut ajunt, *Homagium* totius Inſulæ nomine Joannes Raymundus Folch Regni Prorex, atque Orator v. Idus Julii præſtitit; ipſe verò Rex viciſſim illius privilegia, atque immunitates confirmavit, ac coram idoneiis, nobilibusque teſtibus, ſanctè ſervare promiſit; hos inter Joannes Anſalonius M. R. C. Judex, Catanenſis enumeratur, qui unà cum Joanne Bonanno Rationum Magiſtro Raymundi Oratoris Comes fuerat adſcitus. Anno MCCCCLXXXI literas Barcinone
1481 ſignatas XIII. Kal. Auguſti Bernardus Pontifex ab eodem Ferdinando Rege impetravit, quibus

Digitized by Google

Eccleſię Catanenſis privilegia confirmantur. En *Ann. Xpi. 1481*
illarum initium. *Cum Eccleſia Civitatis Catanię ſit una de principalioribus dicti Regni Sicilię multis decorata privilegiis per retro principes Progenitores noſtros, & martyrio glorioſę Virginis, & Martyris Agathę conſecrata, maxima devotione fuerit, & ſit decorata, Maeſtas noſtra ad illius decorem habens reſpectum, ferventius in ejus devotione ardeſcit, & plus multo in pręſentiarum; dum Rever: in Chriſto Pater, Conſiliarius, & Confeſſor immortalis recordationis Sereniſſimi Regis, & Domini Genitoris noſtri Bernardus Margarithi, magnis virtutibus prçditus, in Epiſcopum ejuſdem noſcitur promotus, ob idque illius inclinati ſupplicationibus omnes gratias, prçrogativas, privilegia, immunitates, libertates, exemptiones, & dona per retro Principes & alies eidem Eccleſię, & Epiſcopis pro tempore exiſtentibus indultas, & conceſſas innovamus, & de-*
novo concedimus, &c; Has Regias literas biennio 1483
poſt Gaſpar de Spes Sicilię Prorex ejuſdem Bernardi opera inviolabiliter obſervari precepit, atque Alphonſi etiam Reſcripta Catanenſis Eccleſię favore dudum emanata firmavit, datis Panormi literis XIV. Kal: Aprilis, quas habes apud Groſſum (*a*).

II. Per idem tempus Benedictini Ordinis Sicula Monaſteria in unum corpus coaluerunt, rem maxime promovente Mauro Truglio *S.* Nicolai de Arena Abbate; adeo ut Sicula ea Congreatio S. Nicolai de Arena à pleriſque, & ab Uvione (*b*) fuerit appellata. Illius originem, progreſſuſque latè expendi in Monaſt: Sicilię Hiſtoria. In Catanenſi interim Eccleſia nonullis exortis diſſidiis Canonici ad ſedem Apoſtolicam rem detulerant,

(*a*) *Cat. Sacra* §. 54.

(*b*) *Lig. Vitæ lib.* 3.

Ann. Xpl. 1486 rant, & cauſſa Joanni de Paternione Melitenſi tunc Epiſcopo fuerat demandata, qui juribus ritè perpenſis, favore Canonicorum contra Bernardum eam adjudicavit; Hic porro quum eximiis meritis commendaretur, mortuo Auſia de Podio Montis Regalis Archiepiſcopo à Monachis illis ad eam Eccleſiam poſtulatur, ſed quod id Ferdinando Regi minime probaretur, in ſua Bernardus perſtitit ſede; ubi tandem ętate confectus fatis conceſſit XII Kal: Julii MCCCCLXXXVI. Ab ejus morte Catanenſes Monachi Joannem Paternionium ſępius laudatum in ſuum Pontificem communi voto elegerunt; Romanus verò Pontifex Vicarium ſede vacante Andream, Joannis gentilem Cathedralis Baſilicę Decanum pręfecit, ac Bartholomęum de Munſone ad jura temporalia, proventuſque Epiſcopatus curandos deſignavit. Mox Alphonſum Carillos de Alburnoz Hiſpanum illuſtriſſimę familię, Toletanum Canonicum, & Alphonſi Carillos S. R. C. Cardinalis nepotem Cataneſi Cathedrę impoſuit, datis Romę literis Idibus Novembribus. Sed Pontificię proviſiones Regi, ejusque adminiſtris diſplicuere, hinc Prorex Munſonum Apoſtolicum Commiſſarium ab injuncto munere rejecit, aliumque ordinavit; Ferdinandus verò Rex, quod ipſe Alphonſum Pontifici non obtulerat, in Epiſcopum admittere recuſavit.

III. Eodem anno piiſſime, ut vixerat, Bernardus Scammacca in ſuo S. Marię Majoris Ordinis Prędicatorum Cęnobio in Domino obdormiit, ibique eſt ſepultus, cujus venerabile corpus ad hanc uſque diem incorruptum aſſervatur. De Bernardo ſuo loco lib: XII. fuſius dicemus. Rebus ſubinde cum Apoſtolica ſede compoſitis, Alphonſus noſter Pontifex à Rege admiſſus anno

MCCCC-

MCCCCLXXXIX Eccleſię ſuę poſſeſſionem iniit, Ant. Xpi. 1489
quumque in Hiſpaniis adhuc verſaretur, Albarum germanum fratrem in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarium, quantumvis laicum virum, delegavit; ob id verò graviter à Pontifice Romano objurgatus, qui Monachis Apoſtolica authoritate mandavit, ut Albarum contra Eccleſiaſticas ſanctiones electum ab injuncto repellerent miniſterio, ipſique communi voto, quod Epiſcopus longe abeſſet, unum aut plures ex ordine clericali Vicarios deſignarent; quod naviter impletum. Paulli Coralli per hęc tempora Catanenſis patria, Archipiratę celeberrimi, Turciſque infenſiſſimi Venetiis demortui, ac in S. Auguſtini Cęmeterio tumulati Nicolaus Doglionius meminit. 1491

IV. Degebant tunc cum Ferdinando Acuna Sicilię Prorege Regalis Curię miniſtri in Urbe Catana, quorum authoritate diſſidia inter Magiſtratum, & Epiſcopi Vicarium Hieronymum Roſeum de juriſdictione certantes x. Kal: Februarias ſunt compoſita; nec diu ſubortis aliis denovo jurgiis, quum Eccleſię libertatem violari Hieronymus adverteret, monitos Conſcriptos Patres juxta Canonum ſanctiones voluit, ac literas dedit, quibus inter alia Rectoris Epiſcopatus munia proſequitur, ut habes apud Groſſum: Translatus eodem anno Alphonſus ad Mylenſem, in Hiſpania ſedem, ac ſecundus Academię Abulenſis Pręſes renunciatus, (atque hinc a nonnullis Abulę Pontifex male dicitur) Franciſcum Garſiam Hiſpanum patria, Gaudicenſem Epiſcopum, ſucceſſorem habuit, qui ſuas in Spiritualibus vices eidem Hieronymo Roſeo primum, mox Conſalvo Matruchio civi ſuo delegavit. In Apoſtolicis quibuſdam literis poſt Carillum Catanenſi Eccleſię Bur- 1492 1493

genſem

Ann. Xpi. genſem Theſaurarium præfuiſſe legit Baſilis, ut
1494 ipſe teſtatur. (*a*) Sed hanc etiam dignitatem tenuerit ne Garſias, an verò alius ab ipſo fuerit, moxque Epiſcopatui nuncium remiſerit, cujus loco Garſias deſignatus, incompertum habeo; id citra dubium cathedram ſibi commiſſam hunc etiam minimè inviſiſſe.

(*a*) *M.ſ.Sched. in Archiv. Cathedr.*

V. Capta Granata Ferdinandus Rex Judæos omnes ſuis excedere regnis, lata lege, juſſit; Gens itaque ſuperſtitioſa è Sicilia etiam pulſa, atque ex urbe Catana, ubi Synagogam habebat, hàc illàc diſperſa, majori ex parte in Africam trajecit. Tunc Catanenſes, quod Civilis Baſilicæ ædibus eodem anno coronis ultima fuerit impoſita, lapidem hunc erigendum curarunt. 3 *Roſilio Capta Granata.* 1 *Judæis Pulſis. Medio Clarior Reſurgo: Ferdinando R. Cunaque Regente* MCCCCLXXXXIII. Sequenti
1494 anno ex literis Meſſanæ ſignatis XV. Kal. Julii data eſt Catanenſi Senatui ſuprema, ac libera de rebus ad ſalutem ſpectantibus judicandi facultas, quoties aut à peſtilentiæ morbo, aut ab alio quovis malo urbi periculum immineret (*b*) Non diu poſt Ferdinandus Prorex morti proximus Monachis S. Agathæ, ut ſacrum pro ejus anima quotidiè offerrent, amplum latifundium juxta Panormum in regione Ziſæ legavit; mortuus in majoris Baſilicæ Sacello eidem divæ Agathæ dicato ſepeliri voluit. Extat è pario marmore mauſoleum hoc epigrammate: *Jeſus. Maria. Hìc Jacet D. Ferdinandus De Acuña Siciliæ Prorex, Patria Caſtellanus, Patre Comite de Buendia, Illuſtri Scilicet Genere de Acuña Genitus, Aſpectu, Atque Animo Regius, Ac Virtutũ Omniũ Cumulus, Literatorum Cultor, Et Armis Strenuus. Hunc Proborum Et Doctorum Chorus deflet; Cujus Corpus Tametſi Terris*

(*b*) *Reg. Priv. Tab. Sen.*

ris ſit Conditum, Pia Tamen Anima Beatorũ Obtinet [illegible]
Gloriam. Inſidet ejuſdem ſimulacrum arcę ſepul- 1494
chrali flexis genibus, extenſis ſupra librum manibus effictum, ponè puerulus enſem dextera, clypeum lęva prehendit. Circa baſim utrinque ſcriptũ.

Fernandus Cuneus, Juſtus, Prudenſque, Benignus,
Sicilię Prorex conditur hoc tumulo.
Quem lacrymis Conjux decorat ſua chara Maria.
Altavilla, donans hoc pietatis opus.
Moribus iſte Cato fuerat, ſed pectore Cęſar,
In quo virtutum fulſerat omne genus.
Ante oculos hunc ſemper habe virtutis Amator;
Sic cęlo, & terris nempe probatus eris.
Vixit Annos XL *Obiit* XI *Decembris Anno Salut: Domin:* MCCCCLXXXXIV.

VI. Albarus Paternionius Sexvir ſequenti anno ad Ferdinandum Regem, ejuſque Uxorem Iſabellam patrię nomine legatus contendit. Hìc 1495
adeo prudentiâ, dexteritate, ac moribus in aula ſeſe commendavit, ut iiſdem principibus apprime charus evaſerit, illorumque ſubinde non ſemel epiſtolis honorari meruerit. De eo rurſus ſuo loco fuſiori calamo agemus. Mortuus ſub idem tempus Franciſcus Pontifex Joannem Deza, ſive de Aza ſucceſſorem accepit ex Regiis literis Burgis VII. Kal: Octobris MCCCCXCVI, qui mox ad Ovetenſem Cathedram aſſumptus à Pirro dicitur. Joan- 1496
ni Franciſcus de Prades Valentinę Eccleſię Alumnus, Rege volente XIII Kal: Aprilis, ac Pontifice confirmante XVI. Kal: Majas Anno MCCCCXCVIII ſubrogatur, qui ne Principis templi 1498
ędificia vetuſtate ſordeſcerent, ut in illorum refectione auri uncię centum ex juribus Epiſcopatus quotannis impenderentur, à Rege literas exoravit ſub Dat: Granatę XI Kal: Octobris, Idem,

ut

Digitized by Google

Ann. Xpi. ut Eccleſię ſuę privilegia ſarta tecta cuſtodirentur
1500 ab omnibus, apud Joannem de La nuza Siciliam pro Rege moderante egit, qui *Obſervatoriales*, ut vocant; IX Kal: Decembris ejuſdem anni expediri mandavit. Tunc etiam ſollemni totius cleri ſupplicatione devota B. Marię V. Statua ex Liguro marmore, Joannis Cagini opus, ad Minorum Fratrum, quos de Obſervantia dicunt, Eccleſiam ſub titulo S.Marię, & Jeſu deducta eſt, ubi hodie à piis Fidelibus religioſiſſimè colitur.

VII. Sęculo Sextodecimo allabente Cathedralis Baſilicæ Valvas emblematis, ſententiiſque affabre expolitas ex integro Franciſcus Pontifex inſtituit, gentilitia ſtemmata, atque epigraphem adjecit: *Sub divo Fedinando Rege Caſtellę, & Aragonum, Granatę Expugnatore, Et Judeorum Expulſore, Anno Domini* MD. *Ad Laudem Dei, Divęque Agathę Franciſcus Detz Prats, Nuncius Apoſtolicus, Epiſcopus Catanenſis has portas fieri juſſit. Procurante Domno Paſcaſio de Anſano ejus Proviſore, Per Pariſium Calichi Architectorem Catanenſem*. Pręſulatu ſeſe Franciſcum abdicaſſe favore ſucceſſoris, dum apud Romanam curiam ageret, ſcribit Pirrus ex libris Protonotarii die VII Februarii ſuperioris anni; Verumenimvęro, nedum allata Valvarum inſcriptio id falſum evincit, ſed inſtrumentum quoque à Groſſo allatum, ubi legitur ex illius morte X Kal: Novembris Catanenſem Sedem vacaſſe, Monachoſque unanimi conſenſu Matthęum Juvinum, & Hieronymum Siſmundum in Capitulares Vicarios elegiſſe. Forte Franciſci renunciatio facta in Didaci Hiſpalenſis Eccleſię Decani gratiam Regi minimè arriſit; hinc nonniſi eo mortuo Didacus fuit Epiſcopus ſubrogatus, qui, & ipſe brevi etiam Di-

Digitized by Google

gnitati nuncium remiſit, ac Raymirez, & Guſmano locum ceſſit. In idem ferme tempus, tradit Caietanus (a) celebre illud prodigium incidiſſe, Ephębi Catanenſis è Byzantio, ope Virginis Deiparæ, momento temporis, in patriam translati, de quo nos fuſius lib. IX quum de S. Marię Degalenſis antiquiſſimo Templo dicemus. — *Ann. xpi. 1501*

(a) De Imagin. B.M. Virg.

VIII. Anno MDI. tertio Nonas Aprilis Pontificio cultu, ſollemnique pompa Jacobus Epiſcopus equo vectus ſub pallio à Senatoribus, qui, & ipſi in equis procedebant, ſubſtentato, Catanam ingreditur, (b) (Hunc cum Didaco perperam confundit Pirrus) paucoſque poſt dies S. Agathę lipſana Venerationis ergo luſtrare voluit. En Inſtrumentum in vetuſto quodam codice Catanenſis S. Mariæ Majoris Ordinis Prędicatorum Cęnobii extra męnia manu F. Joannis de Falco Catanenſis exaratum: *Reviſio Capitis, & Viſcerum S. Agathæ Virginis, & Martyris Catanenſis, habita die 19. Aprilis 4. Indict. 1501. die Lunæ, hora ſecunda noctis.*

(b) Reg. Senat. 4. In'. fol. 184.

Reverendiſſimus Jacobus Ramirez de Guzman Catanenſis Epiſcopus, unà cum magnifico Alvaro de Paternione tanquam Patricio, D. Bartholomæo Aſmundo tanquam Jurato, magnifico Matthæo Juvini tanquam Theſaurario, & Vicario in ſpiritualibus, Fr. Hieronymo de Aſmundo Vicario, Fr. Andrea de Paternione tanquam Decano *Majoris Eccleſiæ, ac Magiſtro Vincentio Archiphel aurifice, fuerunt, in cuſtodia* Beatiſſimæ *Virginis, & Mart. Agathæ, dictuſque* Reverendiſſimus *Epiſcopus volens videre Caput dictæ Virginis, fecit aperiri quoddam cataractum in capite dictæ Virginis, & ſic extraxerunt Caput ibi poſitum, & invenerunt illud purum, & immaculatum, habens*

capillos

capillos nonnullos ad colorem avellanæ. Oculi ejus erant clauſi, Aures deſiccatæ, Os ejus parum apertum, Dentes albiſſimi, pellis Faciei impaſſuluta, ſeu deſiccata, Naſus erat ſanus, & venuſtiſſimus; & coopertum erat caput quodam velo ſerico albiſſimo, ſano, & novo. O mira res, quòd jam ſunt plures anni, quòd non eſt memoria hominum, quòd tale caput apertum nunquam fuit à tempore Reverendiſſimi Joannis Piſcitelli Epiſcopi Catanenſis, quòd jam adhuc ſunt anni ſexaginta, vel circa. Et ſic poſtea viderunt intus Corpus ejus, & viſcera, atq; interiora arida, & quaſi impaſſuluta, odorantia omni mirabili odoramento, & reſragantia Divino odore. Et ſic omnes ibi adſtantes oſculati ſunt caput, & repoſuerunt ad locum ſuum, & admirati omnes receſſerunt, devotè, & plenis lacrymarum oculis.

Habes illud etiam penes Pirrum, qui Joannem de Falco vitæ innocentiâ clariſſimum, ſuis Netinis perperam adſcribit. De eo nos Lib. XII.

1503 IX. Biennio poſt Æs Campanum tota Sicilia celeberrimum jam diù fractum, denuo Jacobi opera fuſum docet inſcriptio extremis ejuſdem oris adjecta: *Jacobus Raymirez de Guzman, natione Hiſpanus, S. T. D. Catanenſis Epiſcopus Hanc diu fractam propriis ſumptibus, & confici, & augeri juſſit Anno* MDIII. Pendit libras viginti duo mille, & quincentas, patet per circuitum palmos 22. 4. Id porro per ſuos præſtitiſſe Jacobum haud indubiè putamus; in laudato enim inſtrumento Viſitationis reliquiarum S. Agathæ hæc ſubditur. *Poſtea Reverendiſſimus Epiſcopus receſſit ab hoc Regno 20. Julii* v. *Indic.* 1502, *& mortuus fuit ſicut Domino placuit in Flandria die* 23. O*ctobris* XII. *Indic.* 1508, *& menſe ſequenti crea-*

tus fuit Epiſcopus Jacobus Conchilles. Quæ ulti- Ann. Ch. 1504
ma ſanè verba allucinatum, ut optimè Groſſus advertit, (a) Pirrum fuiſſe arguunt, dum in Cat: Eccl. notitia ſcribit: Jacobum ad Ilerdenſem ſedem in Hiſpania aſſumptum, Julii II. Rom. Pontificis authoritate, anno MDIV. Joannem Cardinalem Columnium accepiſſe ſucceſſorem; Columna enim poſt Conchilles Catanenſis Pontifex renunciatur, ut mox dicendum. Interim Senatus decreto vetuſtiſſimi Amphitheatri rudera vulgo Coloſſei, juxtà Steſichori, ſeu Acis portam, Joanni Joenio, viro patricio, ut in privatas cederent ædes, area verò in domeſtici viridarii uſum converteretur, ob ejus in patriam merita, anno MDV. conceſſa legimus; Hæc porro idcirco memoraverim, ut ad hanc uſque ætatem tanti ædificii perſtitiſſe reliquias, innoteſcat, quas hodie funditus everſas dolemus. Per idem tempus Viti Catanisii Siculæ Benedictinæ familiæ Abbatis, & Præſidis S. Nicolai de Arena Alumni opera, Italicæ Caſinenſi ejuſdem Ordinis Congregationi, quæ magna celebritate, ac diſciplinæ Regularis incremento efflorebat, Siciliæ Cœnobia uniuntur Julio II. Rom: Pontifice, ac Ferdinando Rege rem confirmantibus. Hoc ipſo anno Urbis noſtræ Adminiſtris Joannes de Lanuza Prorex indixit, ne aliquid contra Eccleſiæ, aut Epiſcopatus jura molirentur, ex literis Panormi VII. Kal. Auguſti ſignatis, quas refert Groſſus.

(a) Cat. Sacr. §. 60.

1505

X. Anno MDVI. Ferdinandus Rex, ut S. Mariæ Novælucis Abbatia Catanenſi Noſocomio à morte Joannis Paternionii, tunc Abbatis, & Archiepiſcopi Panormitani uniretur, perſcripſit pridie Kal: Junii; At quum ſexennio circiter elapſo, illa vacaſſet, Joanni de Cabrera eamdem, promiſ- 1506

ſi im-

Ann. Xpi. ſi immemor, Rex commendavit. Quùm porro Pro-
1507 rex Lanuza Neapolim, ubi tunc Ferdinandus degebat, enavigaſſet, idem Joannes Paternionius Regni prefecturam nactus, egregie ſeſe commendavit, quod munus triennio poſt ſumma etiam, cum laude geſſit. Interim ad eumdem Regem in Hiſpanias ob Philippi Auſtriaci mortem revocatum Albarus Joannis frater Catanenſis Urbis legatus ſe contulit. Nec diu poſt fidelium cultu
1508 frequentiſſimum S. Mariæ de *Grutta* templum prope Carmelitarum Cenobium, eorumdem Fratrum cure commendatur, ea lege, ut ſingulis Dominicis, feſtiſque diebus ſacrum in eo celebrare, ac ejuſdem Virginis feſtum ſuis anni temporibus ſollemni pompa peragere tenerentur; cenſus denique nomine, Cathedrali Eccleſiæ Nonis Februarii cereum penderent, ut ex diplomate in Tabu-
1508 lis Epiſcop: ſub dat: Catane XII Kal: Julii MDVIII.

XI. Quodnam id Deipare Templum fuerit, aut qua occaſione olim extructum hiſce verbis prodit Groſſus (a) *Mulier quedam*, incertum quo tempore, *Intemeratæ Virgini pientiſſimo devotionis æſtu devincta, ejuſdem apparitione dignata, noctu per ſomnium eam intueri, placideque ſibi alloquentem, admonentemque audire viſa eſt, ut ſuam ipſius iconem ſub immenſa ſaxorum mole deliteſcentem ſeria quæreret, ſimulque locum, ubi hæc fieri oporteret, ſibi deſignari animadvertit. Mane igitur evigilans, confeſtim rimatur, menteque ſecum ipſa perpendit, haud quaquam eſſe otioſum, quod tam inſolitum videbatur; quare celitus ſibi impoſitis obtemperare ſtudens mandatis, loculum à Virgine deſignatum protinus fodit, & quæ dedit intellectum, ut ſuam imaginem quæreret, illa eadem ſe ipſam mox obtulit quæſitam; quod ubi factum eſt,*

(a) Decach. Cat Chor. 2 m.p.

ctum eſt, piorum eleemoſynis in ipſius Dei Genitricis honorem eò loci, ut ſoli anguſtię paſſę ſunt, templum erectum eſt, in cujus parietibus res per ordinem geſta picturis, pios intuentium affectus ſolicitantibus, graphicè expreſſa eſt. Hucuſque Groſſus. Ann. Xp. 1509

XII. Sequenti anno oblata totius Siciliæ nomine à Raymundo de Cardona Prorege, ac Legato Capitula Ferdinandus Rex datis in Valliſoleti opido literis, v. Idus Octobris, confirmavit. Ea inter num: LXVI. Urbs noſtra tertia Regni Soror Panormo, ac Meſſanæ omnino compar, ut olim Ludovici Regis privilegio, declaratur. Per idem quoque tempus in mortui Jacobi Raymirez Epiſcopi locum alter Jacobus Conchilles Hiſpanus, ut ſupra innui, ſufficitur. Hic S. T. D. Regius in Sicilia Major Capellanus, & S. Luciæ de Mylis Abbas, Epiſcopus etiam Oppidanus in Calabria, ex hac Eccleſia ad noſtram tranſlatus, Rege volente, ac Julio II. Pontifice ex literis Romæ VII Kal: Martii elapſi iam anni confirmante, quod in Apoſtolico reſcripto nulla *Juris Patronatus Regii* facta fuiſſet mentio, Sedis ſuæ poſſeſſione privatus, non niſi appoſitis in Diplomate verbis illis: *De Jure Patronatus* Regis *Siciliæ* receptus eſt. Diœceſim quum ex munere luſtraret, Templum S. Leonis in Opido Aydonis Pontificali ritu Sacro linivit oleo: (Tradunt Aydonenſes, qui & olim Herbitenſes, S. Leonem II. Rom. Pontificem origine, & nativitate ſuum fuiſſe) Subinde Jacobus ad Ilerdenſem Cathedram evocatus anno MDXII noſtræ valedixit.

XIII. Joannes Paternionus Panormitanus Archiepiſcopus pene octogenarius poſt multa præclarè geſta v Kal: Februarii MDXI piiſſime, ut vixerat, mortem oppetiit in principe ſuæ Cathedrę 1511

templo

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1512 templo tumulatus. Illum à Romano Pontifice e-
vocatum, ut ad Cardinalatus apicem eveheretur
Adria apud Pirrum, aliique referunt, Regis vices
bis in Sicilia tenuit, eximiaque demum doctrina,
Juriſque ſcientia effloruit, ob quam Doctoris Fun-
damentalis apud Siculos ſibi nomen comparavit.
De eo alibi. Ob translationem Jacobi ad Ilerdenſem,
ut innui, Sedem, urbis noſtræ Præſulatum Joanni
Cardinali Columnio Tituli S.Mariæ de Aquiro Ro-
manus Pontifex,Catholico Rege inconſulto contulit,
quem Canonicorũ Collegium in poſſeſſionem indu-
xit. Verumenimvero irritam eam eſſe VII Idus Se-
ptembris Ugo de Moncada Prorex,ac Regni privile-
giis refragari, declaravit. Subinde ejuſdem Ugonis
literis ſummo Academiæ Catanenſis commodo non-
nulla Meſſanæ pridie Kal: Auguſti decernuntur:
*Ut nulli ſcilicet, niſi in publico, & univerſali Stu-
dio laurea inſignito liceret Lectoris munere Catanę
fungi; Ut Laureati in Catanenſi Univerſitate li-
beram exercendi Medicinæ artem, nulla ab Archia-*
1513 *tro Regni expetita, aut obtenta licentia, faculta-
tem haberent.* Hinc rurſus ſequenti anno, *ut auge-
rentur Scientiarum profeſſoribus honoraria, atque
ad id munus electi, ſi abnuerint, jure Civitatis ipſo
facto deſtituti cenſerentur*; die XVII.Octob. ſtatutum.

XIV. Eodem anno VI. Kal: Aprilis, in quem ſollemne Paſchæ Dominicæ feſtum incidit, quum in Cathedrali Baſilica celebri, ac ſollemni pompa Benedictus de Aſmari Prior, abſente Pontifice, in magna populi, ac magiſtratus frequentia, ſacris operaretur, quidam Joannes Baptiſta Rizzus Sartor, aut Hębraicæ perfidię, aut Hæreſis aſſertor, vel, ut alii ſcribunt, ex diutina infirmitate mentis inops prope aram principem factus, repentino, ac cæco impetu Sacroſanctam Hoſtiam, dum elevaretur, è

Sacer-

Sacerdotis manibus eripuit, confugienſque, ſecus idem altare ſeſe proripere tentavit. Populo univerſo, ac Clero accurrente, parum abfuit, quin ſacrilegus in fruſtra diſcerperetur; quumque divinum panem anxiè in ejus manibus quærerent, illum non ſine prodigio integrum, atque illæſum in ejuſdem altaris menſa invenerunt, quem Sacerdos reverenter elevatum, multitudini ſeſe in lacrymas effundenti oſtendit; Confecto Sacrificio, Plebs tumultuariè arreptum Joannem ante ejuſdem templi fores, ingenti excitato incendio, vivum comburit. Eccleſiaſticum verò Tribunal de vita malè traducta, atque hæreſeos labe infecta rite notatum, perpetuo infamem eumdem ſubinde declaravit, ac de miraculo publicè perpetrato decretum condidit. *Hinc factum* ſubdit Baſilis, (a) *ut deinceps principio Præfationis in urbe Catana, ejuſque finibus campanæ ad convocandum populum pulſentur, quem ritum ab aliquot Eccleſiis ſuſceptum videmus*. Extat facinus in libris publici Senatus Tabularii etiam exſcriptum.

An. D. 1513

(a) 24. ſ. Rep. Tab. Senat.

XV. Cardinale Columnio renunciante, Catanenſis Pontifex Gaſpar Pau Hiſpanus inauguratur, 1514
qui per Joannem Sanchez poſſeſſionem iniit, Eccleſiamque aliquandiu abſens adminiſtravit. Per idem tempus in Libro, quem *Rubrum* vocant, deſcriptas Cæremonias, ad Catanensē Senatum ſpectantes, Albari Paternionii induſtria collectas, & ordinatas legimus, quas Ugo Prorex ſua authoritate firmavit. Idem ſequenti anno nova Regni Capitula Ferdinando Regi obtulit, ut ab eo firmarentur; Hinc num: xxi, qui eſt in ordine xcvii. totius 1515
Inſulæ Concilium petit, ut Catanenſis Academiæ ſtatus in meliorem formam redigatur: *Cum non paucæ pecuniarum ſummæ à Regno extrahantur,*

quod

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1516

quod Siculi in aliis mundi partibus ſtudiis vacare compellantur, congruumque ſit, ac utile, ut univerſale Studium in Regno habeatur, tum ob ſcientiarum præſtantiam, tum moribus juvenum conſulendi gratiam. Et Catanæ, quæ ex præſtantioribus Inſulæ civitatibus eſſe noſcitur, Studium ſit, in quo ob ſalarii tenuitatem, & profeſſorum penuriam inhabiles fermè ad docendi munus aſſumuntur; A Regia idcirco Majeſtate Regnum ſuppliciter expetit, quatenus aliquam dignitatem, aut Abbatiam eidem dignetur unire, ac Studii reformationem ordinare, quæ quidem Reformatio à Dom. Prorege de Sacri Conſilii deliberatione fiat. ℞. Placet Regiæ Majeſtati, quod Prorex ſummo ſtudio provideat, ut Studium Catanenſe reformetur, & quod ſolvantur ſalaria integra, pro ut ſolvi conſueverant tempore antiquo perſonis habilibus, & ſufficientibus, & quod ibidem legatur quemadmodum olim legi ſolebat. Dat. in Civitate Burgorum die 24. Menſis Junii (a) Ad hanc igitur Reformationem promovendam Catanenſis Senatus Petrum Paternionium, & Bernardum Alexandranum viros Patricios ad eumdem Proregem Legatos Panormum deſtinavit. Sed Ferdinandi Regis mors cępta conſilia intermiſit.

(a) *In Capit. Reg. ſub Ferdin.*

FINIS LIBRI VII.

Digitized by Google

CATANÆ ILLUSTRATÆ
LIBER OCTAVUS.
CATANA SUB AUSTRIACIS AB AN. MDXVI AD MDLVI.

Ann. Xpi. 1516

I. **F**Erdinandi Catholici mortem ingentes in Sicilia tumultus excepere. Ugo, de quo dictum, Siciliæ Prorex, ambitione, ac cupiditate inſignis, plebique, ac Proceribus idcirco infenſus, mortem hanc populis omnino occultam volens, generale Regni Concilium, cauſſa diſſimulata, Panormi indixit; noſtri hinc, apud quos Regiæ mortis nuncius XIII. Kal: Februarii perlatus fuerat, Petrum Cardonam Coliſani Comitem, adnitente cum primis Nicolao Tornambenio Caſtaniæ Dynaſta, Catanenſi, urbis Legatum delegere. Ubi Legati, atque Optimates Panormum convenerunt, Ugo, ut ſibi poteſtas prorogaretur, malis artibus à Sacro Conſilio ſecretò obtinuit. {Eſt id Conſilium apud Siculos Cœtus eorum, qui Regio ærario adminiſtrando, ſupremiſque Regni tribunalibus præſunt.} Quod Proceres non latuit, quumque ſeſe vacuos dimiſſos ab Ugone, dilatis comitiis, vidiſſent, Thermas turmatim ſeſe receperunt, ubi Ferdinando inferiis exſolutis, Caroli inaugurationem ſumma pompa celebrarunt. *Ex m.ſ. codice apud Authorem.*

Ugo ſubinde ſibi timens, Legatum ab novo Rege ex Hiſpaniis Panormum advenisse, ſeque confirmatum in Inſulæ Proregem confinxit. Ad hunc vero excipiendum, deducendumque univerſa pene effuſa Civitate, quum ad aream maritimam pompa perveniſſet, Legati perſonam agentem Triremis Balliſtarium eſſe in vulgus jactari cœpit, ab Ugone, ut *S*iculis illuderet, conductum. Id ubi Magiſtratus advertit, Urbanum cogere concilium decrevit, cui Blaſcus Lancea Juris conſultiſſimus, & Patricius Catanenſis, Regius Conſiliarius, Ugoniſque partibus ſtudens intereſſe poſtulabat. Non admiſſus, quod Panormitanis Civibus minimè accenſeretur, in locum vi irrupere, ſuorum manu adjutus, contendens; adeo Plebis animum concitavit, ut fuga ſe proripere è furentium manibus compelleretur. Populus domum uſque illum inſequutus, ubi ad Proregis palatium evaſiſſe cognovit, eò delatus, minis, clamoribuſque, ut urbe pelleretur, expetebat, cujus annuere votis, Ugo è feneſtra ſeſe oſtentans, promiſit; ſed quum moras innecteret, multitudinis & ipſe odium incurrit; Facta hinc ſeditione, Patriciis, ac *P*roceribus cum plebe conſpirantibus; Ugo etiam cum ſuis Panormo ejicitur, qui veſte diſſimulata triremim conſcendens, Milas primum, ſubindeque à Meſſanenſibus per Legatos invitatus, Meſſanam contendit. Blaſcus cum Ugone evadens Catanam ſe recepit, quo etiam, quotquot Panormi degebant Catanenſes, mox ut facta eſt in Blaſcum conſpiratio, commigraverant.

An. Xpi. 1516

II. Poſt dies aliquot, eodem Blaſco agente, Hieronymus Guerrera vir Patricius Meſſanam ad Ugonem tamquam Catanæ Legatus proficiſcitur; Prætor verò, ac *S*enatus *P*anormitanus, datis ad

Digitized by Google

Ann. Dñi. 1516 noſtros literis, nunquam Panormi contra Catanenſes conclamatum, ut famâ vulgaverat, teſtati, ut conjunctis viribus in Ugonem inſurgerent, ſuadere. Ugo denique Jacobum Aſſiata Caſtelli ad Mare Dominum, Inſulæ totius *Locum tenentem*, ut populum in fide contineret, oblatiſque immunitatibus, & gratiis, ad ſuas adduceret partes, Catanam tranſmiſit. Blaſcus interim, ac alii Patricii ordinis viri vota occulte cogebant, quibus Ugoni regimen firmarent. Verum Catanenſes Guerrerio, utpote communi conſenſu neutiquam adſcito, poteſtatem abrogarunt; Aſſiatam, ejuſdem poſthabitis promiſſis, vacuum remiſere; in Blaſcum inſurgentes, ut fuga ſibi conſuleret, adegerunt; Panormitaniſque pro communi cauſſa operam promittentes ſuam, Ugoni, qui ad Meſſanenſium famem ſublevandam frumenta poſtulaverat, parere recuſarunt. Ugo nihilominus Ceſarem Joenium Leontinos, Guerrerium verò cum poteſtate Calatahieronem delegavit, qui annona tranſmiſſa Meſſanæ laboranti opitularentur; Sed hic ad Gabellæ diverſorium digreſſus, accepto nuntio, quod, & Calatahieronenſes Ugonis etiam imperium detrectarent, ſedè ad Protegem regredi, Joenius Leontinis exceptus primum, mox orta ſeditione, clam ſe ſubducere, atque Meſſanam remeare compulſus eſt. VI

III. Inter hæc Conventum Siculi Panormi celebrarunt, atque unanimi ſuffragio Simonem Vigintimillium Jeracii, & Matthæum Santapau Licordiæ Marchiones Regni Præſides, Ugonis loco, delegere. Petrus verò Cardona Coliſani Comes à Catanenſibus vocatus, cum poteſtate Catanam venit, qui turbas à factioſis excitas componere adnixus, pacem aliquando cives inter conſtituit. Sub idem porro tempus Gaſpar Pau Pontifex, qui biennio

ante

ante fuerat inauguratus, ſedem inviſit ſuam. Ejus quippe vices Joannes Sanchez Roccadiæ Abbas jam dudum optimè geſſerat. Sollemni pompa inter Colliſani Comitem, Urbiſque Patricium, è Cœnobio S. Mariæ Novælucis, quò ante ingreſſum diverterat, excepiſſe Paſtorē Catanenſes M.S. codex, & Groſſus teſtantur; Sed hic rem peregrinam, ut idem ipſe vocat, in ſua Catana Sacra refert. (a) *Mos erat antiquitus, ut quoties Epiſcopus Pontificio amictus ornamento, Urbem inſulatus incederet, alter ex Collegiatæ Canonicis, cum altero ex Cathedralis Eccleſiæ Monachis baculum illi paſtoralem inſimul geſtarent. Egrè id ferebant Monachi, nacti igitur occaſionem, quam maximè apud Gaſparem inſtabant, ne ſuo tunc in urbem ingreſſu id Collegialibus honoramentum permitteret. Acriter ex adverſo contendebant Collegiales prærogativa illa, ut alias potiri, neve aut juribus ſuis excidere ſineret, aut gradu, quo ſtabant, deturbari; Hæc tamen contentionum diſſidia ita compoſuit Epiſcopus, utrorumque jura præſervare ſtudens, ut ſcilicet in præſentaneo illo ingreſſu, neuter illorum baculum geſtaret, ſed aliquis ex Epiſcopi Capellanis; donec auditis utriuſque juribus, quid juridicè definiendum fuerit ſanciatur.* Hæc ille.

An. Ch. 1516

(a) §. 62.

IV. Jamverò Siculorum turbis auditis Carolus Rex Didacum Aquilam, ſeu de Aglar {Ita m. s. codex} Hiſpanum, in Inſulam cum poteſtate deſtinaverat, qui ex urbe Catana arceſſitum Comitem, alioſque Regni Proceres in Concilium cogit, Regium aperit mandatum, conjuratoſque in Ugonem ad mentem redire, ac Regiæ ſeſe benignitati committere ſuadet. Obedientiam ſpondent omnes, Regem nihilominus eſſe conſulendum, ut hac de re maturiùs decerneret, unanimi voto re-

ſponderunt

An. Ae. 1517 ſponderunt. Rex itaque conſultus Ugonem, ac Comites aliquot accerſit, Joannemque de Luna Calatabelloctæ, & Vibonæ Comitem Siculis præficit; qui ſtrenuè munus ſuum exſecutus, turbas undique componere ſatagit. Ugonem ad Regem proficiſcentem è noſtris Blaſcus Lancea, Hieronymus Guerrerius, Cæſar Joenius, aliique ex Inſula eidem addicti, comitati; totius autem Regni nomine Petrus Cardona, & Fridericus Abbatellius Cameratæ Comes legationem ſuſcepere, quibus, & alii juriſprudentia inſignes, ac generis etiam nobilitate præclari adjuncti ſunt; ac Matthæus de Dulcetta urbis Catanæ vice cum primis, legali ſcientia, & ipſe inſtructiſſimus. Ad Legatorum porro electionem nonniſi cum Senatus Catanenſis ſuffragio Proceres devenere, ut ex publicis conſtat Tabulis (a) ubi datas hinc inde Epiſtolas eſt legere. Ab exceſſu porro Cardonæ Franciſcus Paternionius Raduſe dynaſta maleficiorum Quæſitor cum Jure Gladii, vulgo Juſtitiarius, Catanæ fuerat communi civium voto adlectus, poſt quem Hieronymum de Aſmari Bonvicini Baronem ſubrogarunt. Verum Regni Præſes Lunenſis Comes Joannem de Joenio, aliis abrogatis, deſtinavit, quem Catanenſes excipere recuſarunt, quin etiam Joannis partibus ſtudentes, qui turri ſeſe concluſerant, ac populos vexabant, tormentis bellicis è propugnaculis eductis, atque in illos exploſis, ad deditionem coactos carceri addixere; cumque adventare eumdem Joannem cum Adranenſi Comite militibus inſtructum accepiſſent, erumpentes, ad Vallis currentis agrum uſque progreſſi, illos, unde venerant, redire compulerunt. Acta hæc fuiſſe Menſibus Martio, & Aprili Codex m. s. enarrat.

(a) Tabul. Sen. An. 1517. f. 356.

V. Majo allabente Hector Pignatellus Montis-

tis-Leonis Comes, Inſulæ Prorex Panormum appulit, qui datam ab Rege veniam populo univerſo, viginti tantum exceptis, per R. C. Tribunal proferendis edixit; qua prolata ſententia, ſeditionis authores partim voluntario exilio viam ſibi ſalutis quæſivere, partim rurſus in Regios Conſiliarios duce celebri Joanne Luca Squarcialupo viro Patricio, Panormi conſpirarunt. Interim Raymundum Bonajutum Juſtitiarium Catanæ urbis Pignatellus deſignaverat menſe Junio, quem fruſtra recuſare conati, nonnulli ex Patriciis ſceleris ſibi conſcii, urbe tandem excedere decreverunt; Et Franciſcus Paternionius cum aliquot Sociis Leontinos, Guillelmus Barreſius Militellum ſeſe recepere. Adveniente Bonajuto, Cæſar Joenius ex Hiſpania redux, aliique, qui Ugoni faverant, in Patriam regreſſi ſunt; Panormi vero x Kal. Auguſti ſeditionis incendium denuo excitatum, Palatii fores, vulgo *Hoſteri* in maritima area vi reſeratæ, atque immerita morte à furenti populo Magnæ Regiæ Curiæ Judices Nicolaus Cannarellus Palatiolenſis, ſed incolatu Syracuſanus, vir ſenio venerandus, ac Joannes Thomas Paternionius Catanenſis, moribus, literiſque ornatiſſimus primum, mox alii ex Regiis Adminiſtris afficiuntur. Blaſcus Lancea, qui è Belgio redierat, ad necem diu quæſitus, bonorum, ac ſupellectilis direptione pœnas luit. His Catanam per epiſtolas delatis, Joenii, Guerrerius, aliique, qui contra Paternionios, & Barreſium agmen ducebant, ſibi timentes, Proceres aliquot per nuncios Catanam evocarunt; Adfuere hinc Thomas Montecatinus Adrani Comes, Catanenſis, ejuſque frater Monfortis dynaſta, necnon Ferulæ Dominus, aliique armis, ac militibus ſtipati, urbemque, excubiis diſpoſitis, muniveruit. Gaſpar Pontifex

Ann. Epi. 1517

Ann. Xpi. 1517 ſex interim tot malis impendētibus occurrere quum vellet, pacis ſe conciliatorem obtulit, nec Adranenſis Comes abnuebat, qui per dies aliquot Epiſcopi ædes, de pacis conditionibus acturus, incoluit. Leontinos igitur Paſtor optimus contendens, Franciſcum Raduſæ Dynaſtam, & Barreſium convenit, qui ad Eccleſiam S. Mariæ de Infirmis in agro Leontino Epiſcopo obviam venerant, ſeque ad concordiam ineundam paratos profitentur, lætumque Gaſparem dimittunt. Verum Adranenſis, ac Socii mentem mutaverant, quumque Epiſcopus inſtaret, moras primum trahere, ſubinde pacem omnino recuſare. Quod ubi Paternionius accepit, accitis undique ſodalibus, Acim navibus ſe contulit, indeque terreſtri itinere, aliis ſibi adjunctis, Catanam veniens, in agro Armiſio XII. Kalend: Septembris caſtra poſuit; ubi balliſtis exagitatus, quas naves emittebant, paullo ante ex urbe Meſſana pulvere pyrio, armiſque onuſtæ ad Montecatinos, Joenioſque deſtinatæ, S. Mariæ de Annunciata Carmelitarum Cœnobium occupavit.

VI. Excurrebant per urbem totam Adranenſis, Joenius, Guerrerius, ac conſortes populis animos addentes, ſuoſque milites ad pugnam ſtrenuè conferendam excitantes; ac ne mœnibus concluſi, hoſtium vires pertimeſcere viderentur, è Porta in Steſichori aream, quæ Acis dicitur, erumpentes, illos provocabant, qui in equis etiam imperterritè, cum electa ſuorum manu prodeuntes bellum iniere. In eo quamvis pauciſſimi utrinque ceciderint, Comes tamen haſta percuſſus, parum abfuit, quin equo deturbaretur; hinc ſe vulneratum ſentiens, paulatim loco cedere compulſus, in urbem ſe recepit, quo abeunte, reliqui animo concidentes, fugam capeſſerunt. Barreſius victoria

Digitized by Google

bene uſus per Acis portam, Paternionius verò An. Xpi 1517
per Portam Regiam, Patriam ingreſſi, milites a-
liquot prædæ intentos cohibuere, mox urbe paca-
ta, Translationis Beatæ Agathæ diem feſtum octa-
vum IX Kalend: Septembris celebrarunt; Mon-
tecatinus Comes, Joenius, ac Socii Adranum pro-
fecti ſunt. Non diu poſt oppreſſis Panormi ſedi-
tionis authoribus, Pignatellus, qui Meſſanam con-
fugerat, è proxima Calabria Pedites, Equiteſque
evocavit, quibus ſtipatus, Randatium profectus
de noxiis ſupplicium ſumpſit, inde Catanam ſe
contulit. Ex ea, ineunte anno MDXVIII. clam Fran-
ciſcus Paternionius, Guilelmus Barreſius, Vaſſal-
lus Gravina cum filiis, Franciſcus Caſtellus, &
Franciſcus Statella Patricii ordinis, aliique è ple- 1518
be, qui turbas concitavere, ſeſe proripuerant, ac
illi è contra, quos paulò ante exterres vidimus,
ad propria redierant, quorum precibus Prorex in-
clinatus, equeſtres copias Leontinum tranſmiſit, Pe-
dites verò in Acenſium finibus conſiſtere præce-
pit. Tradit Fazellus; eumdem in urbis noſtræ
ingreſſu, portam ſuo juſſu clauſam ter enſe per-
cuſſiſſe, ut illam vi expugnatam oſtenderet, quod
(a) etiam Bonfilio memoratum (*a*) Procedens igitur
inter urbanum Magiſtratum, ac proceres, ſolis cen-
tum haſtatis militibus Liparenſibus inſtructus, ad
principem S. Agathæ ædem, ante ejuſdem fores,
urbis, & Eccleſiæ privilegia, ſanctè ſe ſervaturum,
de more, in manibus Epiſcopi juravit, inde in
Arcem ſe recepit. Septimo Kalendas Martii Cę-
ſarem Joenium Maleficiorum Quæſitorem conſti-
tuit, mox inſtituta ſuper noxios quæſtione Hiero-
nymum de Aſmari Bonvicini Baronem Leontinis
in fuga interceptum, Franciſcum Tortoretum, ac
Leontinenſem alium equeſtrem virum capite ple-
cti,

(a) *Sic. Hiſtor. par.2.lib.1.*

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1518 cti, alioſque è plebe ad octo numero ſuſpendio necari VIII. Idus Martii jubet; Tum reliquos exilio mulctat, ac quorumdam domos, Radduſæ Baronis cum primis, everti imperat; Quamvis hic non diu poſt, 500 ſcutatis è regio Ærario acceptis, ut ædes reficeret, Patriæ cum ſociis fuerit reſtitutus. Cavendum hìc à Fazello, qui damnatorum numerum auget, ac nomina confundit.

VII. Menſe Aprili Catana excedens Pignatellus, Adrani Comitem Militiæ Præfectum ſumma cum poteſtate (*Ducem ad Arma* vulgo appellant) ibidem reliquit, profectuſque Panormum, conſpirationis reos vario mortis genere affecit, minuſque noxiis, ac multitudini parcens, optatam tranquillitatem reſtituit. *S*ubinde Siculos Proceres omnes Carolus Rex in patriam remiſit, Inſulamq: univerſam exhilaravit. Idem munificus Princeps cum Joanna Regina Matre Regnorum *Gubernatrice* Catanenſis Eccleſiæ Privilegia amplo diplomate Cæſarauguſtæ XI. Kal: Januarii firmavit, quod integrum refert Groſſus (*a*) Hoc ipſo anno inter Minores Fratres, quos *Obſervantes* appellant, illoſque Primæ Cuſtodiæ, ſive *Conventuales* de *præcedentia* in publicis ſupplicationibus acres contraverſiæ exortæ; Epiſcopo autem favore *Obſervantium* ſententiam ferente, *Conventuales* apud Romanam Curiam ad ſacrum Cardinalium cœtum provocarunt, atque intereſſe deinceps ſupplicationibus renuerunt.

(a) Cat. Sacr. §. 62.

1520 VIII. Biennio poſt totius Inſulæ nomine oblatæ ſunt Regi ſupplicationes, ſive, ut ajunt, *Capitula*, in quibus num. 33. hæc leguntur: *Cum divæ memoriæ Rex Ferdinandus, attenta Regni utilitate, ne illius incolæ in Italiam non modicis impenſis ſtudiorum cauſa contendant, conceſſerit, &*

Digitized by Google

ſpeciali Capitulo Proregi mandaverit, ut urbis Catanæ Studia reformarentur, atque honoraria ſolverentur, ut olim ſolvi conſueverant, & ob exortas inde turbas, ſeditioneſque dictum Capitulum effectu caruit non ſine gravi prædictorum incolarum detrimento; dignetur idcirco Regia Majeſtas Spect. Proregi mandare, ut præfatum Capitulum executionem omnimodam ſortiatur, atque juxta ſui ſeriem, & tenorem obſervetur cum ſua Regia decretatione in calce. ℞. *Placet Regiæ Majeſtati, quod ad unguem obſervetur decretatio Regis Catholici defuncti.* Triceſimo porro numero, & ſequentibus, ut urbis noſtræ Privilegia, illudque in primis, quod *Tertia Regni Soror*, Panormo, & Meſſanæ omnino compar Catana cenſeatur, earumque libertatibus, ac prærogativis gaudeat, firmarentur, publico Regni totius voto Regi ſupplicatum; utque S. Mariæ Novælucis Abbatia ejuſdem urbis Noſocomio uniretur, ut demum mœnia, illiuſque propugnacula inſtaurarentur, poſtulatum, *Eſt enim* inquiunt, *Catana toti* Regno *momenti, vel maximi*. Quorum primo reſcriptum: *Placet Regiæ Majeſtati, quod dictæ Clariſſimæ Civitati Catanæ obſerventur ejus privilegia, pro ut uſi ſunt, & ſunt in eorum poſſeſſione utendi*. Ad ſecundum verò: *Sua Majeſtas ſcribit Viceregi, ut quæratur alia Abbatia, ſeu Beneficium, quod non ſit de jure Patronatus*. Tertio denium: *Sacra Majeſtas ſcribit Viceregi, quod habita informatione de præmiſſis, ſcribat Suæ Majeſtati de neceſſitate, & remedio ſibi beneviſo*. Etvero de Abbatiæ unione incaſſum, deinceps actum; Pomerii autem inſtauratio ſtrenuè ſub Joanne Vega nondiu poſt promota; Ut Regiæ autem voluntati Prorex obſequeretur, Meſſanæ degens, multa ad publicum

urbis

Ann. Xpi. 1525

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1520 urbis noſtræ *S*crutinium, vulgo *Buxolum* reformandum ſanxit, utque ejuſdem leges adamaſſim ſervarentur perſcripſit. Extant in Archivi Senatorii libris Hectoris literæ, quarum ſummam exhibet Baſilis in *Repertorio* Tum Conſtitutiones edidit Academiæ Catanenſi perutiles, irreptoſque abuſus ſubſtulit, Profeſſorum honoraria auxit, Candidatis denique conſuluit; uti in eodem Tabulario abunde legitur. Inter hæc Gaſpar Epiſcopus ſexto Kalendas *S*eptembris, uti in laudato m. s. Chronico habemus, quum majora de illo expectarentur, e vivis exceſſit, magnoque funere, ac omnium lachrimis ejuſdem corpus elatum fuit. Hunc Pirrus S. T. Magiſtrum, atque Ordinis . . . . . Alumnum dicit {a} nec non *S. Cruciatæ*, ut ajunt, Generalem *Commiſſarium* egiſſe tradit. A cujus morte Senatus Catanenſis Carolo Regi, in Romanorum Imperatorem paullo ante Aquiſgrani electo, enixe ſupplicavit, ut Thomam Guerrerium nobilem Civem à noſtris Canonicis in Antiſtitem electum Pontifici offerret, quod efflagitaſſe etiam Panormitanos Cives teſtatur idem Pirrus, Thomam ex errore Joannem Antonium appellans. At Imperator Matthęum Schiner Helvetium S. R. E. Cardinalem Tit: S. Pudentianę obtulerat, qui mox à Leone X Pontif. Max. conſecrationis inſignia accepit, ac per procuratorem Eccleſiæ poſſeſſionem iniit.

(a) *Not. Eccl. Catan.*

IX. Anno MDXXII. Septimo Kal. Auguſti Hector Pignatellus Prorex *Cæremoniarum Librum*, Rubrum appellant, quem dudum, ante octennium nempe, Albarus Paternionius ediderat, ſuo calculo confirmavit. Eo ad hunc uſque diem Conſcripti Patres utuntur, quem habent pro lege; tres autem complectitur partes, in quarum prima de Miniſtrorum Electione per Scrutinium; in ſecunda

de

de ordine ſollemnitatis in annuo B. Agathæ feſto; Ann. Xpi. 1524
in tertia demum de Cęremoniis, quibus Reges, eorumque vices gerentes, Cardinales, Pontifices, Magnates, à Catanenſi Senatu excipiendi ſunt, deque aliis rebus ad bonum reipublicæ ſpectantibus, fit ſermo. Per idem tempus vulgatum, quod Fridericus, Vincentius, & Franciſcus Imperatorii viri nobiles, ac germani Fratres, aliique, qui patria extorres facti Romæ agebant, proditionem in Carolum Auguſtum moliri, Inſulam, ac urbes ejuſdem præcipuas Panormum, Meſſanam, Catanam Franciſco Galliarum Regi Caroli ęmulo tradere conſtituiſſent; nec non Pyrruchium Joenium Catanenſem genere illuſtrem, ingentiſque animi juvenem pro Marchionatu Caſtri-Leonis, cum ſuo gentili litem apud Romanam Curiam gerentem, ac Fridericum Abatellium, Proceresque aliquot Regni in ſocietatem traxiſſent. Hinc detecta conſpiratione anno MDXXIII. quotquot in manus Proregis Hectoris inciderunt, variis ſunt affecti ſuppliciis. Fridericus tamen crimen, quod tormentis actus affirmaverat, morti proximus negavit. 1525
Pyrruchius in fuga interceptus, omnibus tormentis exagitatus, nihilque eorum, quæ ſibi opponebantur, faſſus, *tota Sicilia mirante*, ut Fazellus ſcribit, (a) *ac non modicis eum laudibus efferente, quod ſolus, atque adoleſcens inter tot Regulos perduellionis ſibi obiectum crimen negaverit, liber dimiſſus eſt*. Tunc temporis à lue, quę Meſſanæ, Syracuſis, aliiſque in locis graſſabatur urbs noſtra non ſine miraculo libera evaſit.

(a) Dec.2.l.10

X. Eodem anno ob Cardinalis Matthęi obitum, noſtris datur Pontifex Pompejus Columna, & ipſe S. R. E. Tit: SS. Apoſtolorum Cardinalis; Tum Religioſa Minimorum familia Catanæ ſedem

extra

Ann. xpi. 1523 extra portam, quæ nunc Ferrea dicitur. Fuit hæc quarta eorumdem Fratrum in Sicilia Colonia, Launovio teſte, {*a*} cui templum S. Honuphrio ſacrum attributum; inde Raymundi Cicalæ fortunis, ac divitiis aucta, adeo crevit, ut non infimum locum inter ſacros hodie cętus habeat. Quum porro jam ab anno MDXXII. Panormum Regni Proceres conveniſſent, pro indicendo nummario munere, quod Inſula Regi contra infideles bellis implicito dare conſueverat, atque ob turbas inde exortas, Conventu Meſſanam translato, vectigalique de more exſoluto, *S*iculi *Capitula* à Rege firmanda obtuliſſent, anno MDXXIII tertio *K*alend: Septembris in Opido Valliſoleti peculiari reſcripto eadem rata voluit Auguſtus. In his fori *P*rivilegium urbis noſtræ favore, *ne cives nempe extraherentur*, ut hactenus fuerat obſervatum, Carolus firmavit; *P*ro unione Abbatiæ Novælucis, aut alterius Catanenſi Noſocomio, quam Ferdinandus dudum ſanxerat, ac ipſemet Cæſar ante triennium *P*roregi commendaverat, ſervari decretum ſtatuit; *S*cientiarum profeſſores in Academia per decennium legentes, *P*alatinorum Comitum *P*rivilegiis donavit; denique, ut eorumdem honoraria augerentur, atque Studiorum incrementum ſedulo Prorex curaret, præcepit. Habes ea omnia in Caroli *Capitulis* numero XCVI, ac ſe-
1524 quentibus MDXXIV. Idibus Martii Panormi executioni traditis, quo anno, & ejuſdem Proregis Literæ ſarta tecta Academiæ noſtræ Privilegia decernentes emanarunt.

(*a*) *Chron.min. fol.* 190.

XI. Pompejo Columnio in gratiam Marini Caraccioli S. R. E. Diaconi Cardinalis tituli S. Mariæ in Aquiro Præſulatui Catanenſi renunciante paſtoris ſui præſentia non diu viduata noſtra Ec-

Digitized by Google

cleſia remanſit; Marinus enim variis legationibus *An. Xpi.*
occupatus, quibus ſtrenuam Romanæ Sedi operam 1524
navarat, Scipioni fratri germano Cathedram, reſervato, ut ajunt, *Acceſſu, & receſſu* reſignavit. Clemente VII. quarto Kalend: Auguſti rem probante, ac Rege etiam, cui Marinus gratiſſimus erat, ſedis vacantis jura Scipioni concedente. Hìc porro xv. Kalend: Julii ſequenti anno Catanam venit, indictaque Diœceſana Synodo, multiſque ad cleri diſciplinam, morumque reformationem ſalubriter decretis, Baſilicę, & Cœnobii ædificia reparanda curavit, utque à Præfectis, quos *Operæ Magiſtros* appellamus, addicti hujuſmodi reparationi proventus deinceps ſedulo expenderentur; juxta Cæſaris Reſcriptum Idibus Aprilis ſuperiori anno emanatum, prudenter ſanxit. Deni- 1525
que vetus Eccleſiæ ſuæ Privilegium, de *Familiarium, ac Domeſticorum Epiſcopi* ab omni Laicorum judicio exemptione Proregis authoritate innovatum voluit. Circa hæc tempora, ut Fazellus Synchronus author, Pirruſque teſtantur, juxta ędem Beatæ Agathæ, quam veterem dicimus, *inventum eſt ſepulchrum marmore incluſum, cum arca ſtamnea, in qua oſſa Charundæ Philoſophi Catanenſis, & Legislatoris condita erant.*

XII. Eodem anno Bernardus Mancinus S.Mariæ de Cava Prior, Cathedralis Eccleſiæ Monachus, ac Scipionis Epiſcopi Vicarius Academiæ Rectorem ſacris interdixit, ejuſque loco alium ſubſtituit; Hinc Pignatellus Prorex datis Panormi Literis VIII. Kalend: Maji Bernardi acta improbavit, utque Rector ſibi immediatè ſubjectus, ac ab omni alia juriſdictione liber cenſeretur, declaravit. Subinde poſt biennium novo Reſcripto Panormi XVI. Kalend: Aprilis ſignato laudatus Princeps

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1528 ceps pręcepit, *ne abſque Archiatri Catanenſis facultate auderet quiſpiam medendi artem Catanæ, aut in ejus finibus exercere.* Tum, *ut in aſſignandis, ac repetendis Punctis ſingulo triennio una cum Epiſcopo Academiæ Conſervator, ſeu urbis Patritius adeſſet*. Per idem tempus ad *Regium demanium*, ſeu juriſditionem Acis Opidum fuit devolutum, ac pro ejuſdem redemptione aureos bis mille quingentos urbs noſtra dependit; Hinc factum, ut Catanenſes tamquam Acis Cives, omnibus deinceps eorum privilegiis fruerentur; Pręfectique, (Armorum Duces appellant) nonniſi Catanenſes deinceps eſſent; Militum denique Tribuni è Catanenſium equitum cętu adlegerentur.

1529 XIII. Anno MDXXIX. menſe Decembri Carolus Imperator Bononiæ coronam accepit. Adfuit Summus Pontifex Clemens VII, ac magna Procerum turba, frequenſque Populus; in Principe verò Templo verba è ſugeſtu Joſeph Platamonius Catanenſis, ex ordine Prædicatorum, Blaſci filius coram multitudine habuit. Sub idem tempus ad excolendas Ætnæi nemoris terras, omnibus fermè totius Inſulæ fęcundiores, ſub cenſu annuo quoſdam earum tractus Scipio Pontifex conceſſit. Id verò Epiſcopis inhibitum, atque urbis noſtræ privilegiis adverſari Senatus contendebat. Re igitur in judicium evocata, pro Scipione XIV Kalend: Auguſti fuit decretum, ac Proregis etiam literę ſententiam confirmantes VII. Idus Auguſti emanarunt; nec diu Meſſanam Scipio profectus, ibi quinto Kalend: Novembris vivere deſiit. In cujus locum Marinus Cardinalis Aloyſium Caracciolum Fratris filium ſuffecit, Carolo Cæſare ſexto Kalend: Decembris Bononię id ratum habente. Verum Catanenſes Canonici vacare ſe-

Digitized by Google

dem autumantes, Vicarios è ſuo Collegio delege- *Ann. Xpi.* 1529
runt; quod mordicus Marini Viceſgerens, ſupereſ-
ſe adhuc Pontificem ex *Regreſſus* facultate affir-
mans, impugnavit, remque ad ſedem Apoſtoli-
cam detulit. Hæc porro x. Kalend: Septembris
MDXXX. pro Marino adjudicavit, quin & Aloyſium
Romanus Pontifex Catanenſem Epiſcopum men- 1530
ſe Octobri inſtituit, qui, ut poſſeſſionem iniit,
Marſilium de Puteo præceſſorum ſuorum, ac Ma-
rini Avunculi Vicarium confirmavit, moxque Ec-
cleſiæ ſuæ juribus vindicandis totus incumbens,
obtenta in *Contradictorio* adverſus Regium Procu-
ratorem ſententia pridie Nonas Martii MDXXXI. ea,
quæ Regis nomine, pravorum aſtu, dudum uſur- 1531
pata fuerant emolumenta, ut ſibi deinceps pen-
derentur, obtinuit. Habes integrum decretum a-
pud Groſſum. Graves inde, ac diuturnas ſuper
Paſcendi jure in Ætnæ nemore cum Catanenſi Se-
natu contentiones, ſumma ejuſdem Eccleſiæ uti-
litate, compeſcuit, demumque obtenta à Præceſ-
ſoribus ſuis Privilegia, ut illibata ſervarentur, im-
petravit. Proregis literas exhibet idem Groſſus.

XIV. Anno inſequenti XI. Kal: Februarii
Meſſanæ ſanxit Prorex, ut nullibi per Inſulam uni-
verſam Publicum Scientiarum Gymnaſium conſti-
tueretur; Hinc Cephaledenſibus, qui à Pontifice
Maximo Academiæ inſtituendæ facultatem exora-
verant, XII. Kal: Februarii MDXXXIII. ejuſdem 1533
Principis authoritate Meſſanæ indictum, ut pu-
blicas aperire ſcholas, ſub quovis prætextu, non
auderent, nec Pontificio Privilegio cum Catanen-
ſis Studii jactura uterentur. Sub idem tempus Ber-
nardinus à Rhegio e Minorum ordine, quos *Capuc-
cinos* appellant, Vitæ ſanctimonia inſignis Catanæ
Sacras Conciones magno cum lucro animarum ha-
bebat;

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1534 bebat; Hinc exciti Populi, ac Magiſtratus, ut ſan-
ctiſſimi inſtituti Cœnobium extra urbis mænia a fundamentis excitaretur, authores fuere, *Panormo digreſſus* inquit Annalium Ordinis Author (a) *F. Bernardinus Catanam Siciliæ urbem B. Agathæ reliquiis, Velo, ac patrocinio illuſtrem proficiſcitur in qua, & verbum Dei ingenti urbis fructu diſſeminat, ac tertium apud Siculos Conventum ędificat.* Id porro extra portam, quæ *à decima* dicitur, naumachiæ ruderibus primò ſuperſtructum, non diu poſt anno MDLI. ſub Joanne Vega, quum eſſet urbis mænibus obnoxium, ſolo ęquatum legimus, Fratribuſque novus prope Cibalis fontem locus aptior, ac ſalubrior attributus, ubi decentes cellæ extructæ, ac Templum S. Michaelis titulo, Catharina Fimia Nobili fæmina Catanenſi ſuppetias cōferente, à fundamētis erectum, quę ad noſtra hæc tempora perſeverant. Illud ex Pirro hic opportune ſubjiciam, quod quum majoris Jejunii tempore idem Bernardinus a Rheggio Catanæ ad populum verba faciens, alterius Jonæ exemplo in vitia acerrimè inveheretur, divino mox Spiritu correptus in hæc erupit verba: *Audi Catana, quæ tot tantiſque vitiis involveris, audi miſera, & expergiſcere. Ecce veniet ſuper te malum, & neſcies ortum ejus; irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare; Veniet ſuper te miſeria, quam neſcies. At quęnam ea ſit, ignoras? Ecce inſperato erumpent ex hoc monte* (Ætnam digito indicando) *flammæ tuorum ſcelerum ultrices, quæ uſque ad portas venient, teque uſque ad fundamenta exurent, devorabunt, & ſupremam tibi vaſtitatem afferent, niſi pænitentiæ lachrymis, ac imploratis Beatæ Agathæ ſuffragiis Divini furoris flammas extinguas.* Hæc, aliaq: vir Dei divino planè pectore actus pro-

(a) Tom. 2 an. 1557.

(a) tulit, uti Zacharias Bovarius refert. (*a*) Nec diu, Ann. Xρi 1535
quod prædixerat, evenit.

(a) *In Annal. ord. ad An. 1536. n. 47*

XV. Jam verò Anno MDXXXV. Carolus Auguſtus poſt partam *S*iculorum ſecuritati de Tunetano Regno victoriam, noſtram hanc Inſulam adventu ſuo exhilaravit; ac primo è Libya Drepanum, inde Panormum venit ſummoq; apparatu, ac lætitia exceptus, *P*roceres ibi pro Comitiis congregavit. Inter oblata Regni *Capitula* illud porro communi voto expoſtulatum, ut Catanenſis Academia reformaretur, avitiſque honorariis Profeſſores, qui tradendis diſciplinis ſtrenuè incumberent, donarentur. Firmavit Rex eadem *Capitula* pridie Nonas Octobris; mox terreſtri itinere Meſſanam ſe contulit, ex qua in Calabriam tranſmiſit. Vulgo tradunt, Carolum urbem etiam noſtram ſua præſentia honoraſſe, atque è porta, quæ Regis dicebatur, ingreſſum, ad Urſinam Arcem equitaſſe; ſed popularem hanc opinionem aliquo aut *S*criptoris, aut monumenti ſuffragio munitam vellem. Tunc Catanenſis *S*enatus *P*etrum Vivicitum virum Patricium ad eumdem Carolum Legatum tranſmiſit, ut illi de Africa ſubacta Patriæ nomine gratularetur.

XVI. Gulectæ validiſſimo munimine expugnato, ferream portam, inter ſpolia in Inſulam tranſmiſſa, Catanenſibus deſtinaſſe Cæſarem, conſtans quoque traditio eſt, ac fortaſſe ſolidior, quam mœnibus dehinc ortum reſpicientibus, in pomerii inſtauratione, noſtri aptarunt, quæque nomen ad hanc uſque diem retinet. Illud omnino exploratum: inter Caroli Milites Alphonſum *P*aternionium Catanenſem egregia animi fortitudine ſeſe commendaſſe, ut qui ne dum Cæſari Tunetum expugnanti operam ſuam ſtrenuè probarit, ſed mu-

nitiſſimam

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1536 nitiſſimam Guleĉtæ arcem primus conſcendens, Regium vexillum partæ victoriæ trophæum ſupra muri pinnas firmaverit; Rege ipſo Equitis virtutem meritis laudibus extollente, eique militiæ præfecturam, eximii facinoris munus, elargiente.

XVII. Annus quincenteſimus trigeſimus ſextus ſupra milleſimum cunctis pene ſæculis ob Ætnæ incendium memorabilis, ultimus Aloyſio Epiſcopo fuit, qui veluti juſtus Loth, ne tot gregis ſui malis ſupereſſet, ſublatus creditur. *Ætna*, ait Fazellus Synchronus author (a) *cum, deficiente jam materia ſulphurea, ac bituminoſa, vel obſtructis meatibus, nec ignem, nec fumum per plures annos emitteret, accolæ ejus cacumen aſcendentes illæſi craterem etiam ipſum penetrabant; ſed inconſtans hæc manſuetudo fuit. Anno ſiquidem* 1536. *Nono Kalendas Aprilis flante auſtro, & ſole ad occaſum vergente, nubes atra montis verticem operuit, & inter eam rubor emicuit. Tum repente ex ipſo cratere ignei torrentis vaſta vis erupit, paulatimque in modum fluminis, magno montis murmure, ac terræ motu defluens, orientem verſus deſcendit, lacumque, cujus ſupra in deſcriptione meminimus, illapſus, magnam ibi repertam lapidum congeriem liqueſecit. Quæ ſupra Randatium oppidum præcipiti, ſed falcato volumine decurrens, oviumque greges, & animalia, pleraque obviantia ſtatim demerſit. Ex eodem quoque ſummo montis cratere mirum, ac horrendum viſu profluvium igneum occidentem verſus ſupra Brontem, & Adranum oppida eodem tempore effluere cœpit; Liqueſcentes enim lapides ſulphurei, ac bituminoſi, vi ventorum depulſi, lento fluxu, & intermiſſo, veluti ferrum candens decurrebant, & qui primum defluxerunt, ſenſim amiſſo calore, in-*

(a) Dec. 1. l. 2 cap. 4.

priorem

priorem naturam, ac materiam ſubnigram indureſcebant. Ann. 1536

XVIII. *Poſt rivus alter igneus deſcendens non ſupra priorem fluebat, ſed inter ipſius arenoſam cutem, & priorem ignem jam concretum immiſcens ſeſe, curſum medium ſibi ſua vi faciebat, itaut cutis ſuperior, & ſuperficies prioris ęquè eſſet dura; Qui verò ignis recens erat, ſubterfluebat inſtar teſtudinis, quę ſub teſta dura vivens, lente tamen graditur, ita fluenta, quę prius induruerant, novis cedebant, à quibus in partes diſiiciebantur. Noviſſimis itaque ſemper vincentibus, multiplicabatur incendium ad latitudinem ſtadii unius, profunditatemque cubitorum circiter duodecim. Cumque totum refrixiſſet profluvium, lapidum molarium congeriem ab ore crateris ad terminum uſque fluxus ſubnigram recens eructatam perpetuo reliquit. Ita lapides ipſi in eodem perſeverant colore, quo fluxerant; Sed quò recentiores, eo & nigriores, & firmiores; proceſſu enim ęvi, & palleſcunt, & in arenas reſolvuntur.* Erat autem *profluvii materia ſulphurea, & bitumine mixta. Eo die* D. *Leonis templum in nemore ſitum terręmotu primum corruit, mox ignibus obrutum eſt totum, nihilque nunc ibidem, niſi aſperrimorum lapidum è cratere projectorum acervus conſpicitur. Circa eadem quoque loca ad montis latera, terra dehiſcente, plerique hiatus ſunt perrupti, ex quibus, & fluenta ignea, & innumeri igniti lapides veluti tormento excuſſi, pręmiſſo prius fremitu, in cęlum emittebantur. Ad hęc naturę miracula viſenda, tanti incendii modum, cauſaſque ſcrutaturus* Franciſcus Niger *patria* Platienſis, *ſed* Leontinus *incola, medica arte inſignis, dum nimium diligenter, ſed parum conſultò proprius ad fornaces acceſſiſſet, uno ex lapidibus,*

an. Xpi. 1536 *dibus, qui in cęlum ex hiatibus evomebantur, in caput ejus dilapſo, conſumptus occubuit.* Huc uſque Fazellus.

XIX. Philotheus verò, qui, & ipſe præſens aderat, deſcripto montis vertice, ac tumulo, ſeu faſtigio ſupra verticem, quem ante hunc annum inſcenderat, ſubindeque Incendii curſu enarrato, concludit: *At ubi tandem per multorum millia paſſuum Catanam verſus decurſum eſt, Catinenſes cæterique Ætnęi turmatim coeuntes, nimio præ terrore contra ignis profluvium iter devotè faciunt; Canonicis, quorum utpote Vexillarius Bartholomęus Monſonus vir ſane probatæ vitæ, divæ Agathæ Martyris deſerentibus velum, quod Grimpiam divæ Agathæ ipſi vocant, quippe quod in ſepulchro ejuſdem repertum eſt.*

Verumenimvero, quo in loco ita religiosè perventum eſt {mirum quidem, & ſolius Dei Opt. Max. voluntate, intercedente pro Patria Virgine Agatha} ea tota ipſa ignis congeries, cunctos campos vaſtatura, nec civitati intra muros parſura quidem, ni reſediſſet, ad ſanctiſſimæ Crucis ſignum Velo illo factum conſtitit, adeoque reſrixit, ut pedibus etiam nudis, ut ipſi vidimus, deſuper illæſis deambularetur. Quiſnam mortalium voces ibi adſtantium? Quis præ lætitia lacrymas ululatuſque? Quis illorum, hoc viſo miraculo clamores ad ęthera ſublatos referre poſſet? Plurimis tandem in locis ex omni montis regione incendia non minima erupere, cinerem quoque, {ita plures affirmaſſe cognitum eſt} in Cretam inſulam trahentibus ventis evolaſſe; perque totam fere Calabriam, Brutiorumque agros, Coſentiam uſque, mororum frondes, quibus vermes ad ſericum depaſcuntur, nedum in Trinacria, adeo offendiſſe certum eſt, ut

pro

pro ſemine vix Amigdalæ, quibus naturæ inſtinctu includuntur vermes, conglobarentur, maxima incolarum jactura. Hæc Philotheus, qui Franciſci nigri Philoſophi caſum deſcribens, illum fumo, incendioque oppreſſum, ut de Plinio legimus, è vivis exceſſiſſe tradit. An. 1536

XX. Sub ejuſdem anni curſum Ferdinandus Conſaga, Molphectæ Princeps, Regni Prorex Catanam Melitenſibus triremibus vectus appulit; Adrani, Calatanixectæ, & Sinagræ dynaſtis, aliiſque Proceribus comitatus, eques inde medius inter Stephanum Cajetanum urbis Patricium, & Petrum Intrigliolum Senatorem ad princeps Templum progreſſus, ante ejuſdem fores de Privilegiis ſervandis fidem ſanctè ſpopondit. Jam vero defuncto, ut vidimus, Aloyſio Pontifice Marinus Caracciolus, qui adhuc in vivis ſenio gravis agebat, ad ſedem ſuam reverſus, Catanenſis Epiſcopatus Rectorem Domitium Caracciolum adſcivit; moxque in Nicolai Maria Aloyſii fratris germani gratiam Cathedra ſeſe rurſus abdicavit. Nicolaum Romanus Pontifex VIII Idus Januarii MDXXXVII. confirmatum inauguravit; at quum eſſet ętate immaturus, nec enim quartum, & vigeſimum excedebat annum *Adminiſtratoris* titulo, quouſque vigeſimum ſeptimum expleret, donavit. Cæſaris inde accedente conſenſu, ipſo Annunciatæ Virginis feſto, illum Canonici in poſſeſſionem induxere, qui Hieronymum Aſmundum Cathedralis Monachum ſui Vicarium delegit. 1537

XXI. *Die decimaſeptima Aprilis*, inquit vetuſtiſſimum S. Nicolai de Arena Chronicon, *ingens aquarum copia è cęlo dilapſa eſt, Symęthuſq: fluvius adeo exundavit, ut agros circumquaque ac ſegetes vaſtaverit, greges, ac jumenta, quin & homi-*

nes

Ann. Xpi. *nes complures demerſerit. Æqualem jacturam Ager*
1537 *Panormitanus, ac finitima opida per idem ferme tempus ſunt paſſa; adeo ut Corilione domos quingentas ſolo æquatas proximi amnis impetu, arboreſque e radicibus ventorum vi evulſas incolæ indoluerint.* De Ætnæ vero incendio ſubdit: *Die undecima Maii Ætna mons multis in locis diſruptus eſt ſupra collem Spraverium, ac variæ voragines apertæ, unde magna vis igneæ materiæ, multo major, quam illa præcedentis anni, effluxit, quæ ad S. Nicolai de Arena Monaſterium recto itinere tendens, aliquot ejuſdem viridaria, ac vineta conſumpſit; tum Nicoloſum verſus arrepto curſu, Mompilerium, & Fallicas incendit, eorumque vineas, ac fruteta grandi incolarum jactura vaſtavit. Incendii ceſſante effluvio ſummus montis vertex horribili fragore abſortus corruit, adeout per inſulam pene univerſam extremi Judicii diem adeſſe homines putarent, qui ſalutari proinde pœnitentiæ Sacramento ſeſe munientes, illud certatim ingeminabant:* Domine *quando veneris judicare terram, ubi me abſcondam à vultu iræ tuæ &c.*

XXII. Ex his porro colligimus, ſupremum Ætnæ apicem hoc anno collapſum, quod & Fazellus teſtatur, ut dicemus; Hinc calamo ceſpitaſſe Philotheum, qui ſub ipſum incendii initium ſuperiori anno id contigiſſe affirmat. Sed age hunc audiamus de ignea præſentis anni eructatione. *Incendia hæc*, ait, *intermiſſis plane temporibus totum uſque in annum* MDXXXVII. *fumo, terræmotu, ac fragore perdurarunt, quibus quidem ad Maji ejuſdem anni Kalendas adeo Sicilia tota intremuit, Ætnaque intonuit, ut Siculorum quiſque ingenti obtuſus ſtrepitu pene ſurdeſceret, plurimaque inſulæ ædificia corruerent, interque Corilionis oppidi* (hanc

 Cori-

Corilionis ruinam perperam Ætnæ adſcribit Philotheus, ut vidimus} *ab Ætna millia circiter centena paſſuum diſtantis non modica pars in ruinam ſeceſſit manifeſtam. Sicanorum hiſce calamitatibus, & terræmotus horrore per totum fere Quintilem, perdurantibus menſem, per ſemidiei horam Sole per Leonis arcum tranſeunte, meridianumque attingente, tota pene Sicilia in tenebras converſa, obſcuriſſimas viſa eſt. Tum autem, dum Ego Caſtilione morarer, atque nimium, nimiumque pertimeſcerem, longe majus, vehementiuſque quam alias auditum eſt ex Ætna intonare tonitru, vehementiorique ſonitu, & tremore Trinacria ipſa pene tota, dehiſcente terræ globo, ad ima deſcendere Siculis jam videbatur; Cum tunc repente, expulſis noctis, utpote caliginoſis tenebris, ſol apparuit ſuis lucidiſſimis radiorum luminibus totam illuſtrantibus Inſulam. Quo factum eſt, ut Ætna toto ſereno Cœlo perlucida appareret; congerie tamen fumi excepta, quæ ad vaſtiſſimæ trabis formam maximo ex cratere inſurgens, per aera ad Orientem Vulturnum verſus ſeſe deflectens in longum protendebatur tractum. Tum denique ſonitus, ſtrepituſque omnis, quo portarum annuli, anteque domorum Siculos reddebant modo ſurdos, magna Inſulanorum lætitia ceſſavit; flammis nihilo ſecius, incendiiſque in vertice montis remanentibus, itaut interdiu fumus, noctuque flammæ viderentur.* Hæc Philotheus. An. Ær. 1537.

XXIII. Fazellus verò: *Anno ſalutis* 1537. *Kal. Maji Sicilia tota diebus ferme duodecim tonare cœpit, crebrique ſonitus, ac ingentes, quales ex tormentorum bellicorum ictibus edi ſolent, & graviores quoque non ſolùm Catanæ, & vicinis agris, ſed Panormi quoque, Drepani, Lilybei, Saccæ,*

Agri-

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1537 *Agrigenti, & tota pene inſula ſunt auditi. E quibus, parvo terræmotu facto, domorum concuſſa tecta ſimul, & parietes nutabant. Hi igitur ſonitus, mugituſque cum increbeſcerent, tertio Idus Maji in Ætna ſub colle, quem incolæ Sparverium vocant, hiatus quidam inſoliti ſunt aperti, è quibus tanta ejuſdem materiæ igneę moles egeſta eſt, ut quatriduo 15. p. m. iter conficiens, obvia quęque ſternendo exuſſerit, ac ad Cœnobium uſque S. Nicolai de Arenis defluxerit; ubi conglobatus Monaſterio intacto, Nicoloſum, & Mompilerium pagos adortus, plures eorum domos excuſſit, obruitque. Terręmotu quoque frequenti Catana, & vicinæ urbes adeo ſunt convulſæ, ut cives, relictis urbibus, ad campeſtria ſalutem ſibi quęſierint. At populus, & Clerus Catanenſis cum ad p. m. ferè 12. vicina, ac ocyus ad ſeſe deferri proſpicerent, ad aras D. Agathæ confugientes velum protulerunt, quo eminus projecto, ignis conſtitit, ac mox ſedatus eſt, & Ætna tonare deſiit. Verum Crater montis ſupremus, non modo mons ipſe, ac finitima, ſed ad Pelorum, ac Pachynum, quin immo, & Calabriæ, Coſentiam uſque, interjacentia oppida cineribus operta; maria quoque adeo ſint circumfuſa, ut trecentis p. m. à Sicilia diſtantes naves, quæ Venetiis Meſſanam navigabant, à ventis ferventibus late cinere ejecto, fędatę ſint, prout ipſi nautæ poſtmodum retulerunt. Ætna deinde, cum cineres evomere deſiit, magno fragore, ac fremitu mugire cępit, & inter mugitus ipſos ſummus montis apex abruptus, ac cratere ſuperno abſortus eſt. Nam ætate mea clivulus à crateris orificio per paſſus ferme centum inſurgebat, undique præciſus, qui totius montis ſupernus erat vertex; quo ſatum intra voraginem palam abſumpto, Ætna facttus*

aureorum millia. Perhibent Calabros etiam Coſentiam uſque eodem damno fuiſſe affectos. Per idem porro tempus Catanæ S. Mariæ *de Succurſu* Moniales nimia paupertate preſſæ ad alias ſui ordinis Benedictini *Portus Salvi*, Generalis Vicarii authoritate, migrarunt. Aliud quoque Cœnobium ejuſdem inſtituti S. Mariæ *Vallis Viridis* titulo inſignitum, ſacris Virginibus omnino deſtitutum, ſuppreſſum eſt. Septembri denique menſe Eliſabeth Ferdinandi Gonſagæ Sicilię Proregis Conjux Catanam venit, Ætnæique incendii paulo ante extincti portenta, curſumque demirata, inde receſſit. Subinde Laurentio Juenio Catanenſi majoris Templi ædificiis præfecto curante, ad Divini cultus augmentum, atque ad ſacra officia decentius celebranda, magna organa, quæ ejuſdem templi magnificentiæ reſponderent, ingenti plane ſumptu anno MDXXXVIII. ſunt inſtituta. Ann. Xρi. 1538

XXVII. Atrox bellum per id temporis inter Auguſtum Carolum, & Solymanum Turcarum Tyrannum gerebatur, ac univerſa Siciliæ inſula Maurorum piraticis incurſionibus affligabatur; Claſſem paraverat, Cęſar, quæ Duce Andrea Auria Januenſi per Siculum, Joniumque mare excurrebat; præerat infidelium navibus Ænobarbus, vulgo *Barbaruſſa*, quo cum aliquando Auria congreſſurus circa Corſyram inſulam, auxiliariorũ negligentia, aut diſſidio prælium detrectare viſus eſt. Re navali infeliciter geſta, ad Caſtellum novum in oſtio Sinus Cattarenſis expugnandum converſus, illud infra menſem obtinuit; munitaque ſuis copiis arce, Meſſanam rediit. Ibi Claſſe hyemante ſex Hiſpanorum millia, quum ſtipendiis fraudarentur, palam rebellarunt, atque Opida Meſſanę finitima nullo obſiſtente fędiſſime vaſtantes, Randatium uſque profecti

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1539 cti circa anni MDXXXIX. initium urbem diripuere, quo metu perculſa, magna Incolarum Ætnæi mõtis pars, per aſperrima locorum diſperſa, opidis derelictis, fuga ſalutem ſibi quęſiere. Catanenſes vero auxilium à Gonſaga poſtulantes, ne quid detrimenti à Rebellibus paterentur, Militum Italicorum præſidio, quos Prorex Meſſanæ degens ablegaverat, urbem muniendam curarunt, ac quadringenta inſuper nitrati pulveris pondera accepere. Hiſpanis tamen ad obedientiam reverſis, atque tota inſula excedere compulſis, timor evanuit.

1540 XXVIII. Anno MDXL. Nicolaus Caracciolus Catanenſis Pontifex ſumma omnium lætitia, ac ſollemni pompa tertio Idus Novembris exceptus, paſtoris optimi partes ſtatim obivit, atque Eccleſiæ ſibi commiſſæ jura ſtrenuè coram aſſeruit, ut abſens ſollicite curaverat. Illum Carolus Cęſar ob vitæ promerita à Regiis Conſiliis, ac in omnibus Regni ſubſelliis, immo & in Imperiali aula Judicem adſcriverat; quarto Idus Martii, ac *meri, & mixti Imperii* Privilegium in Opidis juri Eccleſiæ ſuæ ſubjectis eidem conceſſerat. Quum porro Nicolaus 1541 die Dominica Palmarum MDXLI. nimio zelo ductus, conſtitutiones aliquot urbis noſtræ Privilegiis repugnantes, pro Eccleſiæ ſuæ bono, edidiſſet, & Catanenſis Senatus apud Proregem ea de re conqueſtus, earumdem abrogationem inſtanter poſtularet, ſumma manſuetudine uſus Pontifex, ſe non animo civium juribus derogandi leges tuliſſe teſtatus eſt, eaſque, ut æquum erat, reformatas voluit. Tum Cleri, & Canonicorum inſtitutioni ſeriùs incubuit, ac varia ſaluberrima edidit ſtatuta, quæ Romano Pontifici confirmanda obtulit; Ipſe interim gregis forma factus ex animo, moribus incorruptis, virtutum omnium ſeſe exemplar exhi-

buit,

Digitized by Google

cleſia remanſit; Marinus enim variis legationibus *Ann. Xpi.*
occupatus, quibus ſtrenuam Romanæ Sedi operam 1524
navarat, Scipioni fratri germano Cathedram, reſervato, ut ajunt, *Acceſſu, & receſſu* reſignavit. Clemente VII. quarto Kalend: Auguſti rem probante, ac Rege etiam, cui Marinus gratiſſimus erat, ſedis vacantis jura Scipioni concedente. Hic porro xv. Kalend: Julii ſequenti anno Catanam venit, indictaque Diœceſana Synodo, multiſque ad cleri diſciplinam, morumque reformationem ſalubriter decretis, Baſilicę, & Cœnobii ædificia reparanda curavit, utque à Præfectis, quos *Operæ Magiſtros* appellamus, addicti hujuſmodi reparationi proventus deinceps ſedulo expenderentur, juxta Cæſaris Reſcriptum Idibus Aprilis ſuperiori anno emanatum, prudenter ſanxit. Deni- 1525
que vetus Eccleſiæ ſuæ Privilegium, de *Familiarium, ac Domeſticorum Epiſcopi* ab omni Laicorum judicio exemptione Proregis authoritate innovatum voluit. Circa hæc tempora, ut Fazellus Synchronus author, Pirruſque teſtantur, juxta ędem Beatæ Agathæ, quam veterem dicimus, *inventum eſt ſepulchrum marmore incluſum, cum arca ſtamnea, in qua oſſa Charundæ Philoſophi Catanenſis, & Legislatoris condita erant.*

XII. Eodem anno Bernardus Mancinus S. Mariæ de Cava Prior, Cathedralis Eccleſiæ Monachus, ac Scipionis Epiſcopi Vicarius Academiæ Rectorem ſacris interdixit, ejuſque loco alium ſubſtituit; Hinc Pignatellus Prorex datis Panormi Literis VIII. Kalend: Maji Bernardi acta improbavit, utque Rector ſibi immediatè ſubjectus, ac ab omni alia juriſdictione liber cenſeretur, declaravit. Subinde poſt biennium novo Reſcripto Panormi XVI. Kalend: Aprilis ſignato laudatus Prin-

ceps

Ann. Xpi. 1528 ceps pręcepit, *ne abſque Archiatri Catanenſis facultate auderet quiſpiam medendi artem Catanæ, aut in ejus finibus exercere.* Tum, *ut in aſſignandis, ac repetendis Punctis ſingulo triennio una cum Epiſcopo Academiæ Conſervator, ſeu urbis Patricius adeſſet.* Per idem tempus ad Regium *demanium*, ſeu juriſditionem Acis Opidum fuit devolutum, ac pro ejuſdem redemptione aureos bis mille quingentos urbs noſtra dependit; Hinc factum, ut Catanenſes tamquam Acis Cives, omnibus deinceps eorum privilegiis fruerentur; Pręfectique, (Armorum Duces appellant) nonniſi Catanenſes deinceps eſſent; Militum denique Tribuni è Catanenſium equitum cętu adlegerentur.

1529 XIII. Anno MDXXIX. menſe Decembri Carolus Imperator Bononiæ coronam accepit. Adfuit Summus Pontifex Clemens VII, ac magna Procerum turba, frequenſque Populus; in Principe verò Templo verba è ſuggeſtu Joſeph Platamonius Catanenſis, ex ordine Prædicatorum, Blaſci filius coram multitudine habuit. Sub idem tempus ad excolendas Ætnæi nemoris terras, omnibus fermè totius Inſulæ fęcundiores, ſub cenſu annuo quoſdam earum tractus Scipio Pontifex conceſſit. Id verò Epiſcopis inhibitum, atque urbis noſtræ privilegiis adverſari Senatus contendebat. Re igitur in judicium evocata, pro Scipione XIV Kalend: Auguſti fuit decretum, ac Proregis etiam literę ſententiam confirmantes VII. Idus Auguſti emanarunt; nec diu Meſſanam Scipio profectus, ibi quinto Kalend: Novembris vivere deſiit. In cujus locum Marinus Cardinalis Aloyſium Caracciolum Fratris filium ſuffecit, Carolo Cæſare ſexto Kalend: Decembris Bononię id ratum habente. Verum Catanenſes Canonici vacare ſe-

dem autumantes, Vicarios è ſuo Collegio delege- *Ann. Xpi.*
runt; quod mordicus Marini Viceſgerens, ſupereſ- 1529
ſe adhuc Pontificem ex *Regreſſus* facultate affirmans, impugnavit, remque ad ſedem Apoſtolicam detulit. Hæc porro x. Kalend: Septembris MDXXX. pro Marino adjudicavit, quin & Aloyſium
Romanus Pontifex Catanenſem Epiſcopum menſe 1530
Octobri inſtituit, qui, ut poſſeſſionem iniit, Marſilium de Puteo præceſſorum ſuorum, ac Marini Avunculi Vicarium confirmavit, moxque Eccleſiæ ſuæ juribus vindicandis totus incumbens, obtenta in *Contradictorio* adverſus Regium Procuratorem ſententia pridie Nonas Martii MDXXXI. ea,
quæ Regis nomine, pravorum aſtu, dudum uſur- 1531
pata fuerant emolumenta, ut ſibi deinceps penderentur, obtinuit. Habes integrum decretum apud Groſſum. Graves inde, ac diuturnas ſuper *Paſcendi jure* in Ætnæ nemore cum Catanenſi Senatu contentiones, ſumma ejuſdem Eccleſiæ utilitate, compeſcuit, demumque obtenta à Præceſſoribus ſuis Privilegia, ut illibata ſervarentur, impetravit. Proregis literas exhibet idem Groſſus.

XIV. Anno inſequenti xi. Kal: Februarii Meſſanæ ſanxit Prorex, ut nullibi per Inſulam univerſam Publicum Scientiarum Gymnaſium conſtitueretur; Hinc Cephaledenſibus, qui à Pontifice Maximo Academiæ inſtituendæ facultatem exora-
verant, xii. Kal: Februarii MDXXXIII. ejuſdem 1533
Principis authoritate Meſſanæ indictum, ut publicas aperire ſcholas, ſub quovis prætextu, non auderent, nec Pontificio Privilegio eum Catanenſis Studii jactura uterentur. Sub idem tempus Bernardinus à Rhegio e Minorum ordine, quos *Capuccinos* appellant, Vitæ ſanctimonia inſignis Catanæ Sacras Conciones magno cum lucro animarum ha-

bebat;

Ann. Xpi. bebat; Hinc exciti Populi, ac Magiſtratus, ut sa-
1534 ctiſſimi inſtituti Cœnobium extra urbis mænia a fundamentis excitaretur, authores fuere, *Panormo digreſſus* inquit Annalium Ordinis Author (*a*) *F. Bernardinus Catanam Siciliæ urbem B. Agathæ reliquiis, Velo, ac patrocinio illuſtrem proficiſcitur in qua, & verbum Dei ingenti urbis fructu diſſeminat, ac tertium apud Siculos Conventum ædificat.* Id porro extra portam, quæ *à decima* dicitur, naumachiæ ruderibus primò ſuperſtructum, non diu poſt anno MDLI. ſub Joanne Vega, quum eſſet urbis mænibus obnoxium, ſolo æquatum legimus, Fratribuſque novus prope Cibalis fontem locus aptior, ac ſalubrior attributus, ubi decentes cellæ extructæ, ac Templum S.Michaelis titulo, Catharina Fimia Nobili fæmina Catanenſi ſuppetias cōferente, à fundamētis erectum, quæ ad noſtra hæc tempora perſeverant. Illud ex Pirro hic opportune ſubjiciam, quod quum majoris Jejunii tempore idem Bernardinus a Rheggio Catanæ ad populum verba faciens, alterius Jonæ exemplo in vitia acerrimè inveheretur, divino mox Spiritu correptus in hæc erupit verba: *Audi Catana, quæ tot tantiſque vitiis involveris, audi miſera, & expergiſcere. Ecce veniet ſuper te malum, & neſcies ortum ejus; irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare; Veniet ſuper te miſeria, quam neſcies. At quænam ea ſit, ignoras? Ecce inſperato erumpent ex hoc monte* (Ætnam digito indicando) *flammæ tuorum ſcelerum ultrices, quæ uſque ad portas venient, teque uſque ad fundamenta exurent, devorabunt, & ſupremam tibi vaſtitatem afferent, niſi pænitentiæ lachrymis, ac imploratis Beatæ Agathæ ſuffragiis Divini furoris flammas extinguas.* Hæc, aliaq: vir Dei divino planè pectore actus pro-

(a) Tom. .. an. 1537.

(a) tulit, uti Zacharias Bovarius refert. (a) Nec diu, An. 1535
quod prædixerat, evenit.

(a) In Annal. ord. ad An. 1536. n. 47

XV. Jam verò Anno MDXXXV. Carolus Auguſtus poſt partam Siculorum ſecuritati de Tunetano Regno victoriam, noſtram hanc Inſulam adventu ſuo exhilaravit; ac primo è Libya Drepanum, inde Panormum venit ſummoq; apparatu, ac lætitia exceptus, Proceres ibi pro Comitiis congregavit. Inter oblata Regni *Capitula* illud porro communi voto expoſtulatum, ut Catanenſis Academia reformaretur, avitiſque honorariis Profeſſores, qui tradendis diſciplinis ſtrenuè incumberent, donarentur. Firmavit Rex eadem *Capitula* pridie Nonas Octobris; mox terreſtri itinere Meſſanam ſe contulit, ex qua in Calabriam tranſmiſit. Vulgo tradunt, Carolum urbem etiam noſtram ſua præſentia honoraſſe, atque è porta, quæ Regis dicebatur, ingreſſum, ad Urſinam Arcem equitaſſe; ſed popularem hanc opinionem aliquo aut Scriptoris, aut monumenti ſuffragio munitam vellem. Tunc Catanenſis Senatus Petrum Vivicitum virum Patricium ad eumdem Carolum Legatum tranſmiſit, ut illi de Africa ſubacta Patriæ nomine gratularetur.

XVI. Guleƈtæ validiſſimo munimine expugnato, ferream portam, inter ſpolia in Inſulam tranſmiſſa, Catanenſibus deſtinaſſe Cæſarem, conſtans quoque traditio eſt, ac fortaſſe ſolidior, quam mœnibus dehinc ortum reſpicientibus, in pomerii inſtauratione, noſtri aptarunt, quæque nomen ad hanc uſque diem retinet. Illud omnino exploratum: inter Caroli Milites Alphonſum Paternionium Catanenſem egregia animi fortitudine ſeſe commendaſſe, ut qui ne dum Cæſari Tunetum expugnanti operam ſuam ſtrenuè probarit, ſed mu-

nitiſſimam

Ann. Xpi. 1536 nitiſſimam Guleſtæ arcem primus conſcendens, Regium vexillum partæ victoriæ trophæum ſupra muri pinnas firmaverit; Rege ipſo Equitis virtutem meritis laudibus extollente, eique militiæ præfecturam, eximii facinoris munus, elargiente.

XVII. Annus quincenteſimus trigeſimus ſextus ſupra milleſimum cunctis pene ſæculis ob Ætnæ incendium memorabilis, ultimus Aloyſio Epiſcopo fuit, qui veluti juſtus Loth, ne tot gregis ſui malis ſupereſſet, ſublatus creditur. *Ætna*, ait Fazellus Synchronus author (a) *cum, deficiente jam materia ſulphurea, ac bituminoſa, vel obſtructis meatibus, nec ignem, nec fumum per plures annos emitteret, accolæ ejus cacumen aſcendentes illæſi craterem etiam ipſum penetrabant; ſed inconſtans hæc manſuetudo fuit. Anno ſiquidem* 1536. *Nono Kalendas Aprilis flante auſtro, & ſole ad occaſum vergente, nubes atra montis verticem operuit, & inter eam rubor emicuit. Tum repente ex ipſo cratere ignei torrentis vaſta vis erupit, paulatimque in modum fluminis, magno montis murmure, ac terræ motu defluens, orientem verſus deſcendit, lacumque, cujus ſupra in deſcriptione meminimus, illapſus, magnam ibi repertam lapidum congeriem liqueſecit. Quæ ſupra Randatium oppidum præcipiti, ſed falcato volumine decurrens, oviumque greges, & animalia, pleraque obviantia ſtatim demerſit. Ex eodem quoque ſummo montis cratere mirum, ac horrendum viſu profluvium igneum occidentem verſus ſupra Brontem, & Adranum oppida eodem tempore effluere cœpit; Liqueſcentes enim lapides ſulphurei, ac bituminoſi, vi ventorum depulſi, lento fluxu, & intermiſſo, veluti ferrum candens decurrebant, & qui primum defluxerunt, ſenſim amiſſo calore, in*

(a) Dec. 1. l. 2 cap. 4.

priorem

Digitized by Google

priorem naturam, ac materiam ſubnigram indureſcebant. Ann. Xpi 1536

XVIII. *Poſt rivus alter igneus deſcendens non ſupra priorem fluebat, ſed inter ipſius arenoſam cutem, & priorem ignem jam concretum immiſcens ſeſe, curſum medium ſibi ſua vi faciebat, itaut cutis ſuperior, & ſuperficies prioris ęquè eſſet dura; Qui verò ignis recens erat, ſubterfluebat inſtar teſtudinis, quę ſub teſta dura vivens, lente tamen graditur, ita fluenta, quę prius induruerant, novis cedebant, à quibus in partes diſiiciebantur. Noviſſimis itaque ſemper vincentibus, multiplicabatur incendium ad latitudinem ſtadii unius, profunditatemque cubitorum circiter duodecim. Cumque totum refrixiſſet profluvium, lapidum molarium congeriem ab ore crateris ad terminum uſque fluxus ſubnigram recens eructatam perpetuo reliquit. Ita lapides ipſi in eodem perſeverant colore, quo fluxerant; Sed quò recentiores, eo & nigriores, & firmiores; proceſſu enim ęvi, & palleſcunt, & in arenas reſolvuntur. Erat autem profluvii materia ſulphurea, & bitumine mixta. Eo die D. Leonis templum in nemore ſitum terręmotu primum corruit, mox ignibus obrutum eſt totum, nihilque nunc ibidem, niſi aſperrimorum lapidum è cratere projectorum acervus conſpicitur. Circa eadem quoque loca ad montis latera, terra dehiſcente, plerique hiatus ſunt perrupti, ex quibus, & fluenta ignea, & innumeri igniti lapides veluti tormento excuſſi, pręmiſſo prius fremitu, in cęlum emittebantur. Ad hęc naturę miracula viſenda, tanti incendii modum, cauſaſque ſcrutaturus Franciſcus Niger patria Platienſis, ſed Leontinus incola, medica arte inſignis, dum nimium diligenter, ſed parum conſultò proprius ad fornaces acceſſiſſet, uno ex lapi-*

dibus,

An. Xpi. 1536 *dibus, qui in cœlum ex hiatibus evomebantur, in caput ejus dilapſo, conſumptus occubuit*. Huc uſque Fazellus.

XIX. Philotheus verò, qui, & ipſe præſens aderat, deſcripto montis vertice, ac tumulo, ſeu faſtigio ſupra verticem, quem ante hunc annum inſcenderat, ſubindeque Incendii curſu enarrato, concludit: *At ubi tandem per multorum millia paſſuum Catanam verſus decurſum eſt, Catinenſes cæterique Ætnæi turmatim coeuntes, nimio præ terrore contra ignis profluvium iter devotè faciunt; Canonicis, quorum utpote Vexillarius Bartholomæus Monſonus vir ſane probatæ vitæ, divæ Agathæ Martyris deſerentibus velum, quod Grimpiam divæ Agathæ ipſi vocant, quippe quod in ſepulchro ejuſdem repertum eſt*.

Verumenimvero, quo in loco ita religiosè perventum eſt (mirum quidem, & ſolius Dei Opt. Max. voluntate, intercedente pro Patria Virgine Agatha) ea tota ipſa ignis congeries, cunctos campos vaſtatura, nec civitati intra muros parſura quidem, ni reſediſſet, ad ſanctiſſimæ Crucis ſignum Velo illo factum conſtitit, adeoque refrixit, ut pedibus etiam nudis, ut ipſi vidimus, deſuper illæſis deambularetur. Quiſnam mortalium voces ibi adſtantium? Quis præ lætitia lacrymas ululatuſque? Quis illorum, hoc viſo miraculo clamores ad æthera ſublatos referre poſſet? Plurimis tandem in locis ex omni montis regione incendia non minima erupere, cinerem quoque, (ita plures affirmaſſe cognitum eſt) in Cretam inſulam trahentibus ventis evolaſſe; perque totam fere Calabriam, Brutiorumque *agros, Coſentiam uſque, mororum frondes, quibus vermes ad ſericum depaſcuntur, nedum in Trinacria, adeo offendiſſe certum eſt, ut*

pro

Digitized by Google

pro ſemine vix Amigdalæ, quibus naturæ inſtinctu includuntur vermes, conglobarentur, maxima incolarum jactura. Hæc Philotheus, qui Franciſci nigri Philoſophi caſum deſcribens, illum fumo, incendioque oppreſſum, ut de Plinio legimus, è vivis exceſſiſſe tradit. Ann. 1536

XX. Sub ejuſdem anni curſum Ferdinandus Conſaga, Molphectæ Princeps, Regni Prorex Catanam Melitenſibus triremibus vectus appulit; Adrani, Calatanixectæ, & Sinagræ dynaſtis, aliiſque Proceribus comitatus, eques inde medius inter Stephanum Cajetanum urbis Patricium, & Petrum Intrigliolum Senatorem ad princeps Templum progreſſus, ante ejuſdem fores de Privilegiis ſervandis fidem ſanctè ſpopondit. Jam vero defuncto, ut vidimus, Aloyſio Pontifice Marinus Caracciolus, qui adhuc in vivis ſenio gravis agebat, ad ſedem ſuam reverſus, Catanenſis Epiſcopatus Rectorem Domitium Caracciolum adſcivit; moxque in Nicolai Maria Aloyſii fratris germani gratiam Cathedra ſeſe rurſus abdicavit. Nicolaum Romanus Pontifex VIII Idus Januarii MDXXXVII. confirmatum inauguravit; at quum eſſet ętate immaturus, 1537
nec enim quartum, & vigeſimum excedebat annum *Adminiſtratoris* titulo, quouſque vigeſimum ſeptimum expleret, donavit. Cæſaris inde accedente conſenſu, ipſo Annunciatæ Virginis feſto, illum Canonici in poſſeſſionem induxere, qui Hieronymum Aſmundum Cathedralis Monachum ſui Vicarium delegit.

XXI. *Die decimaſeptima Aprilis*, inquit vetuſtiſſimum S. Nicolai de Arena Chronicon, *ingens aquarum copia è cęlo dilapſa eſt, Symęthuſq: fluvius adeo exundavit, ut agros circumquaque ac ſegetes vaſtaverit, greges, ac jumenta, quin & homi-*

nes

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1537. *nes complures demerſerit. Æqualem jacturam Ager Panormitanus, ac finitima opida per idem ferme tempus ſunt paſſa; adeo ut Corilione domos quingentas ſolo æquatas proximi amnis impetu, arboreſque e radicibus ventorum vi evulſas incolæ indoluerint.* De Ætnæ vero incendio ſubdit: *Die undecima Maii Ætna mons multis in locis diſruptus eſt ſupra collem Spraverium, ac variæ voragines apertæ, unde magna vis igneæ materiæ, multo major, quam illa præcedentis anni, effluxit, quæ ad S. Nicolai de Arena Monaſterium recto itinere tendens, aliquot ejuſdem viridaria, ac vineta conſumpſit; tum Nicoloſum verſus arrepto curſu, Mompilerium, & Fallicas incendit, eorumque vineas, ac fruteta grandi incolarum jactura vaſtavit. Incendii ceſſante effluvio ſummus montis vertex horribili fragore abſortus corruit, adeout per inſulam pene univerſam extremi Judicii diem adeſſe homines putarent, qui ſalutari proinde penitentiæ Sacramento ſeſe munientes, illud certatim ingeminabant: Domine quando veneris judicare terram, ubi me abſcondam à vultu iræ tuæ &c.*

XXII. Ex his porro colligimus, ſupremum Ætnæ apicem hoc anno collapſum, quod & Fazellus teſtatur, ut dicemus; Hinc calamo ceſpitaſſe Philotheum, qui ſub ipſum incendii initium ſuperiori anno id contigiſſe affirmat. Sed age hunc audiamus de ignea præſentis anni eructatione. *Incendia hæc*, ait, *intermiſſis plane temporibus totum uſque in annum* MDXXXVII. *fumo, terræmotu, ac fragore perdurarunt, quibus quidem ad Maji ejuſdem anni Kalendas adeo Sicilia tota intremuit, Ætnaque intonuit, ut Siculorum quiſque ingenti obtuſus ſtrepitu pene ſurdeſceret, plurimaque inſulæ ædificia corruerent, interque Corilionis oppidi* {hanc

Corilionis ruinam perperam Ætnæ adſcribit Philotheus, ut vidimus} *ab Ætna millia circiter centena paſſuum diſtantis non modica pars in ruinam receſſit manifeſtam. Sicanorum hiſce calamitatibus, & terræmotus horrore per totum ſere Quintilem perdurantibus menſem, per ſemidiei horam Sole per Leonis arcum tranſeunte, meridianumque attingente, tota pene Sicilia in tenebras converſa obſcuriſſimas viſa eſt. Tum autem, dum Ego Caſtilione morarer, atque nimium, nimiumque pertimeſcerem, longe majus, vehementiuſque quam alias auditum eſt ex Ætna intonare tonitru, vehementiorique ſonitu, & tremore Trinacria ipſa pene tota, dehiſcente terræ globo, ad ima deſcendere Siculis jam videbatur; Cum tunc repente, expulſis noctis, utpote caliginoſis tenebris, ſol apparuit ſuis lucidiſſimis radiorum luminibus totam illuſtrantibus Inſulam. Quo factum eſt, ut Ætna toto ſereno Cælo perlucida appareret; congerie tamen fumi excepta, quæ ad vaſtiſſimæ trabis formam maximo ex cratere inſurgens, per aera ad Orientem Vulturnum verſus ſeſe deflectens in longum protendebatur tractum. Tum denique ſonitus, ſtrepituſque omnis, quo portarum annuli, anteque domorum Siculos reddebant modo ſurdos, magna Inſulanorum lætitia ceſſavit; flammis nihilo ſecius, incendiiſque in vertice montis remanentibus, itaut interdiu fumus, noctuque flammæ viderentur.* Hæc Philotheus. Ann. Xpi. 1532

XXIII. Fazellus verò: *Anno ſalutis 1537. Kal. Maji Sicilia tota diebus ferme duodecim tonore cœpit, crebrique ſonitus, ac ingentes, quales ex tormentorum bellicorum ictibus edi ſolent, & graviores quoque non ſolùm Catanæ, & vicinis agris, ſed Panormi quoque, Drepani, Lilybei, Saccæ, Agri-*

An. Xpi. 1537 *Agrigenti, & tota pene inſula ſunt auditi. E quibus, parvo terræmotu facto, domorum concuſſa tecta ſimul, & parietes nutabant. Hi igitur ſonitus, mugituſque cum increbeſcerent, tertio Idus Maji in Ætna ſub colle, quem incolæ Sparverium vocant, hiatus quidam inſoliti ſunt aperti, è quibus tanta ejuſdem materiæ igneę moles egeſta eſt, ut quatriduo 15. p. m. iter conficiens, obvia quęque ſternendo exuſſerit, ac ad Cœnobium uſque S. Nicolai de Arenis defluxerit; ubi conglobatus Monaſterio intacto, Nicoloſum, & Mompilerium pagos adortus, plures eorum domos excuſſit, obruitque. Terręmotu quoque frequenti Catana, & vicinæ urbes adeo ſunt convulſæ, ut cives, relictis urbibus, ad campeſtria ſalutem ſibi quęſierint. At populus, & Clerus Catanenſis cum ad p. m. ferè 12. vicina, ac ocyus ad ſeſe deferri proſpicerent, ad aras D. Agathæ confugientes velum protulerunt, quo eminus projecto, ignis conſtitit, ac mox ſedatus eſt, & Ætna tonare deſiit. Verum Crater montis ſupremus, non modo mons ipſe, ac finitima, ſed ad Pelorum, ac Pachynum, quin immo, & Calabriæ, Coſentiam uſque, interjacentia oppida cineribus operta; maria quoque adeo ſint circumfuſa, ut trecentis p. m. à Sicilia diſtantes naves, quæ Venetiis Meſſanam navigabant, à ventis ferventibus late cinere ejecto, fędatę ſint, prout ipſi nautæ poſtmodum retulerunt. Ætna deinde, cum cineres evomere deſiit, magno fragore, ac fremitu mugire cępit, & inter mugitus ipſos ſummus montis apex abruptus, ac cratere ſuperno abſortus eſt. Nam ætate mea clivulus à crateris orificio per paſſus ferme centum inſurgebat, undique præciſus, qui totius montis ſupernus erat vertex; quo tum intra voraginem palam abſumpto, Ætna fa-*

ſtus eſt demiſſior. Sed cum poſtea Bronti agerem, Oppidani ſeniores fide digni, quippe qui rem ipſam viderant, retulerunt, hunc ipſum clivum non olim Ætnæ fuiſſe verticem, ſed ab eo, anno ſalut. 1444 *poſtremo profluvio ejectum crateris ori inhæſiſſe.* Ann. Xpi. 1537

XXIV. Eadem habet Silvagius, qui & ipſe teſtis utriuſque anni incendium, minima queque diſtinctim percurrendo, deſcribit, illudque in primis memorat, congeſtas per abrupta montis nives, ex nimio ignis calore in liquidas aquas converſas, tanto impetu undique defluxiſſe, ut obvia queque diſiciendo, ingenti ſtrepitu veluti à flamma preſſœ deſcendentes, nimium attulerint etiam populis metum; quæ tandem per anfractus, occultoſque meatus dilapſæ evanuere. Hinc de thaumaturgi Veli miraculo in Mompelerii opido differens, illud prodit, quod quum ignis impetu majoris templi pars fuiſſet everſa, mox ut eò illatum fuit Velum, ita flammę conſtitere, ut in omnium oculis lapideſcerent, indeque ex aperto montis hiatu effluere deſinerent. Neque hic ſilentio obvoluenda, quæ S. Nicolai de Arena Chronicon vetuſtiſſimum refert. (a) Præerat Cœnobio illi Hieronymus Sardo pietate, ac religione inſignis. Hic poſtquam S. Leonis ędes igne abſumptas, agroſque, & fruteta funditus vaſtata indoluiſſet, ut intellexit igneum torrentem adverſus S. Nicolai Monaſterium, ubi tunc ſedes Abbatialis, iter deflexiſſe, magna animi fiducia, pio quodam Monacho Barnaba à Monpilerio comitante, (Reliqui enim metu perculſi, ſublatis omnibus, fuga ſibi conſulere, Abbate ipſo indulgente, ſtatuerant, ut vidimus) ſacratiſſimũ Dom. Noſtri Clavum aſſumpſit, factuſque igni obvius illum adjuravit. Mira res! conglobatis repente flammis, ędibus, agriſque, ac Vinetis Cęnobii intactis, aliò tor-

(a) Cap. 10.

rens

Digitized by Google

An. Xpl. 1537 rens ſibi viam aperuit. Meminit prodigii hujus laudatus Silvagius, ac Sancti Benedicti Monachorum Patriarchæ meritis illud adſcribit.

XXV. Apud Carreram denique hæc leguntur (a) *Mompilerii relatio præ aliis notitiis hanc nobis ſingulariter apportat. Invenitur enim in illa, quomodo anno* MDXXXVII. *undecimo die menſis Maji, qui Veneris fuit, circa veſperæ horam altera caverna in Ætna fuerit excitata, loco, qui Fontanella vocatur, ſub monte, qui dicitur dorſum Aſini, prope* il Zaccano del Cizzo, *in cujus vicinia complura aperta fuere foramina, cuncta ignivoma. Ab altera parte tranſcucurrit incendium uſque ad S. Antonium, ab altera uſque ad Turrem Gryphis. Oppreſſit etiam domos centum, & ſeptuaginta, ciſternas autem viginti ſex, præter quaſdam adhuc imperfectas; vineas autem combuſſit* CLXXXII. *In Nicoloſi verò perdidit ſexaginta fere ædes; quadraginta item alias retro montem vicinum; ſexaginta item alias in regione, quæ dicitur de Billei; dextruxit inſuper partem ædium S. Antonii, & officinas Mompilerii. Inde adventante Proceſſione Catanenſi, Senatu urbis comitante, flammæ jam pervaſerant Eccleſiam majorem Mompilerii, verum ad conſpectum S. Veli glorioſæ S. Agathæ conſtiterunt, neque damni quidpiam amplius intulerunt.*

(a) De Ætna lib. 2. c. 19. Ex traduc. Aver capi

XXVI. Memorantur Incendia hæc Scanello etiam, Aretio, & Maurolyco ſynchronis authoribus, quorum poſtremus: *In Agro Meſſanenſi*, ſcribit, *olera, & plantæ cinere conſperſæ victum negabant. Bombyces Serici, qui mororum frondibus veſcebantur, incineratum pabulum reſpuentes, interiere; periit labor irritus, meſſiſque ſperatæ fructus pretioſus. Damnum illud exceſſit biſcentum*

aureo-

aureorum millia. Perhibent Calabros etiam Coſentiam uſque eodem damno fuiſſe affectos. Per idem porro tempus Catanæ S. Mariæ *de Succurſu* Moniales nimia paupertate preſſæ ad alias ſui ordinis Benedictini *Portus Salvi*, Generalis Vicarii authoritate, migrarunt. Aliud quoque Cœnobium ejuſdem inſtituti S: Mariæ *Vallis Viridis* titulo inſignitum, ſacris Virginibus omnino deſtitutum, ſuppreſſum eſt. Septembri denique menſe Eliſabeth Ferdinandi Gonſagæ Sicilię Proregis Conjux Catanam venit, Ætnæique incendii paulo antę extincti portenta, curſumque demirata, inde receſſit. Subinde Laurentio Juenio Catanenſi majoris Templi ædificiis præfecto curante, ad Divini cultus augmentum, atque ad ſacra officia decentius celebranda, magna organa, quæ ejuſdem templi magnificentiæ reſponderent ingenti plane ſumptu anno MDXXXVIII. ſunt inſtituta. Ann. Xpi. 1538

XXVII. Atrox bellum per id temporis inter Auguſtum Carolum, & Solymanum Turcarum Tyrannum gerebatur, ac univerſa Siciliæ inſula Maurorum piraticis incurſionibus afflictabatur; Claſſem paraverat, Cęſar, quæ Duce Andrea Auria Januenſi per Siculum, Joniumque mare excurrebat; præerat infidelium navibus Ænobarbus, vulgo *Barbaruſſa*, quo cum aliquando Auria congreſſurus circa Corſyram inſulam, auxiliariorũ negligentia, aut diſſidio prælium detrectare viſus eſt. Re navali infeliciter geſta, ad Caſtellum novum in oſtio Sinus Cattarenſis expugnandum converſus, illud infra menſem obtinuit; munitaque ſuis copiis arce, Meſſanam rediit. Ibi Claſſe hyemante ſex Hiſpanorum millia, quum ſtipendiis fraudarentur, palam rebellarunt, atque Opida Meſſanę finitima nullo obſiſtente fędiſſimę vaſtantes, Randatium uſque profe-

cti

Digitized by Google

An. Xpi. ćti circa anni MDXXXIX. initium urbem diripuere,
1539 quo metu perculſa, magna Incolarum Ætnæi mōtis pars, per aſperrima locorum diſperſa, opidis derelictis, fuga ſalutem ſibi queſiere. Catanenſes vero auxilium à Gonſaga poſtulantes, ne quid detrimenti à Rebellibus paterentur, Militum Italicorum præſidio, quos Prorex Meſſanæ degens ablegaverat, urbem muniendam curarunt, ac quadringenta inſuper nitrati pulveris pondera accepere. Hiſpanis tamen ad obedientiam reverſis, atque tota inſula excedere compulſis, timor evanuit.

1540 XXVIII. Anno MDXL. Nicolaus Caracciolus Catanenſis Pontifex ſumma omnium lætitia, ac ſollemni pompa tertio Idus Novembris exceptus, paſtoris optimi partes ſtatim obivit, atque Eccleſiæ ſibi commiſſæ jura ſtrenuè coram aſſeruit, ut abſens ſollicite curaverat. Illum Carolus Ceſar ob vitæ promerita à Regiis Conſiliis, ac in omnibus Regni ſubſelliis, immo & in Imperiali aula Judicem adſcriverat; quarto Idus Martii, ac *meri, & mixti Imperii* Privilegium in Opidis juri Eccleſiæ ſuæ ſubjectis eidem conceſſerat. Quum porro Nicolaus
1541 die Dominica Palmarum MDXLI. nimio zelo ductus, conſtitutiones aliquot urbis noſtræ Privilegiis repugnantes, pro Eccleſiæ ſuæ bono, edidiſſet, & Catanenſis Senatus apud Proregem ea de re conqueſtus, earumdem abrogationem inſtanter poſtularet, ſumma manſuetudine uſus Pontifex, ſe non animo civium juribus derogandi leges tuliſſe teſtatus eſt, eaſque, ut æquum erat, reformatas voluit. Tum Cleri, & Canonicorum inſtitutioni ſeriùs incubuit, ac varia ſaluberrima edidit ſtatuta, quæ Romano Pontifici confirmanda obtulit; Ipſe interim gregis forma factus ex animo, moribus incorruptis, virtutum omnium ſeſe exemplar exhi-

buit,

Digitized by Google

buit, dignoſque ſene actus in juvenili ætate edidit. Habitis Meſſanæ hoc ipſo anno Regni Comitiis, ut Catanenſis Academiæ Profeſſorum honoraria augerentur Proceres poſtularunt, annuitq: Princeps reſcribens: *Placet Regiæ Majeſtati concedere quolibet anno centum & quinquaginta uncias durante ſuo Regio beneplacito, jubetque Proregi, ut id accuratè exequatur. Dat. in Oppido Gandavi die 1. Novembris* MDXLI. An. D. 1542

XXIX. Terræmotus ingens univerſæ Sicilię inſulam, eamque præ aliis regionem, quam Neeti vallem dicunt, anno MDXLII. die Novembris ultima, ac ſequentibus, præſertim verò quarto Idus Decembris hora XXII concuſſit, atque urbem noſtram, dirutis aliquot ædibus, horreiſque Eccleſiæ ſolo æquatis, labefactavit. Hinc ad S. Nicolai de Arena Abbatem Innocentium à Novaria ſupplices Magiſtratus Catanenſis miſit nuncios, ut ad communis patriæ pręſidium Sacratiſſimum Domini Clavum in urbem inferret. Annuit ille, ac tertio Idus Decembris nudipes Aſcetis triginta comitatus, innumeraque populi multitudine, qui è finitimis pagis convenerat, extra pomerium à Clero, Senatu, ac civibus exceptus, Catanam venit, atque ad S. Mariæ Majoris Ordinis Fratrum Prędicatorum cum ſuis divertit, ibique ſuper aram maximam ſacrum pignus repoſuit. Orantibus in templo Monachis, piiſque aliis civibus in proxima S. Viti area Stephanus Bolanus ſcientia, ac pietate inſignis, ejuſdem Ordinis Theologus verba ad populum fecit; at quum fortuito lapis prope Baſilicam S. Agathę Veteris è proximo urbis muro decidens juvenem quempiam ſuo impetu præcipitem egiſſet, una ſtatim omnium vox audita: terræ ſcilicet concuſſionem fuiſſe factam.

Hinc

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1543 Hinc diffugientibus hàc illac omnis generis, omniſque ætatis viris, ac feminis magnus undique tumultus obortus eſt; adeout Abbas, & Monachi eventus adhuc neſcii, ſeſe occultè proripientes, ad proximam *S. S*alvatoris ædem Cenobii hoſpitio adjunctam confugerent. Sedatis turbis confluentes incole, ſacrum Inſtrumentum religioſiſſime per diem reliquum adoratum venerunt; atque ab omni deinceps metu liberi optatam tranquillitatem ſunt nacti, Monachoſque ad Cœnobium redeuntes ad multum itineris honorificè deduxere.

XXX. Jamvero, quum *S*yracuſis majoris quoque Baſilicæ turris, pluresque edes ex terremotu disjectæ civibus ingentia damna intuliſſent, ad S. Agathæ Lipſana ſacer quidam ejuſdem urbis ordo, de Annunciata dictus, cætuſque Eccleſiaſticus ſupplicationem inſtituere cogitavit. Catanam igitur quinto Idus Januarii MDXLIII. ſeptem ac viginti ſupra centum Presbyteri, aliique ex Civibus ſaccis induti, flagellis ſeſe cruentantes appulerunt, atq; ad princeps templum, populo univerſo, qui ad ſpectaculum aderat, in lacrymas ſeſe effundente, proceſſere; ſacras inde reliquias piiſſime venerati, cereum obtulere, atque à viris religioſis hoſpitio mox excepti, viribus inſtauratis, ad propria remearut. Nec diu poſt XVI Kalen: Februarii quarta circiter noctis hora ſpecies magnæ trabis igneæ in aere apparuit ab æſtivo procedens ſolſtitio, quæ non ſine magno intuentium horrore meridiem verſus occidit. Subſequuta plurium menſium ſiccitas, adeo ut præ nimia aquarum penuria ſegetum fructus penitus deſperaretur. Hinc ad laudatum S. Nicolài Monaſterium accurrentes cives, enixis precibus ab Abbate impetrarunt, ut rurſus Catanam

Digitized by Google

ſe conferret. Sollemni itaque ſupplicatione inſtituta, ingenti paganorum frequentia ſtipatus, cum ſuis Monachis, ac ſacro Domini Clavo urbem ille repetiit, ſummoque plauſu à Magiſtratu, & Clero extra menia exceptus, majorem adiit baſilicam. Ibi ab Eccleſiæ Priore in memoriam Dominicæ paſſionis Miſſæ ſacrificium celebratum; quo nondum peracto, & ſi nullum antea vel leve pluviæ ſignum appareret, tam grandis aquarum copia de repente erupit, ut pedem è loco efferre Abbas, ac Monachi neutiquam poſſent, nec niſi inclinata jam die à populo univerſo in gaudia effuſo, facibus innumeris, cereiſque accenſis ad S. Salvatoris templum triumphali veluti cultu Divinum Inſtrumentum deduceretur. Hæc, ut deſcripſimus, geſta memorat in S. Nicolai Chronico Bartholomæus, Taverna, qui unus ex Monachis interfuit (a)

Ann. Xpi. 1543

XXXI. Eodem anno Procerum cętus Panormi coactus; ingensque Turcarum Claſſis duce Ænobarbo in freto Mamertino ſeſe conſpiciendam dedit, ac Brutiorum pagis undique vaſtatis, Rhegium ab incolis deſtitutum igne abſumpſit. Meſſanenſes erectis animis diu, noctuque armis inſtructi per muros, ac propugnacula patriæ tuendę intenti, ipſis etiam hoſtibus admirationi fuere, atque à noſtris commeatu, ab aliis finitimis milite adjuti, quod præ aliis Maurolycus teſtatur (b) infidelium conatus eluſerunt, qui levi damno Maſſę, & Caſtaniæ Meſſanenſis Regionis opidis illato, in Galliam ſeceſſere, ſequenti anno metum denuo incuſſuri. Tunc quoque Caroli Cæſaris beneficio Pontifex Catanenſis ex literis Moguntiæ tertio Idus Auguſti ſignatis, Comitis Maſcalarum titulo inſignitus omnimoda in ejuſdē Opidi regionibus poteſtate, ut olim Rogerius II. Mauritio Epiſcopo conceſſerat, donatur.

(a) Cap. 15.

(b) Hiſt. Sic. l. 1

Poſt

An. Xpi. 1545 XXXII. Poſt biennium S. Nicolai de Arena Monachi veteri, ac celeberrimo relicto Monaſterio, Catanam habitatum venerunt, ex hac potiſſimum cauſſa: Prędones quidam è Necti valle confictis ad fraudem verbis, atque itineris cauſſa diſſimulata, hoſpitio ab Abbate excipi poſtularunt. Id, ut vicinorum Pagorum, Aciſque, & Paternionis Prępectis innotuit, illico collecta militum manu, ad obſidendum Cęnobium advolarunt. Evaſere nihilominus, nec ſine conflictu, Sociorum auxilio, qui è proximo nemore convenerant, neſarii graſſatores; uno è ſuis ſaucio in Eccleſia relicto; mox verò milites Monaſterium ingreſſi, effronti audacia cuncta ſcrutantes, nedum Monachos injuriis affecerunt, ſed in ipſum etiam Abbatem impius eorum Dux ſacrilegas iniicere manus minime veritus, vi ſublato è templo prędone, diſceſſit. Tunc Abbas convocatis Monachis, quid facto agendum ſciſcitatus, omnium votis exceptis, Catanam, Cęnobio relicto, ſeſe recipere decrevit. Sacra itaque, ac familiari ſupellectile ſublata, in S. Salvatoris ędem, prope urbis męnia ad Septentrionem commigrantes, ibi aliquandiu ad Februarii menſem perſtitere, inde ad S. Mariæ de Licodia {Eſt aliud ejuſdem Cœnobii membrum ab Opido Paternionis quatuor ferme paſſuum millibus diſſitum} contendentes, non diu poſt Angelo à Caſtroſanguine novo Abbate agente, in veteres ędes ſunt revocati.

1546 XXXIII. Per idem tempus Hieronymus Aſmundus Catanenſis Eccleſiæ Decanus, ac S. Gregorii de Plutia Prior, vir Patricius ad Pactenſem præſulatum aſſumptus eſt, ut ſuo loco dicemus. Tunc etiam *Mons Pietatis*, ita appellant, ad pauperum ſolamen, atque ad Virginum, pupillorumque vitæ ſubſidium communi Antiſtitis, Senatus,

Cleri, ac populi voto inſtitutus; rem quammaxime promovente Thoma Guerrerio majoris Templi Cantore, qui à *Paulo* III. Romano Pontifice literas impetravit XIV Kalend: Februarii MDXLVI. præſcribentes, ut Patrimonii erogandi facultas penes Rectores à Magiſtratu, ſingulo quoque biennio eligendos, eſſet. Perſtat hodie, non levi pauperum, atque id generis perſonarum emolumento, cui pinguis Margarithæ de Archangelo hæreditas connexa eſt, piis etiam uſibus addicta. Ann. 1546

XXXIV. Anno MDXLVII. Regni Comitiis celebratis, vectigal Curiæ decretum eſt, Regique de more *Capitula* oblata, ut firmarentur. In his ut Novælucis Abbatia Catanenſi Valetudinario uniretur, atque honoraria publicis Academiæ Profeſſoribus dependenda ex juribus *Regiæ Secretiæ* urbis Catanæ deinceps ſolverentur, Proceres poſtularunt. Quibus reſcripſit Cæſar: Ad Primum: *Sua Cæſarea, & Catholica Majeſtas informabit ſe de ſupplicatis.* Ad Secundum *Cæſarea, & Catholica Majeſtas committit, & mandat Illuſtri Proregi, quatenus ad ſuæ Majeſtatis beneplacitum provideat ſuper ſupplicatis, ut apparuerit convenire. Dat: In Civitate Imperiali Auguſtę die* XXIV. *Februarii anno* MDXLVIII. Hic non omittendum, quod in hujuſmodi etiam Capitulis loco quarto, totius Regni voto ſupplicatum, ut magnæ Regiæ Curiæ Judices bini deinceps ex Panormitanis, totidemque ex noſtris, duo item Meſſanenſes, atque ex inſula reliqua duo præeſſent. At Cęſar ſervandum ut hactenus, ac ne ſenarium excederent numerum, ſanxit eodem die, & anno. Jamvero ſeptimo Kalendas Maji Joannes Vega Siciliæ Prorex cum Uxore Eleonora Oſſorio Catanam venit, ac princeps Templum ingreſſus Eccleſiæ Privi- 1547 1548

legia

Ann. Xpi. legia ſanctè ſervanda promiſit. Tunc de urbe no-
1549 ſtra vallo munienda ſerio actum, atque excidendi lapides, & cęmenta ad opus parandi, Operariis, Præfectiſque cura demandata.

XXXV. *S*equenti anno Aphrodiſium Africæ urbem, vulgo Mahdiam, Draguthus Archipirata, multis in Siculos maleficiis clarus, occupavit, ut in-
1550 de inſulam noſtram majori licentia popularetur; ſed eam non multo poſt, duce Joanne Vega Prorege, magna vi expugnatam Carolus Rex ſuo adjecit imperio; Hinc fęderis abrumpendi occaſionem nactus Turcarum Tyrannus Solymanus, ingenti claſſe parata, ſub Sinano Præfecto anno MDLI. Si-
1551 ciliam invadendam ſtatuit: *Claſſis Meſſanæ fretum ingreſſa*, inquit Fazellus (*a*) *ad foſſam S. Joannis, quæ quidem p: m: 8· à Rhegio diſtat, conſtitit, ac per internuntium à Joanne Vega Meſſanæ tunc agente Mahdiam induciarum tempore captam ſibi reſtitui poſtulavit; Cumque Joannes eam urbem in pacto Caroli fędere haud contineri reſpondiſſet, Senen prętextu rupti fęderis Catanam urbem oppugnaturus, indignabundus à littore ſolvit. At ventorum impulſu Catanam pręternavigans, Auguſtam opidum viris deſertum incendit, arcemque infirmo pręſidio, noſtrorum incuria, munitam capit, ac diripit.* Subdit Groſſus (*b*) Auguſtæ incolas veloci lyntre de periculo à noſtris admonitos, fuga ſibi conſuluiſſe. Catanenſes porro amantiſſimæ Civis Agathæ patrocinio adſcripſere, quod, flante valido aquilone, Turcarum claſſis Catanæ ſinum tranſgreſſa, alio incendia, cędeſque adſportarit. Ferunt enim barbaris ad Armitium Promontorium ſpeculantibus, Idibus Julii męnia, littus, colleſque ubi proximos innumeris pene militibus refertos apparuiſſe. Sinanum vero Talaſſiarcham, quum ſortes etiam, gentis

(*a*) Dec. 2. l. 10

(*b*) In Annali Catan. m. ſ.

gentis more, immitti præcepiſſet, malo omine territum, illam adoriendi conſilium mutaſſe, ut Bartholomeus Taverna (*a*) ſynchronus author ſcribit, & Blanditius etiam teſtatur. Nec immerito in patriæ tutelam ſeſe propitiam exhibuiſſe Agatham credimus, quum ejuſdem Martyris ope, Melitam inſulam, ejuſque arcem poſt Auguſtæ direptionem ab infidelibus petitam, atque aſſidua dierum octo obſidione preſſam, Jacobus Boſius liberatam teſtetur in ſua Joannitarum Equitum Hiſtoria. (*b*) *Ann. Xpi 1552*

(*a*) *In poemat. S. Agathæ can. 5.*

(*b*) *Par. 3. l. 15*

XXXVI. Ea occaſione de circumvallanda urbe Catana cęptum conſilium Vega Prorex ſtrenuè promovit, ac die v. Februarii cum Regiis Adminiſtris re communicata, opus communi eorum voto aggrediendũ ſtatuit, ſignato Catanæ x Kal: Martii decreto. Sequenti igitur anno pridie Kal: Decẽbr. primum ædificii lapidem in propugnaculi *S. Salvatoris*, quod hodie Magnum appellant, fundamentum demiſit, molemque omni ævo admirandam ex nigro quadrato lapide aggreſſus, pomerium ex orientali regione ampliavit, ædeſque addidit muro munitiſſimo concluſas, quæ ab altero meridionali propugnaculo à D. *Pyrruchio* vocato, ad aliud orientale *Buxialchæ* vulgariter dictum exurgunt. Extructa exinde, aut inſtaurata reliqua urbis męnia, paucoſque intra annos ab Ortu, Meridie, & Aquilone { occidentalis namque regionis muri pene integri perdurabant } firmiſſimus ager, propugnacula octo, totidemque portæ, ære publico confectæ, certatim civibus, privatas etiam opes, operamque, conferentibus. Perſtant inſcripta in Liguſtico marmore Epigrammata ad hanc uſque diem, alterum ſupra portam ab ipſo Prorege *Vega* appellatam; alterum verò portæ inſidens, quæ ab aquæ tubulis vernaculè à *Canalibus* dicitur:

En

Ann. Xpi. 1554 En primum: *Joannes Vega Caroli V. Imper. Aug. Legatus, Regni Siciliæ Præſes, Civibus C. Urbem Muro, Porta, & Propugnaculis Tutiorem, Ornatioremque, & Navigiis Portum Securiorem, Ac Commodiorem Fecit Anno Salutis* MDLV. Secundum verò: *Carolo V. Rom. Imp. Siciliæq; Rege Joannes Vega Prorex Ad Propulſandos Piratarum, Cæterorumque Neſariorum Hoſtium Incurſus, Inſulæ Aditum Mirificis Hiſce, Ac Munitiſſimis Molibus P. Communiendum Cenſuit. Curantibus Civibus Catanenſibus Anno à Natali Xpi* MDLIII. Ejuſdem Proregis opera, ac Hieronymi Natalis *S.* Ignatii Loyolæ diſcipuli hortatu, Orphanotrophium Catanæ inſtitutum Julio III. Romano Pontifice rem firmante, ut Groſſus teſtatur, (*a*) Aghilerius in Societatis Sicula Hiſtorica de Hieronymo hæc ſcribit: MDLII. *Hieronymus Natalis S. Ignatii Diſcipulus Catanam venit, ubi Vega tunc agebat. Dies ibi aliquot retentus, præclarè meruit; Cives ad miſericordiam in egenos ita excitavit, ut plura aureorum millia congeſſerit, quibus pueris, qui parentibus ſuperſtites, diſperſi, atque inculti vagabantur, hoſpitium comparavit. Seraphicorum* Fratrum, *quos Capucinos vocant, collabentem domum reſtituit, & valetudinarium inſanabilibus morbis aperuit; ſuperſtites aureos pauperibus diſtribuit.*

(*a*) Decac. Cat. Cor. 2. mod. 15.

XXXVII. Tradit Fazellus (*b*) anno MDLIV menſe Majo, dum prope littus effoderetur ad Saracenum portum, in tabula marmorea quatrupedali Fidium veteris ſuperſtitionis Deum, ſeu verius Idolum, fuiſſe inventum, ſub tribus imaginibus ſculptum cum inſcriptione: *Amor, Honor, Veritas.* Honor ſcilicet, & Veritas dexteras jungebant, ille aperto capite, hęc pallio victata; Amor verò medius adoleſcens utrumque ad ſe complectebatur.

(*b*) Dec. 1. l. 3.

plectebatur. De hac tabula alibi diximus, Georgiumque Gualterium perperam inter ſuppoſititias illam recenſentem ſugillavimus. Dum hæc agerentur, Nicolaus Catanenſis Pontifex Concilio Tridentino aderat, cujus Seſſionem quintam ac decimam tertio Kalend: Februarii anno MDLII celebratam miſſæ Sacrificio ſollemniter peracto fuerat auſpicatus; Eo autem ſoluto, ad ſuam Eccleſiam primo reverſus, Parochias in urbe inſtituere ſatagebat; Senatus vero ne id fieret, ſed unus eſſet Parochus Epiſcopus enixius contendebat; Res tandem compoſita, ac ipſo Nicolao annuente, nihil deinceps in politia Eccleſiaſtica immutatum. Per id etiam tempus Monialium Cœnobium S. Mariæ Portus Salvi Ordinis S. Benedicti nimia egeſtate preſſum, alteri ejuſdem Inſtituti ſub Ss. Trinitatis titulo Præſul noſter adjunxit, traductis in illud Portus Salvi, opportuniore loco ſitum, Ss. Trinitatis Alumnis XVIII. Kalend: Februarii MDLIV. Verùm hæ paucis poſt annis in Templum S. Nicolai de Oliva, antiqua Trinitatis nomenclatura ſervata, commigrarunt, ut Groſſus ſcribit (a) — An. Xpi. 1554

XXXVIII. Eodem quoque anno Dulciſſimæ Patronæ, ac Civis Agathæ ſacra Lipſana ingenti pompa, ac magna Pontificis, Cleri, Procerum, populique frequentia ad S. Mariæ Nunciatæ Carmelitani inſtituti vetuſtiſſimum templum XVI. Kalend: Septembris ſunt delata, ibique ſumma totius urbis lętitia, Tranſlationis ejuſdem Virginis, ac Martyris è Byzantio Catanam, feſtum celebratum. Cautum deinceps publico decreto, ut quotannis eadem recurrente die, feſtiva ſollemnitas in Urbe, ejuſque finibus haberetur. Adfuit inter Proceres Terrænovæ Marchio, qui per hęc tempora Catanę verſabatur, ac Ferdinandus Vega,

(a) Dec. Catan. Ter. 2. mod. 15.

Digitized by Google

Ann. Xpi 1555 ga, qui pro Joanne Patre Catanenſibus jura dabat. Hic porro avitæ pietatis in Societatem Jeſu nuper inſtitutam heres, ejuſdem domum Catanę conſtituendam cogitavit.

XXXIX. Aghilerius de Ortu, & Rebus geſtis Societatis Jeſu (a) in Sicilia ad ann. MDLVI. *Habet*, inquit, *hic annus Collegii Catanenſis incunabula, quod ex paucis initiis ad eam pervenit magnitudinem, ut inter præcipuas Provinciæ domos numerari merito debeat, ſive vetuſtiſſimæ, ornatiſſimæque Civitatis, ſive etiam erga nos voluntatis, ſive antiquiſſimæ originis, ſivæ ædificii, ſive cenſus ratio habeatur. Catanam cum imperio pro Patre adminiſtrabat Alvarus inter Ferdinandum, & Aſſuerum Vegæ medius natu filius; ſed Ferdinando natu maximo jam pridem immatura morte ſublato, juſſerat Pater, quo dulciſſimi filii deſiderium falleret, Alvarum in extincti Ferdinandi nedum jura, ſed nomen quoque tranſire; quare Ferdinandum deinceps nuncupabimus. Hic ne ab Aſſuero Fratre, cujus opera Syracuſanum Collegium paulo ante conditum fuerat, in augenda Societate vinceretur, Catanenſes excitavit, ut & ipſi Patriæ conſulerent, atque Collegium flagitarent. Collatis proinde ſtudiis, Nicolaus Maria Caracciolus Pontifex Catanenſis, Ferdinandus Vega, & Senatus, Civitatis nomine crebris literis à Domenechio, (Societatis in Sicilia Pręfecto) contendunt, ut è noſtris*
1562 *aliquem Catanam mittat, cujus conſilio de inſtituendi Collegii ratione ſtatuatur. Domenechius ſuorum paucitatem diu cauſatus, quum ſępe reſcripſiſſet, valde alieno tempore novum peti Collegium, quando, qui in Provincia eſſent ſocii inſtitutorum Collegiorum ſuſtinendis oneribus ęgrè ſufficerent; Victus tandem aſſiduis precibus Catanenſium, eò deſtinavit P. An-*

(a) Part. prim.

tonium Vinchium Collegii Meſſanenſis Rectorem, *Ann. Xpi. 1556*
cujus adventu paucis diebus negotium conficitur. Ad VI. Kal: Februarii cogitur Senatorum, Patrumque concilium, deliberatur, decernitur: Collegium Societatis condi oportere ſinguli cenſent, ſummo omnium conſenſu fit Senatus Conſultum, ut tria aureorum millia tribus annuis penſionibus ad Collegium extruendum, & cenſum utcumque inchoandum nobis condonentur. Addidit de ſuo Pontifex quoad viveret aureorum quinque & ſeptuaginta annuam penſionem. Acceſſit ad hæc Priſtinum prope Acim proximum Catanæ oppidum, Proregis, & Magnę Curiæ auctoritate Collegio attributum, ex quo tantumdem quotannis rediret. Templum præterea Aſcentionis idoneo, atque excelſo loco ſitum conceditur auctoritate Senatus. Valetudinarium Sancti Marci eam ædem pleno jure poſſidebat. Egere Patres Conſcripti cum Noſocomii Rectoribus, ut ad nos perveniret, iis tamen conditionibus, ut Sacerdotes quatuor, qui ad quotidiana Sacrificia ibi peragenda alebantur, ipſi conſtituerent, & Templi cenſus aliò transferrentur. Ferdinandus proximam domum ſuo ære redimit, & ad noſtros uſus concinnandam, & inſtruendam ſibi ſumit. Vinchius propere Meſſanam dimittitur ad maturandum cum ſociis reditum.

XL. Domenechius, ut à Vinchio accepit, quę Catanæ geſta eſſent, nunciatumque eſſet, communibus votis Caracciolum, Ferdinandum, Senatumque Catanenſem impenſe cupere, ut ante Reſurrectionis diem Collegium haberetur inſtitutum, & deſignatos, qui in eo permanerent, nobiliſſimæ humaniſſimęque Civitatis vehementer admiratus conſenſum, feſtinationem, liberalitatem, eò Vinchium Collegii Catanenſis Rectorem appellatum ſtatim reverti jubet, cui Joannem Vincentium Neapolitanum

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1556 *tanum adjungit, eodemque Panormo proficiſci jubet P. Sancium Œojam, & alios ... Vinchius itaque, & Sancius indefeſſam operam Catanenſibus navant, & ad Chriſtiani nominis officia cives incedunt; tradunt rudibus religionis elementa, Valetudinario, Cuſtodiis, pauperibus opitulantur, ad omne parati obſequium flagitantibus adſunt. Sancius ſingulari eloquentia præditus, & voce, & lingua potens, aſſiduis concionibus divinam legem liberali quadam concitatione inculcabat; auditus præterea inuſitata frequentia lubentiſſimè. Vinchius ad reliquam adjecit operam, morum Theologiam, cujus quæſtiones, volente Pontifice, quotidie enodandas ſuſcepit. Uterque doctrina, temperantia, & aſſiduitate juvandi, Catanenſium animos adeo ſibi conciliavit, ut nihil non eorum conſilio gererent, nihilque prætermitterent, quo Collegium augeri, ornarique poſſe intelligerent. Ignatius interea de fauſtiſsimo Collegii Catanenſis exortu Provinciæ Siculæ gratulatus, quod ſextam eam, & ſe vivo ultimam numeraret domum, memor Vinchii meritorum, qui Syracuſanum quoque Collegium inchoaverat, eum ad ſummum profeſſionis gradum evehere ſtuduit*. Hæc Aghilerius. Primus porro, qui ex Catanenſibus Societati nomen dedit, Ferdinandus Paternionius illuſtriſſimo genere natus, recenſetur, qui & eruditionis, juxta, ac vitæ innocentiæ laudibus commendatus effulſit, ut aptiori loco dicemus. Tradit Groſſus, Hoſpitalem Aſcentionis domum, quam ad pauperes ægrotos ſuſcipiendos ære proprio jam ab anno MCCCCXCVI. Bartholomęus Altavilla inſtituerat, Societatis Alumnis die IX. Februarii MDLV. fuiſſe attributam, Collegiique Catanenſis auſpicia proinde hoc anno celebranda. At Februarius quinquageſimi quinti,

ut ſæpius alibi dixiſſe memini, eſt menſis ſecundus LVI. juxta recentiorem computum, quo anni initium non à Martio, ſed ab Januario ſumitur. Ann. Xpi. 1556

XLI. Per idem fermè tempus Matrona quędam apud Turcas morbo inſanabili in mamillis affecta Aniculæ cujuſpiam Catanenſis captivę apud Byzantium hortatu, Divæ Agathæ patrocinio implorato, incolumis evaſit; Hinc in perenne beneficii monumentum argenteam Tabellam non levis ponderis ante ejuſdem Virginis aram ſuſpendendam Catanam tranſmiſit. Opinio idcirco penes vulgum invaluit, Mamillas aureas, quas hodie ad ſacrum Martyris ſignum in poſtica parte appenſas intuemur, Ottomanæ Principis fuiſſe donum. Hoc anno MDLVI. ſub Garſia de Toledo Regni Comitia Catanæ coacta ſcribunt Pirrus, & Groſſus; ſed error in annorum notas apud utrumque irrepſit; Garſias enim Regni Præfecturam poſt decennium tenuit, quo ſane tempore ſub annum MDLXVI, Concilium celebravit.

CAP. II.

CATANA SUB AUSTRIACIS

Ab anno MDLVII. ad annum MDC.

Ann. Xpi. 1556 I. CArolus Cæſar, ut Deo, ac ſibi viveret Regno ſeſe abdicans Philippum filium heredem dixerat, ac Succeſſorem, cui proinde *homagium*, ut ajunt, Siculi Proceres atque urbium legati Meſſanæ præſtitere. Nec diu poſt Vega abeunte Joannes la Cerda Methymnenſium
1558 dux Inſulæ regimen ſuſcepit. Hic anno MDLVIII. nono Kalend: Junii Catanam venit, ab Antiſtite, & Magiſtratu ſollemni pompa exceptus, majoremq: Baſilicam adiens, ante Venerabilis Euchariſtiæ aram medius inter Pontificem, & Scipionem Statellam urbis Patricium, Eccleſiæ privilegia ſanctæ cuſtodienda promiſit. Tum, ut laxiori ſpatio Principis Templi area excurreret, publicę Academię, domum, ac privatas aliquot ædes ſolo æquandas, non levi jactura, præcepit; Meſſanam inde reverſus Comitia indixit. Hinc in Calabriam contra Piratas ſolvens, eumdem Nicolaum Catanenſem Pontificem ad regni curam admovit; paucoſque poſt menſes Catanam denuo cum Reg. M. Curia remeavit; ubi novi S. Nicolai de Arena Benedictini Cęnobii, in area *Parchi*, & S. Mariæ à Stella *Cyprianæ* regionis extruendi, molitionem auſpicatus, quarto Kalend: Decembris primum ædificii lapidem, quem Abbas Joannes Maria Gandora juxta Eccleſiæ ritum ſacris expiaverat, in magna Procerum, ac populi frequentia poſuit. Egerant Monachi apud Caſinenſis Congregationis Patres, ut in urbem Monaſterium transferrent, ſummoque conatu facultatem denique in generalibus

Comi-

Comitiis impetraverant. Hęſere diu circa loci delectum, interimque in S. Salvatoris domum ſeſe receperunt, ibique divinis officiis, ut loci patiebatur anguſtia, incumbentes, aliquandiu perſtiterunt. Aream denique *Parchi* in extrema urbe ad ſolſtitium hybernum communi voto, uti opportuniorem, aſſequuti, Valeriani de Franchis matheſeos profeſſoris ingenio, atque induſtria ad architectonicæ leges Ichnographia elaborata, operi manus admovere hoc anno ſtatuerunt, ac ſtrenuè deinceps ſunt proſequuti. An.XII. 1559

II. Per idem ferme tempus Monialium *S.* Urſulæ Cęnobium nimia preſſum egeſtate Nicolaus Pontifex alteri *S.* Luciæ unitum voluit. Sequenti vero anno Caroli v Romanorum Imperatoris, ac Siciliæ Regis funus Joannes Prorex magnificentiſſime Catanæ celebravit Menſe Aprili. Feralis hujus pompę meminit Maurolycus (*a*) qui parentalia etiam Marię Anglorum Reginę Philippi Regis uxori Cerdam ibidem perſolviſſe, ſcribit. Jam vero, ut novum Tribunal *Conſiſtorii*, ſeu *Sacrę Regiæ Conſcientiæ, & Cauſarum Delegatarum* inſtitueretur, Siculi in Comitiis Meſſanæ habitis anno MDLX. poſtularunt. Annuit Rex, ac primum ejuſdem aulæ Pręſidem Raymundum Ramundettum Sanmartinum è Dynaſtis Sibarenſibus Catanenſem Patricium, ac Juris conſultiſſimum delegit. Anno eodem, ut Groſſus memorat (*b*) *Ingentis Turcarum maritimæ claſſis Solymani ſtudio inſtructę timore ſenes, pueri, inutiles, Moniales denique ex urbe in longinqua montana amandantur; precibus tamen ad Deum factis, orationibus, ac liturgiis indictis* XIII. *Martii, imminentis periculi metum, de gregis ſui ſalute ſollicitus Paſtor Nicolaus avertere ſatagebat.* 1560

(*a*) *Sic. Hiſt. lib.* 6.

(*b*) *Cat. Sac.* §. 68.

Quum

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1561 III. Quum porro Œcumenicum Concilium, ob fęda bella intermiſſum Pii IV. Romani Pontificis juſſu fuiſſet revocatum, Tridentum Nicolaus noſter regreſſus, inter Patres aliquandiu aſſedit; verum ſequenti anno ex Italia redux, Siculis ſeptem triremibus vectus à Dragutho celebri Pyrata in Meſſanenſi freto cum Ludovico Oſorio Balearię majoris Pontifice captivus in Africam abducitur. Eo apud Turcas detento, Guillelmus Antalonius Eccleſiæ Prior, & Hieronymus Monſecatus Theſaurarius in Generales Vicarios à Canonicorum Capitulo adlecti ſunt, ea lege, ut per hebdomadam tantum munus obirent, moxque duo ex iiſdem Canonicis antiquiores ſuo ordine ſuccederent. Diſplicuit id Pio IV. Romano Pontifici; Adminiſtratores id circo Eccleſiæ cum in temporalibus, tum in ſpiritualibus Guillelmum laudatum, & Vincentium Senenſem Collegialis S. Mariæ de Eleemoſyna Eccleſiæ Prępoſitum, ſcriptis Romæ literis XI. Kalend: Auguſti renunciavit. Interim ex Alba Julia Pręſul literas ad ſuos Adminiſtros dederat, quibus, ne pecuniæ cumulandę occaſione ob ſui redemptionem, quotidiana pauperibus ſubſidia ex antiquo inſtituto impendenda minuerentur, perſcripſit. Hac tandem, cujuſque cętus, Cleri ſcilicet, populi, ac procerum opera, per univerſam pene diœceſim conflatâ, barbariſque exoluta, à ſervitute eximitur, majorem auri vim juramento pol-
1562 licitus, ſi ad ſummum Pontificatus apicem perveniret, liberque ad ſedem ſuam anno MDXLII. redire permiſſus, die XXVI. Maji Meſſanam primo, mox Catanam ſummo omnium plauſu Pontificali cultu pridie nonas Junii excipitur.

IV. Habitum hoc ipſo anno in urbe Panormo Procerum Concilium, in quo rurſus de unienda

da Catanenſi Valetudinario S. Mariæ Novęlucis Ann. Xpi. 1563
Abbatia, deque honorariis integre ex *Tandis*, ut vocant, *Regiis* Scientiarum Profeſſoribus pendendis actum. At oblatis Capitulis ſequenti anno XII. Kalend: Julii Matrito reſcripſit Rex: *Quod habita informatione neceſſitatis dicti Hoſpitalis, & qualitatis, ac valoris dictę Abbatiæ providebitur.* Tum; *Quo ſtipendia Profeſſoribus Civitatis Catanæ conſtituta facilius impendantur, Placet Cath: ac Reg: Majeſtati, ut ſuper portione ſervitiorum ordinariorum, & extraordinariorum, quę eidem Civitati ſolvi continget, aſſignentur. In eo vero, quod ad eorumdem ſtipendiorum augmentum pertinet, habita ſuper his informatione, providebitur.* In idem tempus Cęnobii S. Claræ ſub Seraphici Patris inſtitutis fundatio incidit, de qua hęc habet Groſſus (a) *Antonius Paternò Senatorii Ordinis Vir, Oximi Baro, è ſuis ipſius divitiis, Clariſſarum, quę Urbaniſtę dicuntur, Cęnobium S. Clarę nomine extruendum pręcepit per teſtamentarias tabulas 3. Auguſti* V. *Indit: 1555. Cęſare Staiella, & Petro Paternò pię hujuſce diſpoſitionis executoribus deſignatis; qui pientiſſimo teſtatoris deſiderio obſecundantes; Pontificię confirmationis impetrato Reſcripto Romæ Kalend: Septem: 1562. Sororum S. Clarę in ęde, quam pręfactus Antonius vivens habitabat, aptato in uſum templo D. Laurentii, Monaſterium ędificarunt anno 1563.... Plurimum quoque contulit D: Clara Statella D. Cęſaris magni Seneſcalchi filia, quę ut ſororibus iſtis nomen dedit, univerſum ipſius patrimonium eiſdem dimiſit. Prima Monaſterii hujus Antiſtita memoratur Soror Geſue Guerrera religioſę vitæ exemplis commendata, ex illo, quod Montis Virginis dicitur, ad novitias ſanctis moribus imbuendas huc advocata.*

(a) Dec. Cat. Cor. 2. mod. 15.

Jma-

Ann. Xpi 1564. V. Jam vero, ut Cleri, & populi ſui mores juxta Tridentini Concilii ſtatuta reformaret, quammaxime Nicolaus Pontifex adlaboravit, omnemq; adhibuit operam, ut jura Eccleſiæ priſtino decori reſtituta, optimis exinde legibus firmarentur. Diœceſana proinde Synodo convocata, quæ ad divinum cultum, atque Sanctuarii nitorem videbantur conducere, decentiſſimè ſanxit; mos, ut in majori Baſilica non amplius Monachi, ſed ſæculares eſſent Canonici contendit, eaque de re ad Philippum Hiſpaniarum Regem ſupplices dedit literas. Reſcripſit Piiſſimus Princeps præceſſorum voluntati, qui Regulari ordini Catanenſem addixerant Eccleſiam, nolle ſe refragari, ſediſque Apoſtolicæ opem, & Caſinenſis Congregationis officia, ut in frugem meliorem Monachi revocarentur, ſeſe imploraturum ſpopondit, ſtetitque promiſſis, datis ad Romanum Pontificem literis, qui Caſinenſibus rem commiſit. Verum renuentibus his Monachorum Catanenſium reformationi incumbere, Cœnobiumque S. Agathæ Congregationis corpori unire, ne cum Epiſcopo quotidie decertare compellerentur; annuit tandem Rex, vel invitus, ut Romanæ Sedis judicio decernendum id negotii committeretur. Hæc ex S. Nicolai de Arena tabulario fideliſſimè excerpta à Groſſo, & Pirro diſſimulantur; extant enim in eo Philippi Regis Epiſtolæ ad Nicolaum, Romanumque Pontificem ſcriptæ, quæ rem omnem ediſſerunt.

VI. Anno igitur MDLXV. decimooctavo Kal: Maji Pii IV. prodiit diploma Romæ firmatum, quo Monachis Canonicis ſuppreſſis, in ſæcularem deinceps redigendam Cathedralem Catanæ Baſilicam Pontifex mandavit; Verum Epiſcopo ad graviora intendenti, Monachiſque, ne aliqua fieret

immutatio, adnitentibus, res evanuit. Eodem quippe anno Idibus Decembris hora XVI. dum in Templo maximo Virginis, & Martyris Luciæ feſtum Pontifice, Magiſtratu, ac populo frequente, celebraretur, Siculis vectus triremibus Garſias de Toledo Prorex, qui Joanni Lacerdæ ſucceſſerat, Catanæ portum tenuit, hinc eques, mediuſque inter Nicolaum, & Laurentium Juenium urbis Patricium ad S. Agathæ ædem proceſſit, ac jusjurandum juxta morem dedit. Non diu poſt ad Regni comitia celebranda Proceres, ac Civitatum legatos evocavit, eoſque in principe Templo pridie Kalend: Martii coegit. Tunc noſter Pontifex Nicolaus primus Regni Curator, quem *Deputatum* appellant, adligitur, ut Pirrus tradit. Idem Archidiaconatus dignitatem, ut Tridentini decretis obſequeretur, abrogavit. *Olim Catanenſis Archidiaconus*, inquit laudatus Pirrus, *in tota Diœceſi Adminiſtros conſtituebat, atque jurisdictionem habebat ordinariam, eamque poteſtatem litteris, cujuſcumque novi Proregis muniri curabat. Ita à* F. *Joanne de Paternione anno* 1502, *& ab Artali de Bononia Regio Capellano anno* 1503 *factum eſt. Archidiaconus tandem Antonius Guidalotti ab Joanne Lacerda vices Regis in Sicilia gerente eaſdem litteras, ut vocant, Obſervatoriales an.* 1562 *menſe Septembr.* 6. *Indic. de more petiit; noſter tamen Antiſtes hanc Archidiaconatus antiquam Juriſdictionem à Sacro Trident. Concilio imminutam contendens, Proregem monuit ne has literas ſcriberet, donec ea de re Sum. Pontificem, & ſacram Cardinalium Congregationem certiores faceret. Perſcripſit vero, atque inde ita reſponſum eſt.* Fuerunt nobis &c. *Cauſa tota diſcuſſa, & explicata, relataque ad ipſum Dominum noſtrum SS. Patrem* Ann. Xpi. 1566
per

An.Xpi 1566 *per ipſorum Cardinalium Congregationem Sua Sanctitas ita decrevit: ut Amplitudo tua ipſi Archidiacono Beneficium Eccleſiaſticum, aut aliud permittat, quoad verò Archidiaconatus redditus perceptos, etiam eidem permittas, & exercere juriſdictionem Archidiaconatus, quemadmodum antea exercuit, ſed ea conditione, donec eidem proviſum fuerit aliud beneficium, vel morte vacaverit; Archidiaconatus poſtea in perpetuum ſublatus eſſe intelligitur. Interea vero in ipſa Juriſdictione Archidiaconatus, ne ejus miniſtri quidquam injuſtè, aut perperam egerint, Amplitudo tua in eos animadvertat &c. Dat. Romę v. Idus Auguſti 1566.*

1567 VII. Sub idem tempus Noſocomium ad pauperes egrotos excipiendos, quorum à Medicis ſalus deſperatur, vulgo *Inſanabilium* nuncupatum, piorum eleemoſynis nuper inſtitutum, alteri Sancti Marci annexum voluit Nicolaus; tum acceptis à Romano Pontifice, cui addictiſſimus erat, literis, ad Seminarium Clericorum inſtituendum animum adjecit, atque Indicem Clericorum, qui virtutibus, ac ſcientiâ præditi ad obeunda Eccleſiaſtica munia idonei per totam Diœceſim habebatur, ad eumdem Pontificem tranſmiſit. Quumque majora moliretur, fato immaturo ſublatus, triceſimo ſui Sacerdotii anno, ætatis quinquageſimo quarto, magno totius urbis mœrore, ac bonorum luctu Idibus Maji MDLXVII. è vivis abiit, cujus ſpolia aureis triginta æſtimata, illum pauperibus largiſſimè ſuas erogaſſe divitias, protulere. Auxit Eccleſiam ſuam Nicolaus redditibus, privilegiis, donariis, ſacriſque veſtibus, ac vaſis. Ejuſdem opera Tenſa illa, ſeu ferculum argenteum in tota Sicilia celeberrimum, dives non immerito à Pirro appellatum; pendet enim libras 712.

Digitized by Google

ad circumferendas Beatæ Virginis Agathæ exuvias quotannis inſtitutum, certatim civibus, viriſque patritiis ſuppetias ad opus etiam ferentibus, anno circiter MDLXIII. ſtetit. Nicolai obitum ingens ſolis defectio eſt ſubſecuta; adeout, die in noctem verſa, ruſtici, atque operæ fuga ſibi in domos conſuluerint. Ann. Xpi. 1566

VIII. Ad hunc eumdem annum Ætnei incendii meminit hiſce verbis Jacobus Longus, qui Maurolyci hiſtoriam continuavit. *Ingenti motu ex intervallis Sicilia tremit, inteſtino Ætnæ inſultu concuſſa. Inde cinerum, & ignium vomitu ſubjectus ager devaſtatus ſpem omnem futuro colono denegavit.* At unde eruditiſſimus Scriptor hęc eruerit non habeo. Sequenti anno, quinto Kalend. Aprilis hora noctis undecima, Catanæ, S. Mariæ Annunciatæ 1567
Cęnobii Carmelitani Sacrarium fortuito incendio, non levi ſacrarum rerum, & ſupellectilis Eccleſiaſticæ jactura, conflagravit: Anno mox MDLXVIII. Camillum Paternionium ad Catanenſem Pręſulatum 1568
ex Abbate S. Mariæ de Terrana à Rege adlectum produnt Familiæ Scriptores, ſed morte pręreptum Bullas, ut ajunt, minime obtinuiſſe; Hinc Antonius Faragonius patritia gente Meſſanæ exortus, ſcientia, ac virtute pręcipuus è Cephalædenſi ad noſtram translatus eſt Eccleſiam, Philippi Regis pręſentatione; pręſtitoque Syracuſis coram illius urbis Pontifice, juxta Apoſtolicum Reſcriptum, fidelitatis jurejurando, ſummo omnium plauſu, quinto nonas Maji in novæ ſedis poſſeſſionem inductus eſt. Fuerat Antonius Aulæ Regiæ Caroli Cęſaris Sacellanus, tum S. Mariæ de Bordonario, ac SS. Petri, & Pauli de Itala Ordinis S. Baſilii Abbas, ut ajunt, Commendatarius, morumque innocentiâ, ac vitæ integritate ſeſe admodum commendaverat.

An. Xpi 1569 daverat. Mox vero, ut Catanam venit, Pii V. Romani Pontificis Diploma ſub dat. Romæ quinto Idus Februarii, quo de abrogando in Cathedrali Catanenſi Baſilica Regulari Inſtituto Pii IV. Prçceſſoris decretum ratum habebatur, tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatus exequendum curavit, ſub ea tamen limitatione, ut in eodem prçſcribebatur, *quod Prior, & Monachi tunc viventes ſçculares neutiquam fierent, nec ad ſçculum redire poſſent; ſed ut prius, eorum vita comite, ſub illius, quo profeſſi erant, Ordinis obſervantia perpetuo in Domini famulatu, & conventualiter vivere tenerentur. Canonicis vero de novo eligendis ſcutata centum, Beneficiariis quinquaginta ex menſa Canonicali uſque ad Monachorum extinctionem penderentur.* Verum Monachis jura ſua adhuc mordicus tuentibus, novos deligere diſtulit Canonicos; interimque à Sacra Congregatione, inſtante Magiſtratu, impetravit, ut nulla expectata à Romana curia licentia, poſſet nobilibus puellis facultatem impertiri, ut hactenus conſueverat, Monialium Cçnobia adeundi, ibidemque pro honeſta educatione commorandi, Romæ v. Idus
1570 Aprilis MDLXX.

IX. Sub idem tempus Alborum Sodalitas ſub Chriſti è cruce pendentis auſpiciis a Viris patritiis Catanæ inſtituta, in divæ Catharinæ vetuſtiſſimo templo, quod veteri triumphali Marci Marcelli arcui Northmannorum ævo Catanenſium Pietas ſuperſtruxerat, ac Mauritius Pontifex conſecraverat. Huic S. Martini ædicula etiam ceſſit, unde ab eodem Sancto Epiſcopo ad hunc uſque diem Sodalitii templum nuncupatur. Ejuſdem exemplo aliæ quoque Civium ſodalitates brevi coaluere, de quibus videſis Groſſum ſçpius allegatum in ſuâ Catanenſis Eccleſiæ notitia, ubi ſingularum origi-

originem, ac res geſtas ex pendit, atque hujus Hi- Ann. Xpi.
ſtoriæ lib. IX. Nec diu Converſarũ Mulierum ſub Sã- 1571
ctę Mariæ Magdalenæ titulo, publico Senatus ære, ac
Civium eleemoſynis, rem promovente Ferdinando
Paternionio Societatis Jeſu, Menſe Octobri MDLXXI.
domus fundata, cujus pręcipui veluti authores
Franciſcus Valle, Petrus Seminara, ac Petrus Aver-
ſa Catanenſes optimates memorantur. Hinc Cleri-
corum Seminarium ad Sacri Tridentini Concilii
perſcriptum anno MDLXXII. Antonius Pontifex e- 1572
rexit, opus ſane à pręceſſore conceptum, ut dixi-
mus; cui ædes Canonicales, annuoſque redditus, ex
beneficiorum proventibus, Romano indulgente Pon-
tifice, attribuit; alumnoſque in eo ex pręcipua etiam
nobilitate, cum Siculos, tum exteros coegit, inter
quos Camillus Burgheſius memoratur, qui fuit po-
ſtea Paulus V. Summus Pontifex, & Eccleſiæ
Paſtor.

X. Rebus cum Monachis utcumque com- 1573
poſitis, duodenarium Canonicorum numerum,
juxta Pontificium reſcriptum, in Cathedrali tem-
plo conſtituere, quum vellet Antonius, Sæculares
Presbyteros quinque, vitæ meritis, ac ſcientia con-
ſpicuos, Nicolaum Sanbaſilium, Bartholomęum de
Piſcibus, Joſephum Traverſium, Antonium Scam-
maccam, & Eraſmum Syracuſium ea dignitate do-
navit ejuſdem anni menſe Majo, quumque ad ma-
jora properaret, tertio Kalend: Auguſti piiſſimè
deceſſit.. Illum S. Paſtoris titulò comuni ſuffra-
gio Scriptores gentici commendant, ac merito in-
tra Sacrarium loco ab aliis ſecreto conditas ejuſdem
exuvias, Groſſus memorat. Denique Cajetanus in
SS. Siculorum Idea inter illuſtres pietate Viros
Antonium enumerat. Vacante Eccleſia, Catanen-
ſis Senatus Nicolaum Stiziam templi principis The-
ſaura-

Digitized by Google

Ann.Xpi 1574 ſaurarium, Civemque de patria meritiſſimum, ſupplici ad Regem Epiſtola perſcripta, in Pontificem poſtulavit; Rex vero Joannem Horozcum, & Arze Toletanum è Syracuſana cathedra translatum noſtris Preſulem deſignaverat, quem mox Gregorius XIII. Romæ tertio Idus Auguſti MDLXXIV. ſuo diplomate cõfirmavit, ac pontificio apparatu, ſexto Idus Septembris urbs tota in gaudium effuſa excepit. Joannes Franciſci de Horozco Panormitani Pontificis ex fratre Nepos Canonicatu olim ejuſdem urbis donatus, Generalem in Sicilia de Rebus Fidei Queſitorem egerat, Sacrorumque Canonum magiſterio in Catanenſi Academia inſignitus, multis ſeſe titulis cum in Syracuſana, tum in Catanenſi adminiſtranda ſede commendavit. Dum vero ab illo ſumma omnia expectarentur, immatura morte ſublatus quinto Kal: Aprilis MDLXXVI. ętatis XLVII. deceſſit, nobili ſepulchro, atque inſcriptione honoratus, quam Groſſus recitat. Hoc ipſo anno Paulus Sigona patritiæ gentis vir, pietatis ſtimulis actus, in Eccleſia S. Hieronymi extra urbem, in colle, qui adhuc hodie dicitur *la Mecca*, Eremitarum inſtitutum amplexus, extructis ibidem cellulis, bona ſua religioſo huic operi addixit, ſocios aggregavit, ac S. Nicolai de Arena Abbati locum ſubjecit.

1576 XI. Inter hęc peſtis truculentiſſima Siciliam invaſerat univerſam, quam Alexandrina navis cum mercibus Syracuſas appulſa invexerat. Luem noſtri etiam ſenſerunt, quumque ad totius urbis excidium diu deſęviiſſet, ope tandem amantiſſimæ Civis, ac Patronæ Agathæ anno MDLXXVI. hyeme ingruente refrixit. Ut enim Sacra Virginis lipſana in noſocomia egris referta, ſunt illata, adeo morbus elanguit, ut paucos intra dies omnino extin-

tus

Digitized by Google

tus ingenti metu cives liberarit. Annua hinc ſupplicatio, dieſque feſtus deinceps ad XIX Kal: Julii, publico urbis voto, inſtitutus, religioſiſſimè in tanti beneficii monumentum ad hæc uſq; tempora ſervatus. Rem eleganti ſtylo Incertus Author de beneficiis diſſerens à B. Agatha patriç impenſis, ſic expreſſit (a) *Ut ab Ætnæ flammis in agros, villas, oppidaque ſævientibus ad peſtilentiæ incendia humanæ vitæ exitium machinantia gradum faciamus. Videamus quæſo, quam crudeliter ad annum 1576. graſſata fuerint per Siciliam univerſam. Atque illa quidem à Sacca.* Alii è Syracuſarũ urbe prodiiſſe peſtilentiam tradũt. *Siciliæ oppido occidentali, quo navis præda punica onuſta appulit, ſerpere cępiſſet, ita demum Catanam occupavit, ut tota urbs in vaſtitatem abire videretur. Quid in pręſenti incendio potius facerent Catanenſes, quam beneficiorum ad inexauſtum fontem concurrerent. Educitur ſacrum Virginis Corpus è ſacellulo ſuo; Numquid illa omnium Civium atque Ordinum frequentia comitante, quali in aliis pompis, ad quas infinita prope multitudo undique confluere conſuevit? minime vero; Sed cum in contagii timore religioſæ familiæ, Clericorumque ordo præiret, Magiſtratus, aliique tantum aderant, qui opus ad id munus eſſent; reliqui omnes, ne adeſſent publico edicto cautum fuit. Sed quæ vox Præconis potuit Civium pietatem inhibere, quo minus Santiſſimæ Civi pro patria ſupplicarent? Et vero minime in pompa de more aderant; ſed antequam ſupplicatio inſtitueretur, ad urbis muros confluere, ad colles extra urbem ſitos turmatim concurrere. Deinde ubi ex porta, qua Acim itur, effulſit Agathæ vultus ſalutaris, omnes demiſſo in terram vultu procidentes, magno cum planctu, lachrymis, & ejulu-*

Margin: Ann. Xpi. 1576

(a) Apud Carr. tom. 2. l. 1.

Ann. Xpi. 1576 *ejulalatu, divinam miſericordiam implorarunt. Pergit vero pompa ad bina Noſodochia, quorum alterum ad divi Antonii, alterum ad S. Spiritus ædem peſtifero contagio affectis refertum erat. Quis diceret? Illico illa jam jam pene cadaverum colluvies non ſine miraculo convaluit, peſtemque omnem ſaluberrimus Agathæ vultus ablegavit. Quæ quidem tam evidens, ac ſubita patriæ liberatio, ita omnium animos in admirationem, ac ſtuporem rapuit, ut minime dubitarint, acceptum ferendum eſſe Agathæ patrocinio, ac miraculo.* Hæc ille, qui à viris fide dignis id ætatis viventibus rem accepiſſe affirmat.

XII. Eadem habet m. s. codex à Groſſo relatus (a) *Ut nonnulla præter cætera beneficia, quæ urbs noſtra B. Agatha Virgine protegente eſt conſecuta, ad futuram rei memoriam exarentur, viſum eſt non prætereundum, quare ſingulis annis decimoſeptimo die menſis Junii ſollemnis illa, & celebris Proceſſio noviter inſtituta ſit, qua ſacrum Virginis Brachium à majori ad veterem Agathæ ædem toto fere Catanenſi populo comitante, defertur, & per totam urbem in ſero præcedentis diei, tam per ſacarrum ædium, quam per arcis, aliarumque domorum faſtigia faces, & luminaria colluceant. Notiſſimum enim eſt eadem die quarta Indict. currente, anno ab Incarn. Domini 1576 cum Civitas ipſa ſæviſſimo Epidimię morbo laboraret, Sacratiſſimo Virginis Agathæ corpore ad locum infirmorum extra urbem per majoris Eccleſiæ Capitulum, Patribus Conſcriptis, nonnalliſque urbis equitibus comitantibus delato, ad noctis horam ſecundam, miſericordia, & liberatio mirabiliter impetrata eſt. Ex eadem enim hora morbus ipſe, qui antea maximè ſęviebat, vires cępit amittere, & breviſſimo*

(a) Cat. Sacr. §. 70.

temporis interſtitio penitus atque penitus extinctus eſt. Hodie ſupplicatio ad Monialium ejuſdem B. Virginis ſub Agathæ titulo Eccleſiam è Cathedrali baſilica procedit; ibique ſumma celebritate, liberationis hujuſce memoria quotannis recolitur. Per idem tempus tumultuante Acis populo contra Hiſpanos milites, quibus Lupus de Figueroa præerat, Proſper Paternionius Pytaini dynaſta Maleficiorum cum jure gladii Catanæ Quæſitor, ejuſque frater Ugo à Lupo in auxilium advocati, adeo minis blanditiiſque rebellantes ad officia revocarunt, ut jure eo in oppido veluti publicæ tranquillitatis reſtitutores commendari ab Regiis Adminiſtris meruerint. Ejuſdem quoque Ugonis magna vis animi non diu poſt enituit, quum in prædones quoſdam Calabros Proregis juſſu ducens, qui Maſcalarum agros populabantur, ex illis LXXX. confecit, opidanoſque ingenti metu liberavit. (a)

Ann. Xpi. 1576.

(a) Ex Regeſt. Cancell. fol. 174.

XIII. Sequenti anno nono Kalend: Maii ex literis Meſſanæ ſignatis Prorex ſanxit, ut Catanenſis Magiſtratus electio per ſcrutinium eodem die deinceps celebraretur; Poſſeſſionem vero ſexto Nonas ejuſdem menſis Patres naciſcerentur; demū ſollemniter per urbem in equis procederent ſeptimo Idus Junii, quod naviter impletum. Inter hæc Joannis Epiſcopi loco ex Regis voluntate Gregorius XIII. Vincentium Cultellum, Patritia gente Catanæ exortum, Romæ tertio Idus Septembris Pontificem ſuffecit, cui conſecrationis munus in S. Bartholomei de Inſula Baſilica Julius Antonius Santorius S. R. E. Cardinalis XII. Kalend: Octobris impertiit; Sedis autem poſſeſſio ſeptimo Idus Julii ſequenti anno fuit attributa; de eo nos alibi fuſius. Sub idem porro tempus rurſus peſtilentia affectam urbem noſtram, ac brevi etiam liberatam 1577

legimus,

Digitized by Google

Anno Xpi. 1577 legimus, dehinc pro gratiarum actione in principe templo hymnus juxta Eccleſiæ morem ſollemniter XIX. Kalend. Septembris fuit decantatus. Rurſus vero poſt menſes aliquot revixit, ſed in cunabulis ſuffocata Martio exeunte; At in finitimis opidulis tertio Idus Maji repullulans, aliquandiu opidanos miſere vexavit. Catanæ autem S. Auguſtini Cęnobium adeo morbus invaſit, ut omnibus pene Monachis conſumptis, ne civitas inficeretur, publico Magiſtratus edicto cautum ſit, ut omnis cum ſacra, tum familiaris ejuſdem ſuppellex, libri, adverſaria, ſcripturæ flammis traderentur.

1578 XIV. Jam vero tertio Idus Februarii MDLXXVIII Caſinates Monachi, in recens extructum S. Nicolai Monaſterium è S. Salvatoris hoſpitio ſollemni pompa habitatum venerunt. Supplicatio ſplendide inſtituta, quam ingenti frequentia Regularium cętus, ac laicorum ſodalitates, Proceres, omniſque ſexus, atque ętatis multitudo comitabatur, claudebantque Monachi ſacris induti veſtibus Divorum lipſana deferentes, Abbas pontificali cultu ornatus, atque argentea cuſtodia, in qua Sanctiſſimus Domini Clavus aſſervabatur à Fratribus Minoribus, quos Capucinos dicimus, deportata, ſericum deſuper pallium conſcriptis Patribus ſubſtentantibus, viriſque nobilibus quam plurimis, venerationis ergo, accenſis cereis eamdem cuſtodiam ambientibus. Habes celebritatem hanc in Sancti Nicolai Chronico exactiſſimè deſcriptam. Anno eodem Philippus Rex Matrito tertio Kal: Auguſti perſcripſit, ut Belli Pręfectus Catanam delegandus, vulgo Generalis Vicarius appellatus, ex pręcipuis Regni Magnatibus, aſſumeretur. Idem Nonis Octobris, ut in uno Catanenſi Gymnaſio Magiſtralis laurea Candidatis concederetur, nec niſi

in eadem Academia laureatis ad Regni munia pateret aditus, Regiis literis mandavit. Per id etiam tempus ex Ætna monte incendium erupit, ſi Pirro credimus, (a) paſſibuſque quingentis fluvius igneus egreſſus, agros late vaſtavit; ſed ſacro B. Agathæ velo mox cohibitus. Sicanæ Hiſtoriæ Maurolyco Authore ſecundis curis Editor, ac ejuſdem Continuator in ſequentem annum rejicit, ſcribens: *Iterum Ætna diſrupto latere ſua eructat viſcera.* Innoxia tamen hujuſmodi incendia credimus, quod apud noſtros mentio de illis extet nulla; aut forte è ſummo cratere emiſſa, quę nullum, vel certe leve damnum, metumq; incolis afferre conſuevere. *Ann. Epiſ.* 1579

(a) *Not. Eccl. Cat. f. 67*

XV. Magna annonę caritas anno MDLXXXI. Urbem ſanè afflixit, adeout in Epiſcopi etiam horrea, ut plebi ſatisfieret, manus injicere Senatus compelleretur, quod non ęquo perferens animo Vincentius Pontifex, deinceps Magiſtratui infenſus, perpetuis contentionibus vacavit. Tum ſeptimo Idus Maji Matriti literæ emanarunt, quibus juxta Privilegia, ac Regni conſuetudines perſcriptum, ut Regni Prorex Catanæ cum ſuprema curia quadrimeſtri tempore ſingulis annis, ut totius inſulæ commodo proſpiceretur, eamdemque moram Panormi, ac Meſſanę traheret; Tum urbis noſtræ męnia, quę ultimam expectabant manum, ut abſolverentur, injunctum. Prǫerat tunc temporis Regis loco Marcus Antonius Columnius, qui Pompejum gentilem ſuum Catanam cum poteſtate delegaverat. Hic, ut perpetua jurgiorum ſemina inter Epiſcopum, Patreſque conſcriptos tollerentur, Pontificale thronum in principe templo, ſedemque Magiſtratus, congruis locis deſignatis, opportune ſtatuit, remque diu agitatum, non ſine prudentiæ laude, ac dexteritatis opinione ſexto Idus Septembris, ipſo etiam Proregge annuente, compoſuit.

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1579. XVI. Jam vero ad Studiorum reformationem, eodem anno, ac menſe Marcus Antonius animum adijciens, leges condidit, eaſque Panormi firmatas edidit, quæ vulgo *Marci Antonii Columnæ Conſtitutiones* audiunt, ac duodetriginta Capitulis comprehendit. In his referendis hoc loci non immoror, quum in Regiis Archivis, atque in publicis Senatus tabulis legi poſſint, ac paſſim multorum manibus terantur. In illis porro cautum erat, ut dum novæ Academiæ ædes molirentur, aulæ ſtudiorum exercitationibus accommodę, ubi Candidati ſcientiis vacarent, pecunia ex regio ærario exſoluta, in ſingulos annos oblocarentur; Hinc, ut quamcitius Gymnaſii ædificium, quod urbis Majeſtati reſponderet, promoveretur, ex aliis literis Panormi etiam, quinto Kalend: Decembris expeditis, Prorex tria aureorum millia, Fabricæ Præfectis pendenda juſſit. Alioque reſcripto XIII Kalend. Novembris leges ab ſe conditas novo confirmationis munimine roboratas voluit, ut poſſit jure merito à noſtris alter Academiæ Inſtaurator conſalutari. Neque his contentus ſequenti anno ritum in Rectoris electione ſervandum, pridie Idus Martii ſanxit, quin etiam nonnulla, quæ in ſuperioribus obſcura videbantur, Kalendis Junii ediſſerens, aliis octo de novo editis *Capitulis* ſingula quæq; ad optimũ Gymnaſii regimẽ ſpectãtia adamuſſim expendit.

XVII. Idem annus pretioſa morte F. Leonis Ordinis Minorum, quos Capucinos vocamus, Patria Catanenſis conſecratur, de quo alibi dicendum, ut & de F. Paulo ejuſdem etiam inſtituti paullo ante demortui. Tunc etiam religioſa Sancti Joannis de Matha Redemptionis Captivorum ſub titulo Ss. Trinitatis familia Catanæ excepta, ac primum in Sicilia firmata menſe Julio, ſacra

æde

æde B. Mariæ de Concordia extra męnia ejuſdem Ann. Xpi.
Alumnis attributâ, quam non diu cum illa San- 1580
ctæ Annæ commutarunt; ubi hodie etiamnum de-
gunt. Demum quum Regis loco, ut vir in Ec-
cleſiaſtica dignitate conſtitutus Siculæ præeſſet Mo-
narchiæ, Philippus pręcepiſſet, primus omnium
Nicolaus Stizia nobilis Catanēſis S. Philippi de Grā-
dis tunc Abbas ad id munus aſſumptus, qui mox
Novælucis Abbatia inſignitus, deinde Meſſanen-
ſis Archimandrita, tandemque Cephalędenſis Pon-
tifex effulſit; de quo ſuo loco dicemus.

XVIII. Anno MDLXXXI. Vincentius Pontifex 1581
collata olim Pręceſſoribus Privilegia, ut Eccleſiæ
familiares, ac famuli ab omni ſæculi poteſtate im-
munes haberentur, firma, ac rata Meſſanæ ſepti-
mo Idus Novembris exoravit. Tum Regii Viſita-
toris Petri Manriquetii authoritate fretus ad recu-
peranda Eccleſiæ ſuæ bona, ab urbis proceribus, aliiſ-
que uſurpata, naviter incubuit, atque ad Epiſcopa-
les ædes, majoremque Baſilicam inſtaurandam ani-
mum adjecit. Verum apud Apoſtolicam ſedem
delatus, Romamque juſſus contendere Turris no-
vę carceri à Xyſto V. addicitur, donec objectis
purgatus criminibus, liber dimiſſus, ſedi ſuæ re-
ſtituitur. Quum acres vero inter ipſum, & Mat-
thęum Saminiati Apoſtolicum Vicarium pro juriſ-
dictione eſſent exortæ diſcordiæ, & res eò proceſ-
ſiſſet, ut Pontifiex Vincentius Matthęum XII. Kal.
Februarii ſacris interdiceret, denuo Romam ille
interpellatur, eorum, quę geſſerat, rationem red-
diturus; Vicarius verò ab injuncto munere repellitur,
cui Michael Xiquot ſubrogatur, MDLXXXII. 1582

XIX. Quadriennio poſt Didacus Enriquez de
Guſman Albæ Comes Catanam cum uxore Sicu-
lis triremibus vectus die XIII. Octobris hora XX.
appulit. Eques urbem ingreſſus, medius inter Fran-

ciſontis

Ann. Xρi. 1586 cifontis Marchionem,& Franciſcum Aſmundum Senatorem ad princeps Templum proceſſit, ubi à Canonicis exceptus, Urbis, & Eccleſię privilegia ad aram ſanctè juravit. Per id temporis Puellarum Virginum Domus ſub S. Agathæ titulo Catanæ inſtituta, annuos redditus Magiſtratu ſuppeditante, viriſque nobilibus earum ſingulis, ſuper quas ſors ceciderit, dotem congruam quotannis ſubminiſtrantibus. De ea rurſus libro IX. Interim Franciſcus
1587 Liparulus Caprenſis Pontifex poſt Michaelem Xiquot Vicarius Catanæ Apoſtolicus ſuffectus, quum, quę noſtro Vincentio opponebantur, non omnino falsa, teſtibus ad examen vocatis, comperiſſet, rem ad Romanum Pontificem retulit, qui Vincentio exauthorato, eique aureorum 1500 ex bonis Epiſcopatus *penſione*, ut ajunt, aſſignata, vacare Cathedram edixit; Eam idcirco Philippus Rex Joanni Corrionero Hiſpano commendavit, eodem Xyſto, quarto
1588 Nonas Maji MDLXXXVIII. electionem ſuo diplomate probante. Fuerat Corrionerus de rebus Fidei ad annos decem Generalis in Sicilia Quęſitor, ſuſceptiſque ab Ludovico de Torres Archiepiſcopo Panormitano, atque ab Agrigentino, & Cephaledenſi in Cathedrali Panormi templo ex pontificia diſpenſatione Conſecrationis inſignibus, octavo Idus Maji
1589 MDLXXXIX. Catanam Nonis Junii ſollemni apparatu ingreſſus, ſtatim ſeſe in pauperes, ſuamque Eccleſiam liberaliſſimum oſtendit, ac Chori ſedilibus in majori baſilica, inſigni artificio, ac cęlaturę non vulgaris excellentia à *S*cipione Guido Neapolitano elaboratis, coronidem impoſuit. Impenſos tanto operi quatuormille ducentos octoginta ſex aureos in Senatus Regeſtis, ac in Eccleſię Adverſariis legimus, expreſſumque dimidii anaglyphi opere Virginis Agathæ martyrium, ejuſdemque è Byzantio Ca-

tanam

tanam reditum ad hanc uſque diem in illo demiramur. Ne ſuo interim deficeret muneri Pontifex Joannes moralis Theologiæ Cathedram in eodem templo pridie Idus Octobris inſtituit, clerumque quæſtionum de officiis, quos vulgo *Caſus* appellant *Conſcientię*, interpretationi bis per hebdomodam adeſſe voluit. An. Xpi. 1590

XX. Academiæ incremento ſequenti anno Comitis Albæ Proregis ſanctionibus conſultum, quibus ille Præceſſoris leges firmavit, ac circa Profeſſorum electiones, quæ publico *S*crutinio ſingulis annis inſtaurabantur, nonnulla ſtatuit. Idem, ut ad Regni publica munia nonniſi Catanenſis Gymnaſii Laureati deinceps aſſumerentur, quod olim cautum, præcepit; quæ ſane lex Meſſanenſibus inviſa; quandoquidem hi, ut Meſſanæ publica Scientiarum Academia ſiſteretur, nullum tunc temporis lapidem non movebant. Hinc noſtri, inter alia Regni Capitula ſexto Idus Aprilis an. MDLXCI. in 1591
S. Laurentio ſignata enixius, ut id mandatum infereretur, poſtularunt, atque ad votum ab humaniſsimo principe impetrarunt. Demum ejuſdem Proregis Albæ Comitis literis decretum quarto Nonas Octobris, ut urbis noſtræ *Tribunal* tribus conflaretur Judicibus, quorum unus per Scrutinium, reliqui ab Regni Præſide delecti, poteſtatem omnimodam cum *Civilibus*, tum *in Criminalibus*, ut ajunt, ſeu *merum*, & *mixtum imperium* haberent.

XXI. Annonæ penuria per hęc ipſa tempora Siciliam univerſam, urbemque Catanam vexabat; quibus malis Epidemicus morbus acceſſit, quo Civitas funeribus repleta; verum in tanto diſcrimine Patronæ amantiſſimę, ac Civis Agathæ auxilium preſto fuit. En actæ rei monumentum in Adverſariis Eccleſiæ exſcriptum. *Noviſſimè diebus* 1592

iſtis

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1592 *iſtis Civitas ipſa febribus, & morbis inſanabilibus laborans, itaut quamplurimi quotidie ad vitæ exitum perducerentur, ad ipſius Virginis, & Martyris protectionem, ut moris eſt, confugiendum eſſe putavit. Et habito conſilio per Patres Conſcriptos, & plures Civitatis Proceres, cum voto, & interventu Illuſt; & Rever: Dom: Joannis Corrioneri Præſulis tunc eamdem Eccleſiam ſanctiſſimè gubernantis, ejuſque Rever: Capituli ſtatutum eſt, ut ſacrum B. Virginis Agathę corpus è cellula, ubi ſervari ſolet, extraheretur, & ad veterem ipſius ædem proceſſionaliter, & devotè conduceretur. Quod ita factum eſt. Die enim nono Menſis Maij v. Ind. currente, anno Domini 1592, qui fuit dies Sabathi hora ejuſdem diei vigeſima, cum præceſſiſſent in veſpere, prima noctis pręcedentis hora, magna per ſacras ędes, & univerſę Civitatis domos luminaria, Beatę Virginis Agathę corpus à majori Templo proceſſionaliter, & magna veneratione ad prędictam ipſius veterem ędem per quatuor Canonicos, Pręſule, Magiſtratu, & univerſo Civitatis populo reverenter concomitante, humeris delatum eſt; ubi veſpertinis horis ſollemni cantu celebratis, & Pontificali accepta benedictione, hymnis, & canticis Spiritualibus, ac eadem veneratione ad majorem denuo, magna pompa, & apparatu per vicos, & plateas Civitatis exiſtente, delatum eſt, & reconditum fuit. Viſum eſt demum ex eadem die, ejuſdem Virginis meritis, & interceſſione quamplurimos ægrotantes convaleſcere, ac etiam perpaucos ex Medicorum relatione per Urbem infirmos reperiri.* {a}

XXII. Eodem anno ad thenſam argenteam ornandam Joannes Pontifex Apoſtolos duodecim ex eodem metallo affabre elaboratos juſſit, quorum ſinguli octo circiter pendent libras. Illud autem hic op-

(a) *Apud Groſſum Cat. Sac. §. 72.*

portunius ſubjiciam, quod Petro Carreræ memoratur (a) Quum annua recurrente Beatæ Agathæ ſollemnitate, in pervigilio, illius ſacra lipſana, celebri pompa, circa Urbis męnia in eadem thenſa cives deferrent, atque ad Urſinam Arcem ventum eſſet, ęſtu maris in immenſum excreſcente, atque Arcis ejuſdem muros impetente, quum tuta ad tranſitum nulla pateret via, cunctantibus nonnullis, qui thenſam bajulabant, ne ſub tanto pondere fatiſcentes, aquarum globis abſorberentur, aliis verò magna animi fiducia, pręſentem Virginis opem minimè defuturam aſſerentibus, mare de repente ſubſtitit, expeditum ſacro oneri prębens iter. Tunc effuſa in lacrymas, plauſuſque multitudo viæ reliquum hilaris peregit; & quam citiſſimè ſeſe in Urbem inſerens, grates pro beneficio, religioſo cultu, rependit. Adfuit prodigio Fęlix Paſſerus Abbas Benedictinus, qui Italico Epigrammate facinus elegantiſſimè deſcripſit. Sub idem tempus morte interceptus immatura Joannes, quinquageſimo ſeptimo ætatis anno, ſeptimo Idus Julii corporis depoſuit exuvias, marmoreo tumulo, ac ſepulchrali inſcriptione decoratus. Illum meritis exornant laudibus Pirrus, ac noſter Groſſus, Pauperumque Patrem vulgo appellatum, Juſtitiæ cultorem, ac virum ſpectatæ vitæ integerrimum deprædicant. Vacavit ſedes annis ferme quatuor.

Ann. Xpi. 1592

(a) Tom. 2. l. 3.

XXIII. Philippus enim Hiſpaniarum, ac Siciliæ Rex Proſperum Rebibam Scipionis Rebibę Cardinalis nepotem Pontifici obtulit; At ille ante initam Catanenſis Cathedræ poſſeſſionem è vivis ſublatus eſt. Inter hæc autem ex literis Matriti ſignatis nonis Septembris MDXCV. idem Philippus in noſtros munificus vetuit, ne *Generale Studium* Meſſanæ inſtitueretur; præcepitque, ut promovendis Catanenſis Gymnaſii ædificiis ſcutata 1595

tria

Ann. Xpi. 1595 tria millia impenderentur. Tum Joannem Dominicum Rebibam Proſperi fratrem Pontificem nominavit. Relatu omnino digna, quæ in Joannis promotione contigiſſe Pirrus memorat. (a) *Poſt obitum Corionerii electus ad Eccleſiam hanc, oblatuſque eſt Clementi Septimo Summo Antiſtiti ab Philippo II. Proſper Rebiba Patriarcha Conſtantinopolitanus; ſed is antequam ejus Eccleſiæ Epiſcopatum iniret, fato ceſſit. Rex alicui è Rebibarum familia ob Scipionis merita, ſe eum præſulatum collaturum dixit. Regebat interim noſter Joannes Dominicus Proſperi Germanus Ortonenſem Eccleſiam pauperrimam; & forte, dum cum aliquot clericis excolendæ vineæ operam daret, palmiteſque luxuriantes ferro coerceret, illum convenit, qui Regii animi propenſionem in ejus familiam declaravit. Sed Joannes paupertati Ortonenſis Eccleſiæ ſe poſthabere Catanenſis divitias, reſpondit; nam quæ vita minus divitiis cingitur, minus vitiorũ inſidiis patet. Regem ergo rogat, ut alium ad id muneris aptiorem deligat. Sed perſtitit Philippus in ſuo conſilio, eamq; ob cauſam placuit magis Joannes. Eum ergo delegit, ac tria millia aureorum ad literas Apoſtolicas obtinendas, atq; ad res ſibi neceſſarias comparandas dedit ex literis Matriti 9. Junii 1596. & Confirmatio dein Pontificia acceſſit.. Vir fuit humillimus, & maxima erga pauperes commiſeratione inſignis.* Hæc de noſtro Dominico Pirrus.

(a) Not. Eccl. Cat. f. 58

1596 XXIV. Sub hoc Pontifice Monialium Sancti Hieronymi Cœnobium ordinis Seraphici erectum. Pio huic operi Petrus Seminara genere, ac pietate conſpicuus proprias ædes, annuoſque redditus ab anno MDLXXXV. addixerat. At non niſi Cœſaris Cajetani opera, obtento Sedis Apoſtolicæ reſcripto Romæ nonis Novembris MDXCVI. perfe-

ctum. Poſt biennium vero in illud S. Mariæ à Succurſu dudum ob paupertatem Monialibus deſtitutum proprio retento S. Hieronymi nomine, Epiſcopo indulgente, Moniales migrarunt. Porro cum ſequenti anno *in animum induxerint Catanenſes*, verba Ferdinandi Paternionii ſunt (a) *Friderici Sarcophagum in locum excelſiorem ſubrigere, quod improportionatum eſſet Choro, quem ingenti ſumptu, atque eleganti opere ibidem extruunt, quinque intra illud inventi ſunt lignei loculi, unuſque ex his omnium minimus, nempe palmorum trium, & in ſingulis ſingula incluſa cadavera, quæ fuiſſe omnino Regia nemo, crediderim, ſanæ mentis in dubium revocarit; non enim fuiſſent auſi in Regio ſepulchro alios condere, qui Regio ſanguine ſati non eſſent. Fuiſſet equidem grande peccatum, ac temeritas capite pleEtenda. Ceterum, cum Scriptores omnes doceant Fridericum, Joannem ejus filium, Ludovicum Regem, ejuſdemque Friderici nepotem, Conſtantiam Friderici III. Uxorem, nec non Fridericum ſeptemnem puerum Reginæ Mariæ filium Catanæ in eodem, quo Fridericum, templo conditos eſſe, veroſimillimum eſt quinque hos omnes eodem ſepulchro ſervatos; præſertim, cum aliud ab hoc (illo tantùm Reginæ Mariæ excepto) eo in templo Regium ſepulchrum non inveniatur. Adde quod loculus ille palmorum trium clariſſimè indicat aliũs non eſſe, quam Friderici ſeptennis pueri; niſi quis in ſepulchro illo, & quidem magnitudinis exiguæ, quod in ſublimi loco in ejuſdem Eccleſiæ pariete, qui ad ſeptentrionem vergit, inter duas marmoreas januas ſitum eſt, & in quo, fama eſt Regium puerulum contineri, hunc de quo loquimur, eſſe affirmet*. At latuit fortaſſe Authorem hunc Regi Martino Blancham quoque filium peperiſſe, cui Petri nomen inditum,

Ann. Xpi. 1597

(a) In Vit. Reg. Sicil. m. s.

Ann. Xpti tum, ac nono menſe è vita ſublatum in majori Ca-
1597 tanenſi Baſilica conditum. Loculus ergo in Friderici ſarcophago Pueruli Friderici, alter vero ad aquilonarẽ parietem Petri infantis omnino dicendus.

1598 XXV. Anno MDXCVIII. Xenodochium S. Euplii ad peregrinos pauperes excipiendos ex Senatus decreto XVI. Kalend. Junii inſtitutum, ſodalibuſque in æde ejuſdem Sancti Martyris dudum coactis commendatum. Tunc in freto Mamertino inter Sinanum Turcicę Claſſis ducem, olim Scipionem Cicalam Meſſanenſem ejuſque matrem, & fratres initum colloquium, ob idque Rhegium, ac Calabriæ ora, quin & Sicilia ab incurſionibus Barbarorum immunes. Olim Olivarius Prorex Sinano viſendi matrem, affineſque facultatem petenti denegaverat; At Bernardinus de Cardenas, Maquedę dux Regni prędecturam per hęc tempora gerens, facile conceſſit; mox idem Bernardinus XI. Kalend: Julii Catanam navigio venit, exceptuſque ab Epiſcopo, & Magiſtratu, medius inter eoſdem ad princips Templum adoratum proceſſit, ubi de more jusjurãdum dedit. Nec diu Philippus Rex poſtquam ſibi immortale nomen in terris egregiis facinoribus peperiſſet, mortale exuit Idibus Septembris, ejuſque filius Paterni nominis, virtutiſque hæres diademate donatus, Rex per Siciliam Meſſanæ conclamatur. Defuncto Principi ab Epiſcopo, & Proceribus ſplendidiſſimè Catanæ parentatum.

XXVI. Hoc ipſo anno de Patria S. Agathæ Romæ diſceptari cęptum. Stephano enim Tuccio Societatis Jeſu Theologo referente, Cardinales, quibus Reformatio Romani Breviarii fuerat demandata, de eradendis verbis illis in S. Agathæ Vitæ *Agatha Catanæ nata*, cogitabant. Quod, ut innotuit Bernardo Colnago Catanenſi ejuſdem Societatis

tatis

tatis, doctiſſimo, æque ac ſolertiſſimo viro, ne id fieret, ſed ſervaretur ut hactenus, contendit, atque ad votum obtinuit, Româ ſeptimo Idus Januarii Anno MDC. ad urbis noſtrę Sexviros ſcribens: *Jam de re actum eſſe; jamque in Patriæ favorem, quamprimum ferendam ſententiam: quod nihil in Breviaria immutetur*. Quod ſane teſtimonium falſitatis evincit quoſdam evulgantes Colnago in ipſo Controverſiæ limine impoſitum fuiſſe ſilentium, ac per S. R. E. Cardinales *Pro Urbe Panormo* fuiſſe definitum, cautumque, ut deinceps in *Breviariis* edendis ſcriberetur: *Agatha in Sicilia Panormi nata*. Idque etiam cuſa *Breviaria* ad annum MDXCIX. ſatis arguunt, ubi clariſſimè ſcribitur: *Agatha Virgo Catanæ in Sicilia nobilibus Parentibus nata*. Quandoquidem, si ab anno præcedenti Cardinalium Decreto, hæc edere Typographis fuiſſet vetitum, ut nugantur, nullus profecto auſus eſſet eidem refragari; Sed de his infra. Per idem tempus Amenani fluminis aquæ, quę per occultos meatus Urbem interfluunt, erumpentes, humiliores regiones, ac puteos occupantes, aerem non abſque incolarum detrimento infecerunt. Ann. Sal. 1600

✝

CAP. III.

CATANA SUB AUSTRIACIS

Ab anno MDC. ad MDCL.

Ann. Xpi. 1600 I. FElici omine Sęculum auſpicati Kal. Aprilis Feſtum S. Mariæ de Miſericordia quotannis ſollemni pompa quarto à Paſchate die celebrandum Conſcripti Patres ſtatuerunt. Hinc piæ illæ ęmulationes, contentioneſque Cives inter ortum habuerunt; quorum pars ad hanc uſque diem Beatæ Virgini ſub titulo *de Miſericordia* addicta, eadem die recurrente, ſumma frequentia id feſtum colit; Civium vero pars alia, quæ *à Conſolatione* nomen ſortitur, Chriſti Domini Reſurgentis die ſecunda Paſchatis, non minori cultu, ac religione, ſollemnitatem celebrat. Signum hoc ipſo anno ex Alabaſtrite elegantiſſimum, Beatam Agatham in medio carceris expirantē referens, Neapoli à Valeriano de Franchis Caſinati Monacho Catanam advectum, ſupra aram è pario marmore elaboratam, collocatum docet Epigraphe: *Fratres de Franchis obtulerunt ex voto Anno* MDC. Carceris autem parietes oloſerico damaſceno, opera Joſephi de Perna Regni Protonotarii, Patricii Catanenſis contecti ſunt. Tum de patriæ incremento Cives ſoliciti portus molem aggredi curant. Hæc, ut alibi dictum, ingenti ęre profuſo, olim Alphonſi Regis ęvo fundata, maris impetu, annorumque decurſu disjecta, quammaximo emolumento noſtros fraudaverat; Hinc ſerio de ea inſtauranda circa hęc
1601 tempora cogitatum. Acceſſit Maquedæ Ducis Siciliæ Proregis facultas, qua Civium pro patria conatus probavit. Primus itaque lapis ſollemni ritu anno MDCI. ab Epiſcopo Joanne Dominico Rebiba,

magna

magna procerum, ac populi frequentia in opportunum locum aquis vacuum injectus, ac moles dehinc, magna auri vi profuſa, non tam artificum operâ, quàm ſumma totius Urbis contentione excitata. Ann. Xpi. 1601

II. Romæ hoc ipſo anno Panormitani adverſus noſtros litem de Patria S. Agathæ intenderunt. Eorum partes Marianus Valguarnerius, & Berlingherius Vigintimillius ęque nobiles, ac eruditi gerebant, quibus Simon Aragonius, & Tallavia Cardinalis de Terranova appellatus, Siculus, Panormo oriundus favebat. Pro Catanenſibus vero unus Bernardus Colnagus, qui Patriæ jura tueretur, ſtabat, eique Joannis Dominici Rebibæ Catanenſis Pontificis Frater germanus inter Prȩlatos apud Romanam Curiam degens, patrocinabatur. Libellum Colnagus, ubi rationes, & conjecturas Agatham Catanæ ortam invictè probantes expendebat, Summo Pontifici obtulerat; ſuum & Valguarnerius porrexit, in quo multa ex Grȩcis codicibus, & Metaphraſte cum primis protulit. Hiſtoricum hìc ago, & ab unius, atque alterius momentis ad trutinam revocandis conſulto abſtineo. Æqua tamen lance ſingula penſitando, atque ab omni partium ſtudio alienus, id aſſero: Catanam pro ſua Cauſſa teſtes omni exceptione majores habere Acta Proconſularia, Latinos omnes Hagiographos, Grȩcoſque Siculos, Joannem Tzetzium, Petrum Argivorum Epiſcopum, & Methodium. Panormo nonniſi Metaphraſtem, ejuſque aſſeclas, nam unus Grȩcos alios prȩivit, ſuffragari. Sed ut omittam, quæ Baronius, Bellarminus, aliique de dubia Metaphraſtis fide in Sanctorum geſtis enarrandis, congerunt, illud Eruditis ſatis obvium, vulgatumque Adagium refricare ſufficiat: *Sapit Metaphraſtem*, quod uſurpant

An. Xpi. 1604 pant quoties enarratio aliqua vero diſſimilis omnino apparet. Sed de his fuſius in Hiſtorica diſſertatione *de Patria S. Agathæ* me dixiſſe memini. Ad inſtitutum nunc redeo.

III. Valguarnerii rationibus eruditiſſimè Colnagus noſter novo exarato libello fecit ſatis, Purpuratiſque Judicibus dubio procul perſuaſiſſet, ni Panormitanorum fautores potentia tunc temporis, atque authoritate obſtitiſſent. Queritur ſane Colnagus ſibi adverſariorum aſtu, à Generali Societatis Prępoſito indictum fuiſſe ſilentium. Teſtatur Allatius in Vallicellana Bibliotheca S. Methodii orationem è codice à Siculis nonnullis diſcerptam, quum de Patria S. Agathæ quęſtio moveretur; hinc hiſce ex cauſis factum, ut Sacra Congregatio illud in Breviario apponendum mandaret, quod hodie legimus. *Agatha Virgo in Sicilia nobilibus parentibus nata, quam Panormitani, & Catanenſes Civem ſuam eſſe dicunt.* In reliquis vero lectionariis peculiaris inſtituti, ut Carmelitarum, nil cenſuit corrigendum. Hinc legunt illi: *Agatha Catanæ in Sicilia nata.* Sed illud hìc ſilentio minime obvolvam, quod ab Hiſtoricis Panormitanis frequentiſſimè, ac perperam uſurpatur: Controverſiæ ſcilicet originem dediſſe Placentinum Breviarium anno MDLIV. editum, ubi loco *Agathę Catanenſis* appoſitum: *Agatha Catanæ nata*. Tunc primum Catanenſes ſibi Agatham in Civem vindicarunt, inquit Bonafides, (a) tunc Panormo præripere gloriam hanc Catana cępit; At quis non miretur hominis petulantiam, adeo craſſum mendacium obtrudere audentis? Quandoquidem ab eo pene ſæculo, quo Agatha mundo denata, illam Catanæ ortam fama deprędicat, externique, ac Siculi ſcriptores pleno ore Catanenſem Civem appellant.

(a) *De Patria S. Agathæ*

Digitized by Google

Nec Placentinum aliunde Breviarium uſquam Romæ improbatum, qua enim fronte coram Romana Curia illius authoritatem Colnagus allegaret, cui ſpeciali reſcripto, ut jactitant, fuerat derogatum, quodque litis ſemina inter utramque Urbem ſparſerat? Nec diſſimulanda ſincera illa Valguarnerii veritatis profeſſio; quum enim poſt controverſias Romæ habitas Petri Siculi vidiſſet opuſculum, ubi clariſſimè urbs noſtra S. Agathæ Patria dicitur, eo perpenſo, candidè reſpondit, si opportune, dum adhuc lis eſſet ſub Judice, productum id teſtimonium fuiſſet, profecto Panormus cauſa excidiſſet ſua, quod Methaphraſtis, aut Græci alterius teſtimonio illud Petri Scriptoris gentici præferendum vir doctus putaret. Ann. Chri. 1602.

IV. Jamvero portus molem non ſegniter promoventibus Patribus Conſcriptis, anno MDCII, ſexque viris operi præpoſitis, in perenne rei monumentum hanc Epigraphem Liguſtico marmori inſculptam, contra eamdem molem proximi propugnaculi muro adhærentem, Cives ſtatuendam communi conſilio curarunt.

D. O. M.

Divæ Agathæ Patronæ Catanæ ortæ, Philippo III. Rege inviƈtiſſimo, Feriæ Ducis Siciliæ Proregis felicibus auſpiciis in Civium utilitatem, & exterorum refugium, ut Catanenſium Urbs ad veterem redeat dignitatem, ære publico Portus operoſa ſtruƈtura Ætnæis rupibus congeſta, conſtruitur MDCII. XII *Auguſti. Franciſco Siſmundo Patritio, Urbis Senatoribus, Petro Anſalone, Cæſare Cajetano, D. Oratio Paterno Caſtelli Barone Biſcaris, D. Julio Tudiſco, Fabritio Tornanbene, & Joanne Baptiſta Scammacca. Portus Præfeƈtis Fabritio Tornanbene, D. Antonio Abbate, Alphonſo de Aſmaris,*

Aga-

Ann. Xpi. 1603. *Agathino Graſſo, Paulo de Nicto, Petro Antonio Zapulla.*

V. Sequenti anno circa Æſtatis initium Ætnæi incendii prodromi, flammarum ſcilicet in ſummo vertice globi, incolas timore affecerunt. Petrus Carrera in Ætnæ deſcriptione (a) *Haud ſane inter minima Ætnæ incendia illud numerari meretur, quod noſtris contigit diebus. Incępit enim menſe Julio Anni* MDCIII, *atque indeſinenter uſque annum* MDCXXXVI *perduravit. Prima enim vice apparuit extra magnam voraginem, quæ in vertice montis eſt, unde in modum magnæ, atque longę facis ſublatum verſus aerem, cum terrore haud exiguo accolentium, non parvos ignis torrentes cum infinito damno minitari videbatur. Quoniam vero parturiens mons immenſam, atque terribilem materiam ignis, atque lapidum copiam, eniti geſtiebat, neque ſufficeret illam omnem foris ejicere per cavernam ſuperius apertam, gravi pondere, & nimia impeditum altitudine, terribiles, atque tremendos excitavit terręmotus.* Hæc ille, qui ſuam proſequitur hiſtoriam, ſuis locis opportune à nobis inſerendam. Poſt menſes aliquot octavo Idus Februarii Joannes Pontifex ſenio, ac morbo confectus piiſſimè in Domino obdormiit. Vir de grege ſuo, ac urbe Catana meritiſſimus, cui proinde non ſine lacrymis ab omnibus parentatum. Suffectus in ejus locum Joannes Ruiz Villoslada Hiſpanus Calagurritanæ Eccleſiæ Decanus ex literis Apoſtolicis Romæ octavo Idus Decembris MDCV opportunè fuit. Urbi enim annonæ penuria laboranti paterna commiſeratione ſuccurrit, egenos, pupilloſque, ne fame conficerentur, benigniſſimè fovit, exauſtiſque pecunię loculis, ſupellectilem, ac vaſa argentea, ne patera quidem relicta, qua inter veſcendum utebatur, ve-

(a) Lib. 3. ca. 1 ex Interpr. Avercampi

rium expoſuit, ut gregis ſui inopiam levaret. Ann. Xρι. 1606

VI. Fames porro nedum Catanæ, ſed per univerſam pene Siciliam debacchabatur, adeout tritici menſura, quæ ex more aureis quinque veniebat, quadraginta & amplius mercaretur. Remedium tantis malis à Deo poſtulandum, atque ad Virginis Agathæ patrocinium confugiendum, ratus Pręſul piiſſimus, ſupplicationem tertio Nonas Decembris MDCVI. Clero univerſo, atque Urbis Proceribus ingenti frequentia comitantibus, inſtituit, cum ſacro ejuſdem Martyris velo, moxque ſexto Kal. Januarii, ut circumferretur per urbem illius mamilla voluit. Dux interim Ferię Siciliæ Prorex leges aliquot Panormi die xx Maji tulerat ab Academiæ Catanenſis publicis Profeſſoribus ſervandas, quibus abuſus quoſdam paſſim irreptos abrogaverat; laudatus vero noſter Pontifex, ut Tertii Ordinis S. Franciſci Inſtitutum in S. Euplii ædem Coloniam inferret, probaverat, Michaele Juvino nobili Catanenſi ejuſdem Alumno rem promovente, ac ſuppetias ad opus Patribus Conſcriptis, piiſque viris ſubminiſtrantibus. Sacra hæc familia exinde in S. Nicolai de *Trixinis* templum migravit, quod Joannes de Clariſſima dudum ab anno MCCCXLII. fundaverat, inde verò in Parçciam erectum, tandemque Sodalibus ſub Sanctiſſimi Sacramenti titulo anno MDLXXXIX. ceſſerat, à quibus MDCVIII. Fratribus hiſce attributum.

VII. Anno MDCVII. poſt horrendos mugitus Ætna torrentes igneos ex ore evomuit, quibus immenſum pene lacum mille circiter paſſibus à ſummo vertice diſſitum complevit. Lacus hic ab orientali montis latere, Fazello (a) & aliis memoratus, aquas ex liquefactis nivibus profluentes excipiebat. Id porro animadverſione dignum credit 1607

(a) Dec. 2. l. 1 cap. 4.

Ann. Xpi. 1607 dit Carrera (a) quod inſigni ſpectaculo intuentium oculis tunc objectum: Ingens enim fornix ex concreta nivium materia ſuper utramque lacus oram ab auſtro ad aquilonem circumquaque in rotundum ambitum accreſcens, apparuit, qui mox ſupervenientis ignis impetu in fruſta redactus eſt, unde majori vi incendium occidentem verſus erupit, compluraque Adranitarum vineta, ac nemoris loca, jactura non exigua, vaſtavit. Tot tantiſq; malis novum acceſſit, immatura ſcilicet Joannis Pōtificis mors, quam pridie nonas Octobris, initę dignitatis nondum biennio expleto, Paſtor optimus oppetiit, ingenti omnium luctu; commendabatur enim ab eximiis moribus, vitæ innocentiâ, ingenii acumine, atque à profuſa in pauperes beneficentia. Ejuſdem opera Sanctæ Agathæ Sacellum pario marmore elegantiſſimè ornatum; in cujus vertice hoc olim legebatur Tetraſticon.

(a) Ætnæ deſc. l. 3. cap. 1.

Nata Ego ſum Catanæ; ferrum ſecat ubera, flamma
Torret, ſeminecem lictor ab igne rapit.
Carcere ſtans morior, Byzantum rapta revertor.
Hìc ubi picta color, condita vera tegor.
Joannes Ruiz Villoslada Epiſcopus Catanenſis poſuit anno MDCVII.

Illud non prætermittam, quod quum hoc ipſo anno, quo hæc editio adornatur, elegantes è marmore Catanenſium Pontificum tumulos in principe Templo ædificiorum ruina MDCXCIII. labefactatos, Joannes Rizzarus ejuſdem Eccleſiæ Prior concinnandos curaret, Villosladæ corpus in cineres reſolutum, integra tamen ſola manu dextera, fuit inventum; hinc noviſſime eidem ſarcophago diſticon hoc adpictum:

Integra dextra manet, reſoluto corpore: mirum!
Larga profudit opes; munera larga tulit.

Ut

VIII. Ut Catanenſem Eccleſiam ſuo paſtore deſtitutam inaudivit Bonaventura Secuſius Meſſanenſis Archiepiſcopus transferri ad eam enixe petiit, ac demum anno MDCIX. obtinuit. Præclara de Bonaventura memorant Hiſtorici. Calatajerone enim nobili familia natus, Minorumque Ordinem profeſſus, Theologica ſcientiâ enituit, ac verbi Dei eloquentiſſimus præco evaſit; Ad ardua quæque munia aptiſſimus, Generalis Miniſter Ordinis anno MDXCIII. adſcitus, Cardinali Aldobrandino Apoſtolico Legato ſocius datus, initi fœderis inter Hiſpanum, & Galliarum Regem author fuit. Canonicus S. Petri, mox Patriarcha Conſtantinopolitanus à Pontifice renunciatus, à Philippo *III.* Pactenſis Epiſcopus poſtulatur, unde ad Meſſanenſem Cathedram fuit evectus. Ut autem Catanam venit, ſaluberrimis conſtitutionibus in Synodo editis, cleri, ac populi ſui moribus reformandis egregiè incubuit, ornandoque majori Templo pretioſiſsimis aulæis, argenteis vaſis, ſacriſque veſtibus, ſtrenuam navavit operam. Ann. Xpi 1609

IX. Novo allabente anno, tertio Idus Febr. ex alio hiatu ignem Adranum verſus ejecit Ætna, 1610 *qui per milliara*, inquit laudatis locis Carrera, *cucurrit, & ad latus item ſeſe per milliara extendit. Tertia verò die Maji ejuſdem anni alia parte diruptus eſt mons, eamdemque verſus Urbem ignem projecit in longitudinem quidem ad quinque milliaria, in latitudinem verò ad duo, itaut maximam Pinæti Sylvæ partem obruerit, & quamdam etiam luci, qui vocatur (la Sciambrita) magnum verò vinearum numerum in regione, quæ dicitur {la Ciſterna} idque trium menſium ſpatio, quo duravit iſtud Incendium*. Hinc non immerito Scipio Portius integro pene triennio circa Adranitarum re-

gionem

Ann. Xpi. 1611 gionem ignem deſęviiſſe ſcribit, cępit enim in eamdem debacchari ab anno MDCVII. Decimo Kal. Maji inſequentis anni Bernardus Colnagus Societatis Jeſu, de patria meritiſſimus, magna ſanctitatis opinione ad cęlos evolavit. Mortis ſibi præſcius, quum in ſacra æde S. Franciſci de Paula nonis Aprilis verba ad populum faceret, cives ſui amantiſſimos admonuit, ut die octava in Societatis templum convenirent. Adſuere ingenti frequentia, quumque à ſugeſtu Bernardus multa pręclarè, ac piè de Boni Paſtoris munere dixiſſet, Apoplexia correptus è ſugeſtu in cellulam delatus, in qua poſt paucos dies placidiſſimè animam efflavit. De eo, ejuſque egregiis facinoribus ſuo loco dicemus.

1612 X. Regni Comitiis anno MDCXII. Meſſanæ celebratis, urbis Catanæ vices in eis Bonaventura Patriarcha geſſit, qui Magiſtratus nomine aliquot Capitula Proregi firmanda obtulit, quibus civium Privilegia de non excipiendis hoſpitio militibus continebantur, reſcriptumque ad votum obtinuit. Eodem anno Yomiſi Comes Catanam cum poteſtate venerat, ac Quæſitoris maleficiorum vulgo Juſtitiarii munus Prorege volente XVIII. Kalēd. Februarii ſubierat. Verum, quum apud Regis Curiam noſtri quererentur, id contra Urbis privilegia fuiſſe intentatum, abrogato non diu poſt Regio Præſcripto Comiti imperio, Julius Marcheſana inter Senatores natu maximus tertio Idus Novembris MDCXIII Quæſitor deligitur. Interim ex Re-
1613 giis etiam literis Idibus Septembris Matriti obſignatis ſuorum familiarium cauſſas cognoſcendi Patribus Conſcriptis jus datum; Judicibus verò ſententiam ferendi in Cauſis feudalibus facultas tribuitur. Tum leges aliquot Academiæ Catanenſis Colle-

Digitized by Google

Collegia ſpectantes Prorex ſtatuit, utque in Collegialium cętum externis rejectis non niſi Cives admitterentur, ſanxit. Sub idem tempus Minores Fratres de Obſervantia in S. Agathæ veterem Baſilicã Bonaventurę Pontificis operâ admiſſi ſunt. Opibus item Franciſcæ Joeniæ, & Bellaceræ Catanenſis Matronæ pietate, atque innocentiâ inſignis S. Catharinæ Martyris Virginum Cęnobium à fundamentis erectum, legibus atque inſtitutis S. Benedicti ſubditur, ea conditione ut Moniales plures XXXIII. eſſe non poſſint, quas inter & ipſa annumerari voluit. An. Xpi 1613

XI. Anno MDCXIV. Clericorum Seminarium in opportuniorem locum Bonaventura tranſtulit, aptiſque ædificiis inſtruxit; hinc olim Epigraphe eidem appicta hęc habebat: *Seminarium Clericorũ Erectum ab Archiepiſcopo Fratre Bonaventura Secuſio Patriarcha Conſtantinopolitano Epiſcopo Catanenſi Anno* MDCXIV. Tum ad Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum decentiſſime aſſervandum, è porphyretico marmore variantium lapillorum diſtinctione eleganter elaboratum in majori Baſilica Tabernaculum juſſit, ac familiæ ſuæ ſtemmate ornavit. *Per idem tempus*, ait Carrera (a) *concuſſa novo terręmotu Ætna fuit; atque incendium foras prorupit ſupra Randatium, in regione, quæ dicitur {Il Piro} Jam vero lente fuit progreſſum, ut Spatio annorum decem (totidem enim annos indeſinenter torrentes igneos emiſit) non plures quam duorum ferme milliarium viam perfecerit.* Quæ ſi vera ſunt, non indeſinenter, ſed per intervalla Mons flagravit. 1614

(a) Lib.3.c.1. Deſ.Ætnę

XII. Jam vero, quum Oſſunæ Ducis, Sicilię Proregis animum Cives noſtri offendiſſent, quod Urbis Jura, ac Privilegia imperterrito, quo par erat,

zelo

Ann. Xpi. 1615 zelo tuerentur, ac Yomiſi Comitem ab officio deturbandum Regia authoritate curaverant, Gregis ſui ſtudioſiſſimus Pontifex Secuſius indignatum Catanenſibus Principem non tam eloquentiæ vi, quàm virtutis opinione adeo flexit, ut pacatum Catanam uſque alliceret. Exceptus Prorex magnis lętitiæ ſignis, ab omni cœtu, atque in Epiſcopali Palatio per triduum hoſpitatus, nedum facilè in gratiam Cives recepit, ſed lychno etiam argenteo cum familiæ inſignibus, non diu poſt Patronæ, ac Tute-
1616 laris Agathæ Sacellum XVI Kal. Februarii MDCXVI, donavit. Sub idem tempus in Principe templo noſter Pontifex *Magiſtri Capellani, ſive Viceparochi Curati* officium magno animarum bono inſtituit, Antoniumque Ferragutum die VII Junii egregiis moribus, ac ſcientia præditum ea dignitate condecoravit, *Beneficiatorum* inſignia attribuit, cum facultate moderandi cæteros, cum in majori Eccleſia, tum in Urbe Cappellanos.

XIII. Eodem anno Deſiderius *la Placka* Catanenſis Carmelitarum inſtituti Magiſter, eruditione præſtans, Religionis zelo præcipuus, Ordinis ſui, ad præſcriptum Innocentii IV. Reformationem aggreſſus, in æde Beatiſſimæ Virgini ſub Directionis titulo ſacra, nova prole Eccleſiam fęcundavit, filioſque complures Catanę primùm, mox in Acis opido ad profeſſionem admiſit. De eo fuſius ſuo loco. Templum porro ſub ea nomenclatura ante quadriennium Catanenſium pietas erexerat, in quo Dei Genitricis imago miraculis celeberrima è Sacellulo extra Urbis męnia eò aſportata, diu in ſumma populorum veneratione fuerat. Docet id extans adhuc ad ejuſdem Cœnobii parietes Inſcriptio marmori inſculpta: *Intemeratæ Dei Genitrici Sub Directionis Titulo, Paulo V. Summo Pontifice,*

Digitized by Google

Philippo III. Rege, F, *Bonaventura Secuſio Patriarcha Conſtantinopolitano Præſule*, *Catanenſium Pietas* 1612. Interim Ætna mons è ſummo vertice lenta incendia, ut vidimus, eructans, Regionem illam vulgari vocabulo à *Columba* appellatam ſede vaſtabat, ut laudatus Carrera teſtatur. Ann. Ær. 1618

XIV. Poſt biennium Bonaventura Pontifex ſexagenario major, quarto Kalend: Aprilis, perpetua ſui memoria relicta, in S. Agathę Veteris Cœnobio vivere deſiit, ac nobili tumulo conditus ſtatua, & elogio, quo illius recenſentur munia, honorari meruit; Ejuſque vices Joannes de Torres Oſſorio, Hiſpanus, è Syracuſana translatus Eccleſia anno MDCXIX. opportunè ſubiit. Sub hęc tempora, ut 1619
Groſſus ſcribit, Catanenſis Senatus pietate decretum eſt, ut ad leniundam Numinis iram quotidie Ss. Euchariſtię Sacramentum, quadraginta horarum cultu adorandum ex tempore, publicè in Urbis templis proponeretur, ſumptus ad ſummam aureorum CCC eodem Senatu ſuppeditante. *Jam tum ergo*, ait ille (a) *ſtatæ quadraginta horarum preces in urbe Catana exordium ſumpſere. Cęptum à Cathedrali* 19. *Junii* 1619. *mox ad alia Templa ordine itum eſt, ac ſingulis primùm quatuor, mox ſex dierum ſpatium attributum. Poſt annum verò, abſoluto circulo, ad Cathedralem reditur primo Septembris.* Mos hic etiam hodie obtinet. Minorum Fratrum, quos *Reformatos* dicunt, Colonia eodem quoque anno in antiquiſſimo Spiritus Sancti templo extra męnia ad ęſtivum ſolſtitium Catanę ſedem fixit, Hi noſtra ætate S. Mariæ de Jeſu Cœnobium incolunt, ſexcentis circiter paſſibus ab urbe diſſitum, in quo dudum Fratres de Obſervantia degebant.

(a) Cat. Sacr. f. 75.

XV. Literas ſequenti anno in S. Laurentio 1620

XIII. Kal:

Ann. Xpi. 1620 XIII Kalend: Novembris ſignatas Catanenſis Senatus obtinuit, quibus conceſſas à Philippo II. Patre ſuo, noſtris olim gratias, ac libertates liberaliſſimè Rex confirmavit, illudque prę cęteris ratum voluit, ut Proregis Viceſgerens {Generalem Vicarium appellamus} Catanam extra ordinem delegandus, ex Regni Proceribus unus eſſet, populos in clientelam habens. Nec minori ſane munificentia Philippus IV, qui demortuò Patri anno
1621 MDCXXI. in regimine ſucceſſerat, Patriam noſtram ſub ipſo feliciſſimi regni ſui initio demeruit; ſcripto enim in S. Laurentio amplo diplomate Idibus Octobris, quæ olim Petrus II. Rex, ac Philippus Catanenſibus largitus fuerat Privilegia, in Generalibus Regni Comitiis dudum, ut firmarentur oblata, ſuprema authoritate communiit, utq: deinceps integra, & illibata ſervarentur, pręcepit. En illud:

XVI. *Philippus &c:* Recognoſcimus, *& notum facimus tenore pręsentium univerſis, quod per Illuſt. Ducem de Oſſuna Proregem locum tenenten., & Capitaneum Generalem noſtrum in dicto Ulterioris Siciliæ* Regno, *ad ſupplicationem noſtræ Clariſſimæ Civitatis Catanæ conceſſæ fuerunt ipſi Civitati quędam Gratiæ in Parlamento Generali celebrato Panormi anno* MDCXII; *& ab ipſa fuit nobis pręſentatum dictæ conceſſionis tranſumptum, cujus tenor ſequitur; videlicet:* Inſeruntur hìc, quæ Catanenſis Pontifex Bonaventura Secuſius, ejuſdem Urbis Legatus Proregi in Comitiis obtulerat. *Capitula*, prolixo, ac vernaculo ſermone exarata; illa autem per compendium dabimus, ac latinè. Expoſtulatum igitur primo, *ut Cives ab excipiendis militibus, ſive pręſidiarii illi eſſent, ſeu tranſeuntes, liberi cenſerentur; ac Magiſtratui cura incumberet opportunis in locis hoſpitia eis commoda parandi, lectiſternia,*

 alia-

aliaque neceſſaria miniſtrandi. Placet E. *S.* 2. *Ut* Ann. Xpti 1681
juxta ſeriem Privilegii de anno MCCCVII. *Petri II. Siciliæ* Regis, *urbis Catanæ Cives ab onere hoſpitandi* Regiæ *Curiæ Adminiſtros, alioſque Officiales per Ill: Proregem, aut ſuprema Regni Tribunalia delegatos immunes haberentur. Quod ſi ad inſtantiam partis eoſdem deſtinari Catanam contingeret, partes etiam ad expenſas tenerentur; ſi vero ad inſtantiam Fiſci, delinquentes, & noxii debitas penderent pecunias. Placet S.* E. *demum, ut ingruentis belli tempore alicui ex Inſulæ Magnatibus, minime vero privatis perſonis Proregis vices delegarentur, ut dudum* Regiis *literis fuit proviſum. Placet S.*E. *Franciſcus Gergenti Secretarius, & Referendarius. Ex Actis &c.* Hinc proſequitur Rex: *Nobis preterea humiliter ſupplicando, ut predicta Capitula conceſſionis predictarum facultatum, & gratiarum, ut ipſe Prorex, & Capitaneus Generalis conceſſit dictæ Civitati Catanæ, modo, & forma pro ut in eis continetur, laudare, approbare, confirmare, & quatenus opus ſit de novo eidem Civitati concedere, & opportunum Privilegium expediri mandare dignaremur. Nos verò cum ſubditorum noſtrorum commodis benignè proſpiciamus, ac preſertim ejuſdem Civitatis incrementis, ob ſuam antiquitatem, & erga Nos fidem, & amorem, quam in variis occaſionibus ſumus experti, ac propter obſequia ab ipſa noſtræ Regiæ Coronæ facta, ut preſenti conceſſione aliquatenus ſublevaretur; ſupplicationi predictæ modo quo infra, duximus annuendum. Tenore igitur preſentium de certa ſcientia, Regiaque auctoritate noſtra, deliberatè, & conſultò, ex gratia ſpeciali, maturaque ſacri ſupremi Conſilii accedente deliberatione, preinſertam Capitulationem, & conceſſionem, omniaque & ſingula in eis conten-*

ta

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1621 *ta expreſſa, & declarata, à prima ejus linea uſque ad ultimam, in omnibus articulis, clauſulis, in eiſdem deſcriptis, & appoſitis, juxta ipſam formam, continentiam, & tenorem confirmamus, ratificamus, approbamus, & acceptamus, illiſque robur, & auctoritatem noſtram impartimur, & quatenus opus eſt de novo Civitati Catanæ juxta contenta in dicta conceſſione, & Capitulatione per dictum noſtrum Proregem facta, plenā confirmationem conferimus, & elargimur. Volentes, & expreſſè decernentes per præſentes, & de dicta noſtra certa ſcientia, Regiaque auctoritate, præfatam Confirmationem per Nos, ut ſupra factam, ſemper, & omni futuro tempore ratam, & firmam, ac rata, & firma fore, & cenſeri ab omnibus; promittentes etiam, quod ſit, & eſſe debeat in perpetuum prædictæ Civitati ſtabilis, realis, & valida, atque firma, nullumque in judicio, aut extra ſentiat impugnationis objectum, defectus incommodum, aut noxæ cujuſlibet alterius detrimentum; ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſeveret. Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumque. Juſtis tamen alterius cujuſcumque, ſiquę ſunt, juribus ſemper ſalvis, & reſervatis, & ut præcisè, quem volumus, ſortiantur effectum. Urbis propterea Spect. Magnif. Nobil. dilectis Conſiliariis, & fidelibus noſtris Proregi, Locum tenenti, & Capitaneo Generali noſtro, Mag: Juſtitiario, Præſidibus M. R. C. Patrimonii, & Sacræ Conſcientiæ, & Regiæ Curiæ, Magiſtris Rationalibus, Theſaurario, & Conſervatori Noſtri Regii Patrimonii, Advocatis quoque, & Procuratoribus Fiſcalibus, cęteriſque demum univerſis, & ſingulis Officialibus, & Subditis noſtris, majoribus, & minoribus in dicto noſtro Ulterioris Siciliç Regno conſtitutis, & conſtituendis dicimus, præcipimus,*

Digitized by Google

mus, & jubemus, quatenus formam pręſentis, aut dictam pręinſertam gratiam, vel conceſſionem privilegiorum per dictum Proregem, per eum, & eorum quemlibet, diligenter, attente, & omnia, & ſingula in hoc noſtræ Confirmationis, ratificationis, & approbationis, & ſi expedit, novæ conceſſionis, contentæ, eidem Civitati Catanæ modo, quo præfertur, teneant firmiter, & obſervent, tenerique, & inviolabiter obſervari faciant per quoſcumque; nec contrafaciant, aut contrafieri permittant, ratione aliqua, ſive cauſa, omni dubio, difficultate, contradictione, & impedimento ceſſantibus, pro quanto dicti Officiales, cęterique ſubditi noſtri gratiam noſtram caram habent, ac præterire indignationis noſtræ incurſum, & pęnam unciarum mille noſtris inferendarum ærariis cupiunt. In cujus rei teſtimonium &c. Datum in Cænobio S. Laurentii die xv. Menſis Octobr. 1621. Ann. Xpi. 1621

XVII. Regis liberalitatem erga noſtros Emmanuel Philibertus de Sabaudia, Magnus Hiſpaniæ Architalaſſus, ac Regni Siciliæ Prorex cumulavit, Catanenſem Senatum Panormitano, ac Meſſanenſi parem omnino declarans, eiſdemque pręrogativis, & titulis exornans, ex literis Panormi xvii. Kal. Maji; ac Regis inſuper Philippi mox allatum Diploma ſuo etiam calculo anno MDCXXII. confirmans. 1622
Subinde aliud ejuſdem Principis reſcriptum, quo cautum, ne Magnæ Curiæ Judices ad dies aliquot delecti, vulgo *Interinarii* in Catanenſium nobilium albo recenſerentur, ſub dat. Matriti duodecimo Kal. Octobris, laudatus Philibertus exequendum noviter curavit. Inter hæc Joannes Pontifex diœceſanam ſynodum indixerat, atque vigeſima ſeſta Aprilis die per triduum in Cathedrali Baſilica ſollemni pompa celebraverat, editiſque in ea ſaluberrimis decretis Eccleſiæ ſuæ ſtatum in meliorem frugem revocandum

candum

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1622 candum curaverat. Patres verò Conſcripti publicas Senatus ædes novis incrementis concinnarunt, diſruptoque veteri muro, quo illę Epiſcopali Palatio adhærebant, viam inde ſternendam, ac Divæ Agathæ nomini, ad cujus templum illa ducebat, ſacrandam duxerunt, hac Epigraphe marmori inſculpta, atque ad novi ædificii verſuras appicta.

Philippo IV. Hiſpaniarum, Siciliæ Rege Catholico, Prorege Sereniſſimo Philiberto Emmanuele, Magno Caſtellæ Priore, ac Generaliſſimo Maris Pręfecto. D. Agathæ Catanæ ortæ, integerrimæ Chriſti Sponſæ, fortiſſimę tormentorum, hoſtiumque Catanenſium Victrici, & merito quotannis in Patria triumphanti, hunc antiquiſſimum Urbis murum perrumpendum, viamque illi ſacram fore cognominem decreverunt: Alexander Rizzari Patritius, D. Raymundus Paternò, D. Julius Marchesana, D. Matthæus Alagona, Scipio Bonajutus, D. Didacus à Valle, D. Franciſcus Paternò, & Caſtello Senatores. Curantibus D. Bartholomæo Paternò, & Silveſtro Sigona Kal. Febr. MDCXXII.

XVIII. Sub idem tempus altera Fratrum Minorum, quos Capuccinos dicimus, extra Urbis pomerium domus ad balliſtæ ferè jactum extructa, eique in uſum S. Mariæ de Spe Templum fuit attributum; Crucem juxta Ordinis ejuſdem leges F. Clemens à Neto Generalis Miniſter, qui Catanæ per ea tempora verſabatur, ſollemniter fixit, primumque ædificii lapidem conſuetis Eccleſiæ ritibus ſacrum Joannes Pontifex ſexto Idus Decembris, Immaculatæ Conceptionis Dei Genitricis Ma-
1623 riæ feſtiva die occurrente, poſuit. Tunc etiam aliud Societatis Collegium in antiqua Ss. Trinitatis æde inſtitutum, ſub S. Ignatii Fundatoris titulo; at brevi, annuis redditibus minimè ſuppetenti-

bus

bus, ſuppreſſum. Ad Profeſſorum domum extruendam à piis quibuſdam Civibus collatas fuiſſe tunc Eleemoſynas, alii tradunt. Pirrus denique ante triennium fundationem hanc ſtatuit, primumque injeciſſe lapidem pro ædificiis Joannem Epiſcopum Catanenſem ſcribit. Hic porro, quum apud Philibertum maxima opinione præſtaret, ab eo Eccleſiæ ſuæ, ejuſque famulorum, ac domeſticorum jura omnia, & privilegia, exemptioneſque, ac libertates firmas, & ratas Meſſanæ pridie Kalend: Novemb. MDCXXIII. obtinuit. Nec diu menſe Majo ſequentis anni Regni Comitiis Panormi coactis præfuit, oblatiſque ad urbis Catanæ incrementum eidem Philiberto quibuſdam *Capitulis*, omnia ad votum impetravit. Ann. Xpii 1623 1624

XIX. Jamverò navis è proximo Africæ littore Chriſtianos è Turcarum tyrannide ereptos deferens, truculentiſſimam luem Drepanum invexit. E Drepano Panormum, ubi diriſſimè deſæviit, morbus illatus, indeque etiam Catanam invaſit, ac per dies aliquot nonnihil afflixit; Sed brevì Tutelaris, ac Civis Agathæ beneficio extinctus. Panormi verò, ac per Siciliam Beatæ Virginis Roſaliẹ inventum in Erctæ Montis, vulgo *Pellegrini*, ſpelunca corpus Peſti exitium intulit, incoliſque univerſis ſolatio fuit. Eadem lue Panormi, totius inſulæ mœrore, ſublatus Princeps Philibertus, Joannes verò Catanenſis Pontifex ad Ovetẽſem Eccleſiam in Hiſpania evectus eſt; poſt quẽ Innocẽtius Maximus Romanus ex Regiis literis, & Apoſtolico Reſcripto aſſumitur, pridie Kal. Aug. Hic Eccleſiẹ poſſeſſionem iniit tertio Nonas Octob; Catanam verò Idibus Junii proximi anni Siculis triremibus vectus appulit. Sub eo Clericorum Regularium Minorum Sacra Familia in Urbem recepta, Senatu, ac populo certatim

congruos

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1626 congruos redditus ſuppeditante. Hęc primùm in Æde pueris orphanis educandis addicta, mox in Parochiali S. Michaelis templo ſedem fixit; aucta deinde Joannis Baptiſtæ Paternionii, ejuſque Uxoris divitiis, ac fortunis ſpectabilis per Siciliam evaſit, ac inter prçcipuas Regularium domos hodie etiamnum Catanæ effulget.

XX. Anno MDCXXVI. Antonius Pimiutellus, qui Philiberto ſucceſſerat, ad majorem Candidatorum profectum, & Catanenſis Academiæ ſplendorem *Vacationis, & Lectionis* tempora quarto Kal. Octobris deſignavit. Philippus verò Rex ejuſdem Gymnaſii privilegia inviolata ſervare ſtudens, literas Matrito perſcripſit ſexto Nonas Octob. MDCXXVII, 1627 quibus Philippi II. Prçceſſoris ſanctiones inſtauravit, *ut confecto*, ſcilicet, *Studiorum curriculo, Candidati laureis donari poſſent, atque ad Regni munia præ aliis aſſumerentur, omni deinceps abrogata Proregibus diſpenſandi facultate*. Inter hęc Innocentius Pontifex magnum vitæ diſcrimen ſubiit; Quum enim Dięceſim de more luſtraret, in Opido Ennenſi ſeditio populi in illum, ejuſque domeſticos excitata adeò increbuit, ut clam in Societatis Jeſu Collegium confugere, indeque occultis itineribus Catanam ſe recipere compelleretur menſe Auguſto; Ex qua Sedis Apoſtolicæ conſenſu, adverſus rebelles cenſuras protulit Eccleſiaſticas, opidumque ſeptimo Kalend. Septembres ſacris interdixit. Inde ad reficiendas Epiſcopales ædes, atque ad Eccleſiam concinnandam optimus Præſul converſus, aulas ampliſſimas juſſit, albario opere templi parietes perpolitos voluit, Odeum elegantiſſimis picturis, operâ uſus Joannis Baptiſtæ Corradini Romani tunc temporis peritiſſimi, condecoravit. Extabat olim ſuper Baſilicæ januam

Digitized by Google

Inſcriptio: *Eccleſiam meliorem in uſum Divæ Agathę ſacram Innocentius Maximus ornavit, extruxit Anno Domini* MDCXXVIII. Legitur adhuc hodie circa Odei coronidem hęc alia. *Virgini Martyri Chriſti Sponſæ Deo Dilectæ Triumphanti Agathæ Innocentius Maximus Epiſcopus Catanenſis Anno Domini* MDCXXVIII. Ann. Xpi 1628

XXI. Subinde Sacellum Divę Agathæ magnificentiùs ex lapide porphyretico ædificandum decreverat, illi per omnia ſimillimum, ut Groſſus teſtatur, quod in Vaticana Baſilica Petri Apoſtolorum Principis ſacra pignora tegit, ſed obortę inter ipſum, Urbiſque Magiſtratum contentiones rem omnem interceperunt; dum enim ille ingenti ſumptu hęc, & alia moliretur, Ætnęi nemoris arbores non ſine publico detrimento pręcidi juſſit, ac divendi; de qua re apud Philippum Regem, ejuſque Adminiſtros conqueſti Patres Conſcripti, literas impetrarunt in S. Laurentio Nonis Auguſti ſignatas, quibus cautum, ut ab inceptis Pontifex evocaretur, quin & pecunias, ſi quas exegiſſet, reſtitueret. Eò autem res devenit, ut apud Summum Eccleſiæ Paſtorem delatus Innocentius, Romam evocaretur. Inter hęc horribilis tempeſtas pridie Idus Octobris oborta Urbi noſtræ, ejuſque regioni non levia intulit damna. Magnus porro aquarum vortex, è nemore defluens mœnia ipſa invaſiſſet; verum in aream S. Mariæ *à Grutta* extra Steſichoream portam dilapſus, ſuburbanas ędes, templumque ejuſdem Beatæ Virginis obruit, ut ſcaphis remiſque, utrinque, gurgitem Cives transfretarent.

XXII. Anno MDCXXX Ferdinandus Alcalæ Dux Siciliæ Prorex Inſulæ inviſendæ gratiâ, Catanam adiit, paucisque exactis diebus, inde diſceſſit. Tunc etiam Catholico Rege inſtante, Matu- 1630

ranenſem

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1631 ranenſem Epiſcopum, de objectis Maximo Pontifici examen expenſurum, Urbanus VIII. Catanam delegavit. Sequenti anno Aloyſio Moncadæ Paternionis Principi, Montis Albi Duci, ac Franciſco Brancifortio Duci S. Joannis Catanâ oriundis Jus Civitatis publico inſtrumento à noſtris datum, ac nova Scrutinii juxta Ferdinandi Proregis præſcriptum Reformatio inita. Subinde ab eodem Principe, Petro de Amico, & Cataldo Fimiæ urbis Catanæ Civibus, ac Patriciis, Regiiſque Adminiſtris, Juriſconſultis integerrimis Regni Sanctiones, legeſque municipales, quas Pragmaticas vocant, reformandi, provincia demandatur. Opus aggreſſi, magno totius Inſulæ bono, ac juſtitiæ incremento,
1632 eas unico libro comprehenſas anno MDCXXXII. ediderunt, immortalem ob id apud poſteros laudem, famamque conſecuti. Jamvero, quum innocentiam ſuam Romæ planè probaſſet Maximus noſter Pontifex, literas ab Apoſtolica Sede exoravit, quibus Maturanenſi ad cauſam delegato, ut ab inceptis deſiſteret, ſtatimque Catanâ abſcederet, indictum. Ipſe verò liber eodem anno dimiſſus xv. Kalend. Septembris, bonis omnibus plaudentibus, ad ſuam Cathedram revertitur.

1633 XXIII. Pace tandem cum Proceribus inita, revoluto anni circulo, quando ab eo ſumma omnia expectarentur, apoplexiâ correptus animã Creatori reddidit XII. Kalend. Septembris, atque operâ Franciſci de Amico Eccleſiæ Prioris tumulo marmoreo, ac ſepulchrali inſcriptione cohoneſtatur.

Innocentio Maximo Romano Patritio Ex Vetuſta Fabiorum Familia, Leonis XI Cubiculario, Paulo V. Pontifice, Ferrariæ Vicelegato, Bertinori Epiſcopo, Sabaudiæ, Mediolani, Mantuæ ſub Gregorio XV *Pont: Florentiæ, & Hiſpanię Nuntio, Philippi IV. Pri-*

 mogenita

mogenita Lavacro Salutis Expiata, Catanenſem An. Xpi. 1663
Epiſcopatum Adepto; Rebus Ubique Preclarè Geſtis Ad Summum Faſtigium Virtute, & Auſpiciis Gradienti, Precipiti Fato Abſumpto.
Maximus Innocuus cognomine, nomine, fama,
Virtute, & meritis, gloria, honore pari.
Ære Regio D. Franciſco de Amico ejus Vicario Generali, & hujus Eccleſiæ Priore curante. Obiit XXI *Auguſti Anno Domini 1633. ſedit Annos* IX *vixit Annos* LII.

XXIV. Non diu poſt Ferdinandus Siciliæ Prorex Catanam venit, à Magiſtratu in Cathedralem Baſilicam magnâ pompâ deductus, ibi Urbis, & Eccleſiæ Privilegia jure jurando firmavit. Ad eumdem annum Opidi cujuſdam ruinam ex Ætnę motibus, refert Joannes Baptiſta Maſculus in Ephemeride Veſuviani Incendii, ut Carrera teſtatur, qui ſubdit (a) *Oppidum verò illud eſt, quod dicitur Nicoloſi, atque ejuſdem ruina, una cum non levi incolentium ſtrage, veriſſima eſt; verum mali Demonis, ita Deo permittente, artibus, non vero Ætnæ concuſſione accidit. Quidam enim ab impoſtore quopiam perſuaſi, nocte aggreſſi ſunt Theſauros querere, idque infandis ſuperſtitionibus, ac Chriſtiano homine indignis. Quum igitur aſſidua, ac diligenti cura operi incumberent, horribiliter tellus contremuit, ita ut non pauca corruerent edificia, multique homines promiſcui ſexus fuerint eliſi, iis exceptis, quos grandi numero ſub ruinis terra ſuffocavit. Accidit ruina hec Februarii die* XXII. *noctis hora Decima.*

(a) Ætnæ Deſ. l.3. cap.2.

XXV. Triceſimum quartum Seculi hujus annũ Ætnæ incendio celebrem habemus, quod ex ordine Petrus Carrera, qui preſens aderat, exactiſſimè recenſet (b) Ex ejuſdem prolixa enarratione hìc il- 1664

(b) Ætnę Mõt. lib.3. cap.3 & ſequent.

lius

Ann. Xpi. 1664 lius proſequar hiſtoriam, quam breviſſimè potero. Igitur XVI. Kalendas Januarii horribiliores edidit mons ipſe mugitus, tellusque circumquaque, Catanam uſque, adeo quaſſata, ut preſagium veluti certum inſtantium quivis duceret malorum. Poſt triduum ſupra *Serram Pizzutam*, ita appellant, ab auſtrali latere dehiſcens mons, immenſos eructavit ignium torrentes, qui latam per denſas nives viam ſibi aperuerunt, mox aliis, atque aliis hiatibus, rimiſque apertis, adaucti, nedum proximos opidanos, ſed & Cives terrore nimio complevere. Nocte ſubinde, quæ Natalis Dominici diem eſt ſubſecuta, quum aliquot nebulæ, ignis repercuſſione, ignitę apparerent, ac prope urbis Catanę mœnia in alto conſiſterent, vulgus, ut aſſolet, rei cauſſam ignorans, falſa perſuaſione, flammas ad Urbis excidium è montis cavernis ejectas illas reputans, tumultum penè excitavit, atque ad princeps Divę Agathæ templum concurſu facto, proximam veluti mortem opperiebatur. At ubi tandem prudentiores, impetrata in confuſa multitudine ad loquendum facultate, multis ſermonibus à concepta opinione populum revocaſſent, ut domos quiſque repeteret, metumque inanem deponeret, ſuaſerunt.

XXVI. Sexto Kalendas Januarii novum igni oſtium apertum ad orientalem regionem à *Triſoglietto* appellatam, unde non niſi fumus erumpebat. Interim incendium ex majori voragine egeſtum, poſt occupatam planitiem de *Roſelli's*, ad agrum *Fleri* devaſtandum ſe convertit, ubi ſylvas, vineas, domoſque incendens, in plures ſeſe ramos diviſit, novemque ferme paſſuum millia duodecim intra dies confecit. Villulę nihilominus pii cujuſdam Sacerdotis pepercit; hic enim illius ſepimenta lanis contactu corporis Beatę Agathæ benedictis,

ctis, ac telis ſericis, quibus ejuſdem Martyris ſacrum Velum fuerat involutum, in victas, vimpiaſque diviſis circumdedit, quas ignis reveritus, aliò iter intendit. Jamverò aliud flammarum profluvium in valle de *Stagno* rectà Catanam verſus impetum, curſumque dirigens, Opidis *Viæ grandis*, & *Tricaſtanci* certum minabatur excidium, hinc preces, ſupplicationeſque cum ejuſdem amantiſſimæ Civis Lipſanis, ad ſacras aliquot Catanæ ædes frequentiùs ſunt inſtitutæ, lanaſque benedictas Opidani, ad bonorum interitum vitandum, de ſuperiori prodigio edocti, undique per ſepes, atque arbuſta ingenti fiducia, ac feliciſsimo cum ſucceſſu appendebant; aliò enim ignis, eaſdem reveritus, curſum arripiebat, retròque aliquando converſus antiqua miracula renovabat. *Ann. Xpi.* 1634

XXVII. Ineunte Januario, prope Montem *Ilicis* decurrens nova ignis alluvies, Paternionenſis agri fines invaſit, uſque ad *Cryptam Aquæ*; tum ad ſiniſtram collis, qui *à Saltu Canis* dicitur, converſa, in ingentem defluxit convallem, ubi per dies aliquot eſt debacchata. Die XVI. ejuſdem menſis certus ad Catanenſem Senatum affertur nuncius, Incendium in duo diviſum fluenta longè, ac latè progredi, ſubjectiſque pagis certam ab eo perniciem ingruere. Veritus ille ruinam, ſacro Civis beatiſſimæ Velo hoſti occurrere ſtatuit. Igitur religioſa, ac pia cujuſque ordinis ſupplicatione inſtituta, magna Civium, atque Opidanorum frequentia, die altera ad locum non procul ab uno ex igneis torrentibus, in valle *Piraini*, longo emenſo itinere, Velum deducitur; ibique in ara divite, ad id ſplendidiſſimè ornata, ex haſtæ cuſpide dependens ſiſtitur, ac divina peracta ſynaxi, piæ funduntur preces, quibus vix abſolutis, curſum incendium 1635

Ann. Xpi. *1635* um minuit, ac veluti loco cedens, quamvis in præruпто eſſet, aggere ex ejecta materia in lapides converſa ab utroque latere conſtructo, ſubſtitit. Hinc inter voces, ac lacrymas, plauſuſque univerſæ multitudinis, quæ ad ſpectaculum præſens aderat, rurſus ſupplicatio inſtruitur, atque ad collem *Hederæ* iter dirigitur. Ibi Velo in haſta expoſito contra alterum ignis profluvium, precibuſque, denſa cadente nive, curſim recitatis, ingeminatum prodigium, flammis quippe ſubſidentibus, populus nova cum admiratione ſuſpexit. Sole ſubinde occidente *ad Pedaræ* opidulum progreſſi omnes, manè altero reditum per Urbem inſtaurarunt. Effusa univerſa Civitas largiſſimo extra mœnia ſpatio, ingenti plauſu triumphale vexillum excepit, grateſque amantiſſimæ Patronæ, ac Civi religioſo cultu rependit.

XXVIII. Poſt hæc igneus torrens in altum ſe recepit, perque dies paucos terminis aridæ ſuæ materiæ incluſus, moles in eadem *de Roſellis* planitie accumulavit; unde curſum ad occiduam dirigens plagam, in eadem ſaxa influxit jam antea egeſta ad ſeptimum Idus Februarii. Die ejuſdem quintadecima è ſummo cratere ingens flamma inſtar facis erupit, mox igneum profluvium occidentem verſus excurrens, inter rudia ſaxa, quæ olim mons ipſe eructaverat, pigrè ſerpens, per dies octo ſeſe continuit. Tunc verò novi terræmotus, frageroſque exauditi mortales terruerunt, novi quippe incendii prænuncios illos habuere; ſed fumus nihilominus è *Triſoglietti* hiatu, atque è ſupremo vertice per intervalla emiſſus, mugitus illos tantùm excepit ad Majum uſque, quo ineunte rurſus majori copia erumpens ignis, ſuoſque aggeres, & vicinos colles tranſgreſſus in vallem *Hederæ* deſcendit, ubi annoſas quercus combuſſit.

Digitized by Google

XXIX. Junio menſe, terrę concuſſio iteratò facta eſt, ſubindeq; per ſaxeas moles ſubterlabens incendium eaſdem rurſus disjiciebat, atque ad paſſus circiter mille, latente intus cuniculo, ſub illis decurrens, arbores, quę longè diſſitę credebantur, atque in proximis collibus virebant, lęſis earum radicibus, areſecit. Affectę hujuſmodi damnis regiones, fuere Scala *Triſoglietti*, Vallis *Montis Monachi*, *Zappini*, ac Collis *Leporis*. In proxima autem à *Pricopo* appellata, tribus ferè mille paſſibus ab hiatu maximo, rima quędam aperta, unde peſſima, ac fętidiſſima ignis, ſulphuriſque exhalatio prodiit. Tertio Nonas Julii, ex ignei torrentis ſubterlapſu terrę fruſtum ambitus ferme paſſuum octoginta ſubſidit, magno ruſticorum timore, qui in viciniis degebant, vineas excolentes. Ann. Xpi. 1635

XXX. Sequenti Auguſto, in valle de Roſellis ſubterfluere incendia ex fumo, & calore deprehenſum, quę tamen brevì extincta. Die ejuſdem duodecima levis Catanæ terręmotus, qui validiſſimus Meſſanę extitit, domoſque aliquot ſubruit, non Ætnę quidem, ſed aliis naturę occultis cauſſis adſcriptus. In *Fleri* porro regione ſub idem tempus ſubterlabi ignem, ſed lento curſu, erumpens per lapideam ſuperficiem fumus ſatis indicabat; Decembris initio ſuper Vallem *Hederæ* manifeſtò ſeſe prodens, iter contra Pedaræ pagum incendium contendit, aggereſque ſupergreſſum, non levia vinetis, atque arboribus eo in loco conſitis, intulit damna. Tunc *Triſoglietti* vertex, occluſus; aſſiduè verò ſuprema montis caverna fumi globos emiſit.

XXXI. Anno MDCXXXVI menſibus Januario, ac ſequentibus effluxit quidem, ſed levi agrorum jactura incendium, quamvis ſopitum nonnullis quan- 1636

doque

Ann. Xpi. 1636 doque crederetur, ad quartum uſque Kal. Julii, quo penitus quieſcere viſum eſt; Sed ad Majum anni MDCXXXVIII. fumus à ſummo vertice pene indeſinenter erumpens æſtuare nihilominus intra Montis viſcera flammas apertiſſimè demonſtravit. Hęc ex Petro Carrera, uti diximus, in deſcriptione Ætnæ montis excerpta, atque ex memoriis Hiſt. ubi omnino otiari incendia, minimè ſe credere affirmat, ut eventus probavit.

XXXII. Inter hęc Franciſci Amici operâ in Eccleſia S. Mariæ de Auxiliis ſacra Presbyterorum Congregatio fundata eſt. Tum Aloyſii Moncadæ Montiſalti Ducis, ac Siciliæ Proregis, quem Civitate donatum ſupra vidimus, decreto proviſum, ut urbis noſtræ Patres Conſcripti ab omni *ordinaria*, ut ajunt, poteſtate exempti, uni Proregi, ac Magnæ Curiæ Tribunali ſubjecti haberentur. Tum ex aliis literis Idibus Auguſti MDCXXXVI. Panormi obſignatis rurſus cautum, ut ex Inſulæ Magnatibus aſſumeretur, quiſquis loco Principis Catanam cum poteſtate eſſet extra ordinem delegandus. Denique decimo Kal. Junii MDCXXXVII. ejuſdem Aloy-
1637 ſii mandato, ut publici Catanenſis Academiæ Profeſſores Laureæ Magiſtralis privilegium in alio quovis Gymnaſio obtentum exhibere teneantur, definitum, atque alia ad ejuſdem Catanæ Gymnaſii incrementum ſunt conſtituta. Prorex hic Catanam aliquando, & ipſe divertit, exceptuſque à noſtris ſummis lętitiæ ſignis, Eccleſiæ, Urbiſque privilegia, ac jura in majori Baſilica ex more ſanctè ſervare promiſit.

1638 XXXIII. Jamvero, poſtquam annos ferme quinque Catanenſis Cathedra vacaſſet, illi pręficitur Octavius Brancifortius, genere, moribus, ac ſcientiâ Illuſtriſſimus, qui Regi Philippo dudum à Cubi-

 Ann. Xpi. 1639
culo, mox Cephalædenſis Antiſtes inclaruit, na-
ctuſque novæ ſedis poſſeſſionem IX. Kal. Maji
MDCXXXVIII. non diu poſt, pridie Nonas ejuſdem, non
expectatus Catanam venit. Ejus prima cura Theologalis *Præbendæ*, ut dicunt, in Cathedrali Templo inſtitutio, quam S. T. D. Franciſco Corteſio Catanenſi ad id muneris aptiſſimo contulit, inde ad Epiſcopales ædes reficiendas ſe convertit. Per idem tempus, dum Cœnobii S. Benedicti Eccleſiam Stauguſtius Moniales molirentur, in veterem S. Stephani inciderunt, cujus inter ædificia Græca hæc Epigraphe inventa, quam Cajetanus latinè verſam exhibet. *Inſtauratum eſt pervenerandum, ac Divinum hoc Templum Protomartyris, & Archidiaconi Stephani à Piiſſimo Sacerdote Archadio Menſe Majo, Anno Sexmilleſimo Septuageſimo nono.*

XXXVI. Amenani fluminis aquæ, quum per annos ferme XII defeciſſent, Menſ. Martio MDCXXXIX. erumpentes, magna cives lætitia affecerunt, ut Carrera teſtatur. (a) Auxit illam Franciſcus de Mello Aſſummarii Comes, qui Aloyſio Moncadæ ſucceſſerat, præceſſorũq; veſtigiis inhærens anno eodem urbis noſtræ Privilegia, atque Academiæ Jura rata habuit Meſſanæ, ſexto Idus Martii, ac Regias etiam literas Matriti XIV. Kalend. Februarii obſignatas, quibus, ut in officio Judicis Magnæ Curiæ Catanenſi Electo Civis ſubrogaretur, Philippus ſanxerat, ſuo calculo firmavit. Coactis mox Regni Comitiis Meſſanæ, ac publici urbis noſtræ Ærarii preſſuram, ex ingenti Incolarum defectu, intelligens, ſtatuit Franciſcus non diu poſt, Panormi, ſexto Kalend. Februarii, MDCXL, ut obæratis impune liceret Catanæ domicilium figere per decennium; Subinde Catanenſi Legato conceſſit, ut coram Principe, non ſecus, ac Regni Proceres, Pa- 1640

(a) Lib. 3. c. 18

normi,

Ann. Xpi. 1640 normi, ac Meſſanæ Nuncii, pileatus incederet, quod etiam in Comitiis fuerat poſtulatum. Jam vero, quum ingruentibus belli malis, exhauſtiſque Regiis Theſauris, undique conquirendæ pecunię Prorex navaret operam, Pagos, vicoſque Catanæ divendere conſtituit. Quod, ut noſtris innotuit, omnem movere lapidem, totiſq; ne id fieret, viribus incumbere; irrito tamen conatu; hoc ipſo anno *Vię grandis*, & *Trium caſtanearum* Pagi pro ſumma aureorum triginta millium Dominico Joanni Meſſanenſi *loco pignoris*, ut ajunt, mancipantur.

XXXV. Sub idem tempus Epiſcopali ædi, quam ampliandam ſuſceperat Octavius Pontifex, coronis impoſita, hinc olim marmorea Tabella, hęc referens, videbatur eidem appicta: *Partem hanc Ædium Cęlo, regione, & auris ſalubriorem, cęteris aut ignotam, aut deſpectam, Octavius Brancifortius Epiſcopus ſuæ, & ſucceſſorum commoditati hilariori, & quietiori uſui amplificavit, nobilitavit. Anno* MDCXXXX. Pomarium quoque ad mille circiter paſſus ab urbe ad ſolſtitium æſtivum, fontibus, & aquario præcipuum, aſpectuque delectabile, ſumptu non modico Octavii operâ conſtitutum; juxta illud Eccleſia S. Michaeli Archangelo excitata, Carmelitis Excalceatis ſub S. Tereſiæ inſtituto poſtmodum
1641 tribuitur. Tum ad divini cultus augmentum Archidiaconi dignitatem in Cathedrali Baſilica dudum abrogatam, reſtituendam Pontifex curavit, aureis xxv. ex Epiſcopali menſa pro dote aſſignatis, germanumque fratrem Aloyſium, qui Amalphienſis poſtea Præſul fuit, eo munere cohoneſtatum voluit anno MDCXLI. Erat ea dignitas, ut alibi diximus, in noſtra Cathedrali antiquiſſima, cui & juris dicendi poteſtas, in iis præſertim, quæ feſtorum obſervantiam ſpectant, etiam adnectebatur;

ſed à Pio V. ſublata, ex Octavii reſtitutione, quin- 1643
tum poſt alias obtinet locum. Hodie Archidiaconus choro non intereſt, niſi in ſollemnioribus feſtivitatibus, quum Epiſcopus ſacra peragit, habet tamen vocem in Capitulo.

XXXVI. Anno MDCXLIII. Octavo Jdus Aprilis, in quem diem feria II Reſurgenti Domino ſacra incidit, Octavii Adminiſtri Senatorium Stragulum, ſedeſque in area *Conſolationis* coram populi multitudine, qui ad ſollemnitatem convenerat, auſu temerario everterunt. Id Pontificis juſſu factum, maximum Urbis Procerum, omniſque ordinis Civium illi odium conciliavit; acres idcirco contentiones exinde exortæ, quas nec temporum viciſſitudo, nec Principum authoritas compeſcere umquam potuit. Hinc apud Scordiam Fratris ditionem primo, tum Panormi ſeſe Octavius continuit; Acim deinde ſedem fixit. Ex ea Urbe Proregis authoritate fretus, Catanam Translationis S. Agathæ feſtum XVII. Auguſti celebraturus venit; At Senatus ſacra, ea die, perſolvere Tutelari, ac Patronæ recuſavit, ne Præſuli morem gerere videretur, Acim idcirco ille ſubito remeavit, unde Romam contendit. Die VIII. Decembris ſollemne feſtum Virginis Deiparæ abſque peccati macula Conceptæ ex voto Catanenſes celebrarunt; ejuſdemque ſignum affabre elaboratum, ſupplicatione inſtituta, triumphali pompa per Urbem convexere. Sub idem tempus Joannes Alphonſus Enriquetius de Cabrera Muticæ Comes, Magnus Caſtellæ Talaſſiarcha Siciliæ Prorex Catanam divertit, pauciſque diebus in ea commoratus, firmatiſque de more Privilegiis, diſceſſit.

XXXVII. Comitia urbana anno MDCXLV. 1645
coguntur, in quibus ad primæva Catanæ jura pa-

gos

Ann. Xpi. 1646 gos revocandos, auro emptoribus exſoluto, decernitur; novum hinc ſibi vectigal, ad illud conflandum, ſponte Cives imponunt. Non diu poſt redux ex Urbe Octavius Pontifex Acim contendit XVIII Kalend: Julii, ubi ſeptimo poſt die apoplexià correptus, è vivis abiit, in majori ejuſdem opidi templo ſepultus, tumulo marmoreo deinde, atque inſcriptione honoratus. Fuit acris ingenii vir, librumque de *Animorum perturbationibus* varia eruditione refertum compoſuit, ac typis edidit. Aliud paraverat opus, *Mercatus Eloquentiæ* titulo inſignitum, quod evulgare morte interceptus non potuit. Dives illi fuerat Bibliotheca, quæ maxima cum jactura periit. Vacavit ſedes annis quatuor.

1647. XXXVIII. Anno MDCXLVII. infimæ plebis ſeditione univerſa pene Sicilia agitatur; magna quippe annonæ caritas, quæ ubique per inſulam ſuperiori anno ad meſſem uſque præſentis, populos afflixerat, nec Urbi noſtrę, cujus ager alioqui feraciſſimus, pepercerat, vulgi inſolentiam adeo auxit, ut in civilem, cruentamque demum eruperit diſcordiam. Tumultum adverſus Magiſtratum Meſſanæ excitum menſe Novembri Proregis præſentia compreſſerat; Diuturniores Panormi motus, quos importuna Prætoris ſolicitudo accenderat, hoc anno demum vix conſopiti, quum Catanæ, repente veluti morbo, ſeditiò exarſit, authore quodam Hieronymo Giuffrida, qui Cotugnus prænomine appellatus, profeſſione Sutor, vir effrons, novarumque rerum cupidus, adverſus nobiles, ac Urbis proceres vexillum erexit, ſocioſque complures ſibi adſcivit populares. Sexto igitur Kalend: Junii, die Lunę, hora circiter XVII in aream ante Senatus ędes viri ferme quinquaginta deſcenderunt, ab aliis, qui biduo ante in templum S. Marię à Tyn-

daride

 Ann. Xpi. 1647

daride occultè convenerant, miſſi, vociferantes, ut vectigalia omnia tollerentur, vitamque Regi imprecantes. His ſubinde & alii adjuncti ſunt, armis etiam inſtructi, quorum numerum veriti Patres Conſcripti, fugâ ſibi conſulentes, rei exitum opperiebantur. Interim Cæſar Tornanbenius Maleficiorum Quęſitor, quibuſdam nobilibus viris comitatus, equitans per urbem, compeſcere turbas nitebatur, blandiſque verbis vectigalia jam eſſe ſublata edicebat; Seditioſis autem nihilo ſecius tumultuantibus, vitę ſibi periculum imminere ratus, receptui cecinit cum ſuis. Hinc illi veluti amentes, Patritii Archivo ingenti cum jactura incenſo, flammiſque etiam Juſtitiarii, ſeu *Capitanialis Curiæ* libris traditis, parum abfuit, quin omnes Senatus tabulas peſſum darent; Ad cuſtodias inde converſi, effractis foribus, vinctos in libertatem aſſerentes, eoſdem in ſocios adſciverunt, atque ad Arcem progreſſi, vinctos etiam poſtularunt. Mox *Pontuni* portum adeuntes, portam ferream, quam ex Africa Carolus Cęſar Catanam deſtinaverat, incenderunt, unde ad Acis portam deſtruendam convolarunt, ibique adverſaria ad vectigalium cuſtodes ſpectantia in cinerem redegere.

XXXIX. Neque his contenti *Joſephum Incontrum, & Philippum Mancarellam* populares, Senatores adlectos, una cum Jacobo Gravina Patritio equitare per Urbem compulerunt, Vincentio Raymondetto, & Carolo Gravinę nobilibus Magiſtratu abrogato. Nocte, ut eorum petiones à Patribus Conſcriptis, viriſque nobilibus firmarentur, audacter petiere, quorum votis ab Incontro ſatisfactum; Subinde à Ditioribus pecuniam ad xxxiv Aureorum millia extorſerunt, quam fideliter, ut populi, Urbiſque neceſſitatibus inſerviret, penes Ludovi-

cum

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1647 cum Anſalonium reponendam v. Kalēd: Junii curarunt. Sequenti die Nobiles, ut in aulam Seminarii convenirent, minis adigere effrons plebs neutiquam verita, illos ad quintam noctis horam eo loci concluſos, proximumque opperientes vitæ finem, liberos tandem ad propria dimiſerunt. Pridie Kalend. Junii Bernardus quidam equeſtris ordinis annos circiter XIX. natus, juvenili imprudentia Seditionis Dux factus, populo, atque Urbi univerſæ præeſſe cępit, ac propugnaculo, quod Magnum appellant, potitus, Urbis claves ad ſe deferri juſſit; publicis Adminiſtris exauthoratis, patibulis in foro Lunari erectis, quoſdam tormentis addixit, alios carceri mancipavit, quos inter Franciſcum Tornanbenium, & Vincentium Paternionium Raddufæ Dynaſtam, qui, quas ſecum habebat Proregis Epiſtolas deglutire maluit, quam Principis ſecreta ſibi commiſſa revelare. Hos capitali pęna brevì à ſe damnandos dictitabat; Verùm, religioſis viris agentibus, non diu poſt libertati aſſeruit.

XL. Inter hæc Hieronymus Giuffrida hac illac per Urbem diſcurſans, ſtipatus ſociis, ac magna puerorum manu, ligna, aridaque ramalia geſtantium, nunc uni, nunc alteri excidium minitabatur; acervoſque ex iiſdem ramalibus in area fori Lunaris, ac prope Decimę portam, ut preſto eſſent ad incendia excitanda, ſtatuerat. Perſtitit porro hęc rerum facies ad quartum Kalend: Julii, quo efficaciſſima oratione in Cathedrali templo, à pio quodam Viro ex Minoribus Reformatis, è ſuggeſtu recitata, adeo quorumdam animos pacis ſtudium inceſſit, ut de ſedandis turbis ſerio cogitarent. Id, ut proceribus innotuit, conjunctis viribus contra rebelles ducere, atque in ædes Senatus convenire ſtatuunt. Quęſitor Maleficiorum Tornanbenius

milite

milite inſtructus, eques per Urbem graditur, omnium animos erigit, atque ad hoſtium excidium hortatur. Hinc Franciſco Cicalę, qui tumultuantium decurio, Patres Conſcriptos contumeliis afficere coram non erubuerat, enſe primùm, mox igneo globulo ab Oratio Paternionio S. Juliani Dynaſta ad mortem percuſſo, ante eaſdem ædes caput abſcinditur. Tum Bernardi tamquam publici hoſtis morte decreta, interfectoribus oblata cujuſque delicti venia, atque aureorum centum mercede promiſſa, exploſiſque ab agmine Nobilium tormentis contra eumdem Bernardum, ac ſocios, inſtructa acie ad Cicalæ mortem vindicandam properantes, iiſque in fugam actis, Urſinæ Arcis majora tormenta bellica contra propugnaculum S. Salvatoris, vulgo Magnum appellatum, diriguntur, ictibuſque non intermiſſis ſeditionis aſylum quatitur. Opportunè porrò Joſeph Specialis Balliſtarius ejuſdem propugnaculi tormenta adactis clavis obſtruxerat, ineptaque ad ignem concipiendum reddiderat. Animo itaque dejecti Rebelles, hac, illac diffugiunt, perque muros rete concluſum Bernardum dimittunt, phaſelum ad id paratam inſcenſurum, ut Inſulâ cum ſuis excederet. Verùm, quum incendiariis balliſtis ex arce littora continuò peterentur, fugâ deſperatâ, inter perrupta ſaxa, cryptaſque, pone S. Franciſci de Paula Cœnobium, ſeſe occulere, dum ille cogitat, ab Jacobo Platamonio, qui diu ob patratum facinus patriâ exulaverat, interceptus, capite truncatur. Interim Cęſar Tornanbenius Maleficiorùm Quæſitor Nicolao, qui Nautarum agmen in ſeditione duxerat, aliiſque quatuor, ejuſdem ſociis cervices abſciderat, factuſque obviam Platamonio Urbem è porta ferrea ſubeunti, unà cum eo ad ædes uſque Magiſtratus

haſtis

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1647 haſtis defixa Rebellium capita populo in victoriæ ſignum oſtentans, equitavit.

XLI. Urbe ad priſtinum ordinem revocata, propugnaculis receptis, Epiſtolas ad Proregem Senatus dedit, deque rei eventu illum edocuit; Prorex eaſdem ad Regem deſtinavit, unaque Catanenſium fidem conteſtatus, quoſdam, qui egregiè pro Patria operam navarant, eidem commendavit. Tum venia, atque impunitate, denis exceptis, impertita, Civium quieti conſulere quum vellet, aſſumptos è populo Senatores confirmavit, ac Ludovicum Anſalonium Maleficiorum Quæſitorem Kal: Novembris delegit. Quarto Nonas ejuſdem menſis, quorumdam è plebe nondum ſedatis animis, Nobilium, qui in ſacram Beati Martini ædem, ad juſta defunctis fidelibus de more exſolvenda, convenerant, decretum excidium; verùm conjuratione detecta, ad octavam uſque noctis horam armis inſtructi Proceres in aula Senatus perſtitere; neque ultra aliud, à populo tunc intentatum. Anno au-
1648 tem MDCXLVIII. Quarto Idus Februarii hora vigeſima Hieronymus Giuffrida, aliquot infimæ plebis hominibus ſociis ſibi adſcitis, ſopitum ſeditionis incendium ſuſcitavit, bellicum tormentum è propugnaculo aſportatum in Templi majoris area ſtatuit, Procerum, ac Nobilium minatus exterminium, qui in proximos idcirco pagos ſequenti nocte fugâ ſibi ſalutem quæſierunt; Patres verò Conſcripti, ipſique Incontrus, & Mancarella Populares in Fratrum Minorum S. Mariæ & Jeſu extra mœnia Cœnobium ſeſe occultè recepere. Poſtridie pauci, qui coiverant, paſſim dilapſi, Hieronymi aſtus eluſere; hinc ille ſpe fruſtratus ſua, adeo Panormi cum ſuis apud Proregem valuit, ut abrogato Ludovico Anſalonio imperio, VIII. Idus Aprilis Antonium

Digitized by Google

Biſignani Dynaſtam Neapolitanum Catanam cum poteſtate Princeps ablegaret. Ann. Xpi. 1648

XLII. Antonius in plebem propenſus, eique occultè ſtudens, ut in nova Magiſtratus electione Popularibus Senatoria dignitas rurſus deferretur ab eodem Prorege obtinuit, novaſque idcirco Scrutinii leges condendi curam ſibi aſſumens, Principi mox firmandas obtulit. Quinto igitur Kalend. Julii Franciſcus Rizzarus Patritius, Alphonſus Paternionius, Cæſar Anſalonius, Vitus Amicus, & Joannes Baptiſta Guerrerius ex nobilibus, Jacobus Gemma, & Franciſcus Guglia ex Popularibus Senatores adlecti ſunt. Poſt paucos verò dies fortè fortuna ab Hiſpanis militibus Biſignano interfecto, Guerrerius inter Patres natu major quæſitoris Maleficiorum munere donatus, Septembri ineunte, Andreæ Gregorio locum ceſſit. Huic demortuo rurſus Guerrerius, Prorege jubente, fuit ſubrogatus, qui Hieronymũ Giuffridam, Cotugnum appellatum, ejuſque filium, ac Jacobum Aleſſium dudum in carcerem truſos, laqueo ſuſpenſos digno ſupplicio mulctavit. XIX. Kalend. Februarii MDCXLIX. Exinde Populares Senatores ſibi timentes in publicum prodire minimè ſunt auſi. 1649

XLIII. Nec diu poſt, nono Kalend. Martii Theodorus S. R. E. Cardinalis Trivultius Siciliæ Prorex ſollemni pompa exceptus, Catanam venit, ac in S. Nicolai Benedictino Cœnobio per dies aliquot verſatus eſt. Ad Principem S. Agathæ eodem progreſſus, ejuſdem B. Virginis Sacra lipſana veneratus, torque aurea ab Urbis Proceribus donatus; mox quinto Kalendas ejuſdem, Popularibus exauthoratis, ut è cętu Nobilium integer Magiſtratus, veteri conſuetudine ſervata, conflaretur, pręcepit. Subinde Philippus Rex ob pręſti-

tam

tam in compeſcenda ſeditione ſtrenuam operam, Catanæ Senatum ſuis literis commendavit; Cæſarem Tornambenium tunc *Juſtitiarium*, Oratiumque Paternionium Cicalæ interfectorem variis honoribus affecit, demum, ut Specialis Balliſtarius ſtipe annua donatus, viris Patritiis accenſeretur, voluit. Jamvero in Catanenſem Antiſtitem Marcum de Leon, & Cardenas Ordinis S. Auguſtini Puteolanum Pontificem ab anno MDCXLVIII. idem Rex deſignaverat; Sed hic antiquam Eccleſiam, quam per annos ferme XX adminiſtraverat, novæ quamvis ditiori præferendam minimè cenſuit.

CAPUT IV.

CATANA SUB AUSTRIACIS

Ab anno MDCXL. ad MDCLXXVIII.

Ann. Xpi. 1650 I. TRanslatus è Cephaledenſi Sede Marcus Antonius Guſſius, Siculus Nicoſienſis diu viduatam Catanæ Eccleſiam regendam ſuſcepit anno MDCL. ejuſque poſſeſſionem Nonis Septembris adeptus ſexto Kalend: Novembris Urbem adiit, ac de commiſſi gregis ſalute ſolicitus, quaſdam ſtatim leges edidit, Clerum reformavit, moribuſque egregiis omnes ſibi devinxit. Fuerat noſter Pontifex Regius Sacellanus, Abbas Sanctæ Mariæ de Mandanicio, dehinc S. Michaelis Archangeli Troynenſis, Cephaledii Antiſtes, annoque MDCXLVIII, Regni Comitiis Panormi coactis præfuit, necminus virtute, quàm genere illuſtriſſimus effulſit.

1652 II. Anno MDCLII. oblatis Regio Ærario aureis nonaginta ſeptem millibus, ac quincentis Ur-

Digitized by Google

bis noſtræ nomine exolvendis Veſpaſiano Trigo- *Ann. Xpi.*
næ, Dominico de Joanne, & Joanni Andreæ Maſ- 1652
ſæ, qui totidem pro Catanæ Suburbiis ſibi vindicandis numeraverant, S. P. Q. Catanenſis ab Andrea Ferrerio Arcis Urſinę Præfecto ſollemni pompa, plaudentibuſque Opidanis, in eorumdem poſſeſſionem menſe Majo inductus eſt. Enituit quammaximè Marci Antonii Pontificis in re tam ardua erga noſtros propenſio, ac ſolertia; Provinciam enim in ſe ſuſcipiens, Panormi, nullis parcens laboribus, aut expenſis, apud ſuprema Regni Subſellia cauſſam egit, omniaque ad votum obtinuit. Redux amantiſſimus Præſul S. Agathę Monialium Cœnobium dudum ab Eraſmo Cicala fundatum, ſed ad hęc uſque tempora Alumnis deſtitutum, illatis in ipſum Eliſabeth Cicala, Eraſmi Sorore è Sanctiſſimæ Trinitatis Clauſtris, & Maria Magdalena Fimia è Portus Salvi Monaſterio eductis, cum duodecim puellis ſub S. Benedicti regula, rituque ſollemni ejuſdem Eccleſia benedicta, fauſtiſſimis auſpiciis, atque ingenti totius Urbis lętitia XVII. Kalend: Octobris perfectum voluit.

III. Poſt menſes aliquot Leander Guſſius 1653
Epiſcopi Germanus frater, ejuſque Uxor, infans filia, ac duę famulæ impiè ab Antonio nepote in ipſo Epiſcopali palatio occiſi ſunt. Fertur, Antonium, quum Amitæ amore deperiret; ab honeſtiſſima Matrona repulſam paſſum, vindictam animo conceptam diſtuliſſe. Servi tandem ope XVI. Kal: Auguſti intempeſta nocte in avunculi ædes irrumpens, Leandrum ſuo jacentem lectulo, nec quidquam talia cogitantem, primò confecit, dehinc in caſtiſſimam fœminam, quæ ſeſe cum parvula, ac lactente filia occuluerat, ejuſdem infantis voce proditam, deſævit, ac famulas denique, ne alicui

facinus

Ann. Xpi. 1653 facinus innoteſceret, occidit. Verum leviſſimi vulneris, quo ſe ipſum in dextera, alios mactando, affecerat, proditus, excidii ſtatim ab omnibus inſimulatur. Heroica virtute Præſul Parricidam aliquandiu ſubduxit, quæſitumq; ad næcem, ut evaderet, conſilio, ac pecunia juvit; ſed in fuga prope Symæthi fluminis oſtia, dum ad navem Antonius, equa velociſſima vectus conſcendendam, properaret, hac de repente mortua, à concurrente plebe interceptus, Judicum ſententia capitis abſciſſione, pridie Idus Octobris, anno MDCLIII. in foro Lunari delicti pœnas dedit. Per idem tempus Amenani aquæ erumpentes domos, areas, ac publicas Urbis ſemitas occuparunt, infectoque aere, non levia damna Civibus intulere, quorum complures immatura morte ſublati ſunt. Ad hęc malum mox & aliud acceſſit, Ætnę Montis Incendium.

1654 IV. Pręceſſere mugitus, ac terræ concuſſiones, teterrimuſque è ſummo vertice fumus, mox ex eodem cratere ignis exſiliens Brontis opidi fines invaſit. Jncolæ ſubacti metu, Catanam accurrentes, ut Divæ Agathæ ſacra lipſana ad malum avertendum impetrarent, ab Epiſcopo, & Magiſtratu ſericam illam veſtem, quâ thaumaturgum Virginis velum tegitur, dono acceptam, magnâ fiduciâ ſecum reportantes, igneo torrenti oppoſuere, pręſentemque opem, incendio penitus conſopito, experti ſunt. Hoc ipſo anno menſe Julio, Suburbia olim divendita, rurſumque, ut vidimus, à noſtris vindicata, tandem Rege volente, ſummo Civium diſpendio, exteris Proceribus ceſſere. Ubi vero terrenis opibus ſeſe deſtitutos Catanenſes advertunt cœleſte ſubſidium ſibi comparare ſatagentes, ſequenti anno, XIII. Kalend. Junii, in quem diem Sacrum Pentecoſtes feſtum tunc incidit, ſollemni

voto

voto nuncupato in ſingularem Urbis Patronam Deiparam Virginem ſine originali labe conceptam delegerunt; Exinde Magiſtrali laurea in publica Catanenſi Academia donandi, Immaculatam ejuſdem Virginis Conceptionem profiteri, ac propugnare, fidei profeſſionem de more emittentes, voti ſacramento ſeſe obſtringunt. *Ann. Xpi.* 1655

V. Proximo Autumno, xv. Kalend. Decembris ſacra *Capuccinorum* ædes, in qua diviniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum pro quadraginta horarum oratione publico fidelium cultu colebatur, fortuito incendio conflagravit, ac ſuppellex omnis Eccleſiaſtica, ara ipſa, ſpecieſque Sacramentales conſumptæ ſunt. Non abſimili quoque exitio poſt biennium Sanctæ Agathæ, majoriſque Templi Sacrarium igne vaſtatum, ac pretioſa queque in cinerem redacta. 1657 Anno MDCLVIII. Joſepho Caffarello Catanenſis Senatus partes apud Hiſpanias agente, Philippus Rex pridie Idus Februarii aliquot Urbis noſtræ Privilegia ſuis literis Matriti obſignatis confirmavit, atque inviolatè ſervanda ſanxit. 1658 *Ut Catanenſis nempe Academiæ in facultate medica Laureati Regni Archiatri examini nullimode ſubdantur; ut nulli liceat quemquam è Conſcriptis Patribus, abſque ſuprema Proregis auctoritate, in Judicium evocare; neve contra incolas, aut Cives Catanenſes Commiſſarios, ut ajunt deſtinare; Denique, ut publici Scrutinii vulgo Buſſuli leges examuſſim cuſtodiantur.* {*a*} Regium hoc Reſcriptum Petrus Martinez Archiepiſcopus Panormitanus, tunc Siciliæ Prorex XVII. Kalend. Novembris ſuo calculo etiam probavit.

(a) Ex Regeſt. Privileg.

VI. Decimo Epiſcopatus anno Marcus Antonius Guſſius, poſt multa edita paſtoralis vigilantię, atque eximię virtutis facinora, è vivis ereptus, 1660

quinto

Ann. Xpi. 1661 quinto Nonas Julii, in plano Cathedralis Baſilicę, ante SS. Euchariſtiæ ſacellum, ut ipſe mandaverat, humatur, à cujus morte Franciſcus Amicus ſuperiùs laudatus rurſus Generalis Vicarii, totius Capituli voto, munus obivit. Poſt Guſſium Camillus Aſtallius nobilis Romanus S. R. E. Presbyter Cardinalis tituli S. Petri in Monte Aureo, Rerum Eccleſiaſticarum in Romana Curia olim adminiſtratione clariſſimus, ex Regis Catholici nominatione, Catanę ſacras infulas aſſecutus, tertio Kalēd: Decembris ſollemni pompa ab univerſo Clero, Magiſtratu, ac Populo extra Acis portam effuſo, exceptus eſt, atque ad Princeps Templum deductus. Eluxit in Camillo ingens morum gravitas, pari comitate conjuncta, Eccleſiaſticę diſciplinę zelus, ac paſtoralis ſolicitudo, adeout ipſe, ſacras ſuorum Subditorum confeſſiones exciperet, verboque doctrinæ paſceret; Quin etiam, inſtituta in ſuis ędibus moralis Theologię Academia, ſingulis hebdomadis, inter Miſtas ſcholaſticis exercitationibus interfuit, illorumque ſtudia præmiis, ac pollicitationibus fovit. Dięceſim ſequenti anno luſtravit, legibus ſanctiſſimis Cleri, ac Populi mores compoſuit, atque ab Romano Pontifice, ut S. Agathæ feſtum per univerſam Siciliam ritu, ut ajunt, duplici celebraretur, obtinuit. Verùm, quum majora ab illo expectarentur, fato immaturo, xx. die
1663 Decembris MDCLXIII. ereptus, nobili funere, epigraphe, ac ſepulchro meruit honorari: En illam: *Camillo S. R. E. Cardinali, Aſtallio, Domicello, Romano; Qui ab Innocentio X. Pont. Max. in Ap: Cam: Clericum, in Purpuratorum Senatum, in Pamphiliam gentem adſcriptus, Legatus Avenionenſis, & Pontificiæ Ditionis Adminiſtrationi Præfectus, Philippi IV. Hiſpaniæ* Regis *Benignitate*

tate

tate Epiſcopus Catanenſis, Regnorum Neapolis, & Siciliæ Protector. Obiit Catanæ publico luctu Anno Ætatis LII. Sal. MDCLXIII. Tiberius Sambuci Marchio Fratri meritiſſimo poſuit. Ann. Xpi. 1664

VII. Proximo anno, Xaverii Gravinæ è Catanenſibus Patritiis, Equitis Jeroſolymitani, Naviſque Regiæ Præfecti opera, literas dedit Philippus Hiſpaniarum Rex Duci de Sermoneta Siciliæ Proregi, quibus urbis noſtræ firmans Privilegia, *Illuſtris* titulo condecorandum deinceps Catanenſem Senatum perſcripſit, ſexto Kalend: Novembris, ac Panormitano, & Meſſanenſi omnino æquandum voluit, hæc inter alia ſubdens: *Attendentes igitur urbis Catanæ antiquis Privilegiis, ac ingentibus ſervitiis Nobis præſtitis, & quod ex ea major pars nobilium Regni hujus originem duxerit, &c. Volumus, ut quoties ejuſdem Urbis Senatui à noſtro Prorege, aut quocumque alio Tribunali ſcribi contingat, Illuſtris titulo ille condecoretur, eiſdem prorſus tenore, & forma, quibus noſtris Panormi, & Meſſanæ Civitatibus ſcribi conſuevit, abſque ulla omnino in aliqua differentia, & ita præcipimus, & mandamus &c. Dat. Matriti die XXVII. Octobris, &c.*

VIII. Ejuſdem Principis voluntate, in Demortui Pontificis locum Michaelangelus Bonadies Siculus Sambucenſis, Ordinis Minorum, quos Reformatos appellant, eximius Theologus, ac Generalis etiam Miniſter, Catanenſibus Præſul deſignatur; Qui quinto Nonas Maji MDCLXV. ab Romano Pontifice per manus Franciſci S. R. E. Cardinalis Barberini conſecrationis munere donatus, Sedem ſuam XI. Kalendas Julii adiit, ac paſtorali curæ non ſegniter incumbens, omnium venerationem, atque amorem ſibi conciliavit. Biennio poſt feſtum 1665

ſol-

Ann. Xpi. 1668 lemne Beatæ Virginis Mariæ de Sacra Epiſtola Catanæ ingenti pompa celebratum, eaque occaſione cum nobili Meſſanenſi Urbe ſacra ſocietas inita; Templum denique ſub eodem titulo in Deiparę honorem extructum, ubi Artium, & Medicinæ Profeſſorum ſodalitas ſubinde coivit. Mortis interim noſter Pontifex memor ſepulchrum è marmore affabre elaboratum ſuis cineribus paravit, dehinc luſtratis Diœceſis ſuæ finibus, Synodum indixit, ac die XI, & ſequentibus menſis Maji MDCLXVIII. bonis omnibus plaudentibus, abſolvit; Ejuſdem ſanctionibus priſtino ſplendori Clericorum ordinem reſtituit, plebis mores corruptos reformavit, abuſus irreptos ſubſtulit, omnibuſque præclarè conſuluit. Habes hanc Synodum typis vulgatam. Per idem tempus Carolus II, qui Philippo Patri ſub Matris tutela in Regnis Hiſpaniarum, & Siciliæ ſucceſſerat, tertio Kal. Septembris ex literis Matriti ſcriptis, ut ex proventibus Catanenſis Epiſcopatus Aurei tercenti Regiæ S. Petri Cappellæ in Panormitano Palatio per annos ſingulos penderentur, præcepit.

IX. Inſequens Annus ob Ætnæ montis in-
1669 cendium nulli alteri comparandum, urbi noſtrę memorabilis. Illud fuſiori calamo Thomas Tedeſchius, Franciſcus Monachus, Carolus Mancinius, Vincentius Auria, ac noviſſimè Joannes Andreas Maſſa in ejus montis deſcriptione vulgarunt; Sed prętat præ aliis Alphonſi Borelli enarrationem hic exſcribere, qui poſtquam alias Ignis eruptiones, retroactis ſęculis celebres, memoraſſet, ſubdit: „Et hæc ab aliis accepimus, referam modo ea, quæ „acciderunt anno præterito 1669. (dum in altiſ„ſimo Ætnę orificio, ſeu cratere nulla fumi, aut „flammarum ejectio præter conſuetam apparuiſſet, & in

„ & in hoc ſtatu quietis perſeveraſſet uſque ad „ diem 25. Martii} viſus eſt die 8. Martii, hora u„ na ante ſolis occaſum, primò in Oppido Pidarę, „ & in aliis locis propinquis aer ſuboſcurus, & fu„ ſcus, ut contingit in Eclipſibus ſolaribus non „ totalibus. Paulo poſt occaſum ſolis, inceperunt „ terręmotus ſatis frequentes, ſed ab initio debiles, „ qui ſucceſſivè majori vi terram concutiebant, uſ„ que ad diem XI ejuſdem menſis; ſed tales terrę „ concuſſiones non æquè percipiebantur in omni„ bus proximis Oppidulis; maximè omnium excu„ tiebatur Oppidulum Nicoloſi, cujus habitatores „ non poterant ſtantes perſiſtere, quo uſque hora „ meridiana, domus, & ædificia ejuſdem loci pror„ ſus dejicerentur, explanarenturque. Mirandum „ etiam ſpectaculum ſeſe obtulit mane ejuſdem „ diei XI; aperta eſt enim ingens, & prolixa ter„ ræ ſciſſura ingenti ſonitu, ac ululatu, cujus lon„ gitudo duodecim millia paſſus ferè æquabat, la„ titudo verò inæqualis, quinque, vel ſex pedes non „ ſuperabat, extendebaturque itinere aliquantulum „ tortuoſo, ſed à meridie verſus Septentrionem, a„ ſcendebatque à planitie S. Leonis {vulgo, San „ Lio} verſus ſupremum craterem uſque ad pla„ nitien. collis vulgo dicti Montefromento; diſtat„ que prædictus terminus à cratere ſupremo mil„ le paſſus, ejuſque oppoſitus terminus, & infimus „ ab urbe Catana duodecim milliaria. Profundi„ tatem prædictæ ſciſſuræ ingentem eſſe oportuit; „ projectis enim parvis lapidibus, ex ſonitu ęgre, „ aut malè percepto, quanta fuerit, aſſequi nemo „ potuit. Præterea eodem mane duabus horis an„ te exortum ſolis, apparuit illuſtris ſplendor ſu„ pra eamdem ſciſſuram in eadem planitie S. Leo„ nis, forſan ex eo, quod tunc temporis exhalatio-

Ann. Xpi. 1669

nes

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1669 „ nes ignitæ grandi copia ab eadem ſciſſura in a-
„ erem evolarunt.

X. „ Poſtea hora XI ejuſdem diei poſt fre-
„ quentes, & ingentes terremotus, & concuſſiones
„ diſciſſa, & diſrupta montis cute, vorago adaper-
„ ta eſt in planitie ſalebroſa infra collem, quem
„ vocant della Nocilla, ex quo globi ingentes fu-
„ moſi primò exierunt abſque igne, cinere, & lapi-
„ dibus; ſed magnis tonitruis, ululatibus, fragori-
„ bus, & tremoribus. Et quod notatu dignum eſt,
„ hujuſmodi vorago facta fuit præciſè in eadem
„ directione, ſeu ſub eodem meridiano extenſo per
„ prælongam illam montis ſciſſuram uſque ad ſu-
„ premum craterem. Poſt ſemihoram, ſecunda vo-
„ rago meridionalior aperta eſt, ducenteſimo paſſu
„ à priore remota, ex qua pariter fumi ingentes
„ iiſdem horridis tonitruis egrediebantur; eratque
„ ſimiliter hæc ſecunda vorago in eadem directio-
„ ne cum præcedenti voragine, ſcilicet ſub eodem
„ meridiano. Deinde uſque ad ſolis occaſum qua-
„ tuor aliæ voragines verſus meridiem apertæ ſunt,
„ & omnes in eadem directione, ſub eodem meri-
„ diano, ultra collem la Fuſara nuncupatum, cum
„ iiſdem circumſtantiis ſuperius expoſitis. Paulo
„ poſt ſolis occaſum ejuſdem diei infra prædictum
„ collem tandem diſciſſo ſolo, omnium ampliſſi-
„ ma vorago aperta eſt, quæ mille paſſus à prima
„ voragine diſtabat, ſemper tamen ſub eodem me-
„ ridiano. Hæc ſubito poſt immanes fumi globos
„ horridis tonitruis, & telluris concuſſionibus pro-
„ tulit ignitos lapides ad inſignem altitudinem, qui
„ poſtea huc illuc decidentes, fervorem priſtinum
„ adeo retinebant, ut ab aridis lignis contacti flam-
„ mas excitarent. Eadem nocte ingens effluvium
„ liquidorum ſaxorum hæc poſtrema vorago evo-

Digitized by Google

„ mere incepit, qui fluores poſtea ad aeris conſpe- *Ann. Xpi. 1669*
„ ctum ſaxeam duritiem, colorem tetrum, & ni-
„ gricantem ad inſtar ſpumæ ferri acquirendo,
„ glaream illam efformabant ex diverſis lapidibus,
„ quam Sciaram vocant. Latitudo prædicti flumi-
„ nis duo milliaria fere occupabat, quæ directo
„ curſu tendebat verſus Meridiem, pervenitque
„ ad radicem ſeptentrionalem Collis Mompilerii,
„ qui 1500. paſſus à nova, ampliorique voragine
„ diſtat. Hinc obliquo curſu verſus Occidentem
„ fluxit, & plurimas rurales ædes, & vicos concuſ-
„ ſit, atque dejecit in loco la Guardia dicto, qui
„ tranſverſe ſemimilliare diſtat à Mompileri.

XI. „ Mane diei 12. denuo curſum verſus
„ meridiem direxit, pervenitque ignitum proflu-
„ vium ad Oppidum Malpaſſo, quod ab 8000. ho-
„ minibus incolebatur, & ſpatio 20. horarum ab
„ ignito illo flumine, & ab eiſdem ſaxis concretis
„ totum repletum, obrutumque fuit. Hujus loci
„ diſtantia à jam dicta ampla voragine, à Septentrio-
„ ne ad Meridiem extenſa, duo fere milliaria æqua-
„ bat. Veſpere ejuſdem diei pars prædicti fluminis
„ novum brachium effecit, & plurimos alios vicos,
„ & rurales domus vaſtavit, & evertit. Eodem die
„ prope occaſum ſolis, in eadem planitie ſeptem alia
„ orificia, novam illam amplam voraginē ambientia,
„ parum inter ſe diſtantia aperta ſunt, quæ, cum
„ magno ſtrepitu, & concuſſionibus, fumos, flam-
„ mas, ignitoſque lapides ejicerent, tertia die diſ-
„ ſipatis interſtitiis unum patentiſſimum os aperue-
„ runt. Et poſt occaſum ſolis ejuſdem diei, alte-
„ ra jam dicti fluminis pars radicem ſeptentriona-
„ lem tumuli Mompileri offendit, eumque, quod
„ mirum eſt, directè perforavit, ac terebravit, quo
„ uſque, facto amplo foramine, in adverſa meri-

dionali

Ann. Xpi. 1669 „ dionali ejuſdem montis facie egrederetur. Hoc „ forſan inde potuit eveniſſe, quia mons, ſeu tu„ mulus ille non natura factus, ſed ex congeſtis „ lapidibus, quos erumpens ignis jam diu illuc „ propulerat, cavitatem inter ſui ambitum, qui ad „ ejus radicem eſt 700. paſſus, ſervabat. Fuit ex„ curſus prædicti igniti fluminis per viſcera mon„ tis tanto impetu factus, & rapiditate, ut non ſo„ lùm interna impedimenta excuteret, ſuperaret„ que, ſed etiam tota moles ejuſdem montis diſ„ ruptis, dejectiſque internis columnis, deprime„ retur, efficeretque non paucas ſciſſuras in „ externa ſuperficie ejus, quarum latitudo, ut pluri„ mum palmum ſuperabat. Eodem tempore ori„ entalis pars ejuſdem montis una cum arboribus, „ oleis, ac vitibus ibidem conſitis, vireſcentibuſ„ que, infra reliqui montis ſuperficiem depreſſa eſt, „ ingenti ſpatio ſeptem, vel octo pedum, apparuit„ que eodem tempore prælonga ſciſſura lateralis „ à Septentrione verſus Meridiem ſatis profunda, „ quinque, vel ſex pedibus ampla, & hoc accidit „ ingenti ſtrepitu, atque concuſſione. Ex prædicta „ collis Mompilerii ruina, & præcipitio repletus, „ & obturatus fuit ſubterraneus ille cuniculus, „ per quem hactenus ignitum flumen excurrebat, „ quare impedito curſu, denuo tranſverſali motu „ ignitum profluvium acceſſit ad oppidulum Mom„ pilerii, illudque prorſus concuſſit, replevitque.

XII. „ Die 23. ejuſdem menſis prædictum „ flumen ignitum, 2000. paſſus latitudine occu„ pans, non pauca rura, vicos, & domos Oppidu„ li Maſcaluciæ concuſſit. Cœpit eodem die nova il„ la ampla vorago immenſam copiam cinerum, ſeu „ potius arenarum, una cum lapidibus diverſæ ma„ gnitudinis ejicere, ex quibus in plano aggeſtis in-

ſignem

„ ſignem montem bicornem extruxit, cujus ambi- *Ann. Xpi. 1669*
„ tus duo milliaria ſuperat; altitudo verò ſupra
„ Orizontem perpendicularis 150. paſſus non exce-
„ dit, eique ab incolis nomen montis Ruinę impo-
„ ſitum eſt. Conſpicitur hodie pars media ejuſdem
„ montis coloribus flavo, candido, rubicundo, &
„ viridi conſperſa, dum flammæ ab ampla voragi-
„ ne in viſceribus novi montis egrederentur. Prædi-
„ cta arena poſtea per tres menſes ſolidos conti-
„ nuò pluit, tanta copia, ut omnes campos propin-
„ quos per xv. milliaria occuparet, & in tanta al-
„ titudine, ut vineta, & arbuſta omnino tegeret,
„ immo antiquam glaream, & antra ſaxea replevit,
„ explanavitque alicubi ſupra quinque, vel ſex pe-
„ dum altitudinem. Aſcendit verò minutiſſima
„ pars prædictæ arenæ ad tantam aeris ſublimita-
„ tem, ut ventis meridionalibus impulſa, nedum
„ littus Mamertinum, ſed tranſgreſſo freto, etiam
„ Calabriæ loca quamplurimum coinquinaverit;
„ pariterque flante Borea, ad alia Siciliæ loca me-
„ ridionalia arena tranſlata eſt.

XIII. „ Hæc dum fierent, nil novi apparuit
„ in ſupremo cratere ante diem 25. Martii, non e-
„ nim major ſolito ſtrepitus, aut copioſior exhala-
„ tio fumi apparuit, pręter exiguam expirationem
„ illam, quam ſtatis temporibus crater ſatis placi-
„ dè eructare ſolet, nec ullam majorem commotio-
„ nem, aut fervorem oſtendens, non ſecus, ac ſi
„ antrum ſupremi crateris omnino ſegregatum fu-
„ iſſet ab antris novæ voraginis. At hora 16. ab
„ occaſu diei præcedentis 25. in oppidis montanis
„ primùm vehementiſſimè terra commota, ac con-
„ cuſſa eſt, nedum juxta infimam novam voragi-
„ nem, ſed etiam in altiſſimis Ætnæ partibus ver-
„ ſus antiquum craterem. Eodem tempore ſupre-

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1669 „ ma pars Ætnæ, quę ad inſtar pilei, vel turris ſu-
„ per amplam planitiem erigebatur, decidit, in cujus
„ medio aperiebatur ampliſſimus crater ambitus
„ trium milliarium, hic inquam tumulus partim
„ quidem abſortus eſt intra voraginem, partes ve-
„ rò reliquæ ingenti ſtrepitu, & fragore diſciſſæ, &
„ in ſaxa innumera, & cineres redactæ ſurſum e-
„ jectæ ſunt, apparuitque in principio eructationis
„ columna immenſæ altitudinis ex fumo, & arenis
„ compoſita, quæ poſtea aerem propinquum omni-
„ no obtenebravit, per ambitum majoris partis Æt-
„ næ, cecideruntque arenæ ignitæ 8. milliariis à cra-
„ tere diſtantes, quæ immediatè poſt lapſum ſen-
„ ſu ipſo calentes, & urentes percipiebantur.

XIV. „ Die ſequenti 26. D. Didacus Pappa-
„ lardo Sacrę Jeroſolymitanę Religionis Presbyter,
„ qui in Oppido Pidarę morabatur, cum vellet per-
„ noſſe, quidnam novi in ſupremo cratere accidiſſet,
„ quatuor viros montanarum viarum peritos ex-
„ ploratum miſit, qui ſummo labore inter nives
„ ad ſupremum cacumen perducti, fere totum ſu-
„ premum tumulum dejectum viderunt, proſtra-
„ tumque fuiſſe, & præterea magnam partem ſu-
„ premę planitiei arenoſę depreſſam obſervarunt,
„ itaut orificium antiqui crateris, cujus ambitus
„ tria milliaria non excedebat, modo multo major
„ ſit ſex milliariis; remanſit tamen veſtigium anti-
„ qui tumuli in parte orientali, ſed valde acuti,
„ & pyramidalis, cujus altitudo perpendicularis ſu-
„ pra horizontem minor tertia parte antiquę alti-
„ tudinis eſſe videtur. Apparuerunt pręterea poſt
„ tumuli pręcipitium, in ambitu orificii crateris
„ plurimę ſciſſurę, & rimę, unde conjicitur partem
„ oſſeam internam montis ob ingentes concuſſio-
„ nes diſciſſam, & laceratam pluribus in locis fuiſ-
ſe

Digitized by Google

„ ſe; Prȩterea conſpiciebatur profundiſſima cavi- Ann. Xpi. 1669
„ tas, & imperſcrutabilis. Porro ſtupore digna vi-
„ ſa eſt vis impulſiva, qua ingentia ſaxa ad inſi-
„ gnem altitudinem aeris ejecta fuerunt; inter quȩ
„ unum repertum eſt longum 60. palmos, quod
„ decidit milliare unum à crateris orificio remo-
„ tum, quod tanto impetu delapſum fuit, ut in-
„ fra arenam depreſsum fuerit, {ajunt} pluſquam
„ triginta palmos; unde conjici licet, quanta vi, &
„ vehementia projectum in altum fuerit. Hanc nar-
„ rationem à montanis viris habitam poſtea quam-
„ plures nobiles viri, ȩſtate ſequenti, menſe Au-
„ guſto, quando aer ille frigidiſſimus tepet, veram
„ reperierunt; quorum aliqui mihi retulerunt, am-
„ pliſſimam illam ſupremam voraginem, quæ 25.
„ Martii apparuit immenſæ profunditatis, poſtea
„ repletam adeo arenis fuiſſe, ut formam conicam
„ excavatam referret.

XV. „ Non immorabor in præciſa, & exqui-
„ ſita narratione progreſſus igniti fluminis, neque
„ ruinas, & conflagrationes plurimorum Oppido-
„ rum, & vicorum, cum hoc prolixe proditum ſit
„ in pluribus hiſtoricis libellis nuper evulgatis..
„ Indicabo tantummodo duas ſelectiores operatio-
„ nes veluti fuit illa, quæ 4 Aprilis contigit pro-
„ pe urbem Catanam. Pervenerat profluvium il-
„ lud ex liquida, & ſaxoſa materia uſque ad col-
„ lem Cretaceum vinetis undique conſitum Reli-
„ gioſorum Societatis Jeſu, & poſtquam undique
„ flumen ignitum collem circumivit, eumque ma-
„ ximo impetu percuſſit, arietavitque, tandem col-
„ lem cum vineto integro tranſtulit è priſtino lo-
„ co uſque ad fundum alienum, incedebatque vi-
„ nea cum ejus ſolo veluti innatando penſilis, quouſ-
„ que ſuperveniente altiori profluvio materiȩ igni-

tæ

Ann. Xpi. 1669 „ tæ, poſt paucos dies, denuo à glarea repleta, & „ cooperta tota vinea fuit. Excurrebat interim pluribus in locis flumen, ſeu mavis collis ex ingentibus ſaxis nigris coacervatus, eratque major ejus latitudo duorum milliariorum. Poſtea ſubdiviſus replevit vallem amœniſſimam, quæ vulgò dicebatur Gurna di Anigito, cujus ambitus 6. millia paſſus ſuperabat, & poſt paucas horas ſaxeis molibus univerſa completa eſt.

XVI. „ Tandem, cum prope urbem Catanæ „ ignita materia perveniſſet, tunc quidem, neceſſitate urgente, non defuere, qui artificialibus operibus, & machinis ſalutem, & incolumitatem ſibi quærendam eſſe cenſerent. Hi fuerunt D. Xaverius Muſumeci ingenio, & doctrinâ conſpicuus, D. Didacus Pappalardus Equeſtris ordinis Jeroſolymitani Presbyter, D. Hiacynthus Platania inſignis Pictor, & alii, qui ſuſpicati ſunt non fore impoſſibile, ut adhibitis machinis, & objectis molibus poſſet curſus illius vaſti torrentis igniti deviari ab incepto itinere, ne intra Urbem tam illuſtrem proflueret. Et omnium primo D. Pappalardus prope Malpaſſum incredibili auſu perforavit torrentem ſaxeum verſus ejus originem occidentalem infra novam voraginem; Is enim juſſit, ut malleis ingentibus percuterentur, & uncinis ferreis traherentur ſaxeæ aliquæ torrentis moles collaterales; & quia diu miniſtri in loco calidiſſimo, abſque ſuffocationis periculo, non poterant perdurare, licet pellibus tegerentur, ideo alii ad opus continenter ſuccedebant, terebrando ſaxeum acervum, quouſque pervenerunt ad internam profluvii partem torridam, candentem, fluidamque, quæ è cuniculo nuper adaperto eructavit, effluxitque tranſverſali itinere, & ſic

„ perſeveravit per notabile ſpatium, & potuiſſet Ann. Xpi. 1669
„ proculdubio ulterius tranſportari, niſi operarii im-
„ pediti, ac prohibiti fuiſſent, ne ulterius torren-
„ tem igneum diverterent. Et poſtquam Proflu-
„ vium prædictum muros, atque propugnacula ur-
„ bis Catanæ ſuperavit, tunc novo artificio obviam
„ ruinæ itum eſt; opponebantur enim torrenti igni-
„ to aggeres ex ruderibus domorum, & ſaxis coa-
„ cervati, qui optimè curſum ejus ſiſtebant, & ver-
„ ſus mare flectebant; ubi tandem excurrendo in-
„ gens promontorium, ambitus unius milliaris in-
„ tra mare ad Urbis conſpectum coacervavit. Tan-
„ dem die 11. Junii quarto denique menſe à prin-
„ cipio Ætneæ conflagrationis eructatio, & fluxus
„ ignis, & liquidorum ſaxorum omnino ceſſavit.
Hucuſque Borellus (a)

(a) De Incendiis Ætnæ cap. 4.

XVII. *Supereſt hic attexere*, quæ interim Catanæ ad tam ingens malum avertendum, opemque divinam in tanto diſcrimine implorandam, geſta fuerunt. Ut enim octavo Idus Martii ex innumeris, atque iteratis terræ concuſſionibus, horrendoque montis boatu, proximi excidii preludia opidorum incolæ cognoverunt, Catanam ad Pontificem conſulendum, convenere, cujus juſſu, religioſiſſimas ſupplicationes inſtituendas, iramque Numinis flectendam curarunt, atque ad Beatæ Agathæ templum feſtinantes, Nicoloſini præ cæteris, quorum ædes, paguſque ſolo æquatus, ut vidimus ex Borello, ab inviciſſima Patriæ tutelari opportunum tot malis remedium magnâ animi fiducia implorarunt. Tum die xi, quum è voragine Fuſaræ, atque ab aliis etiam inter Salazare, & Mompilerii colles adapertis hiatibus flammæ effluerent, pagiſque Guardiæ, Malpaſſus, Mompilerii, (in cujus majori templo tria è marmore Beatæ Mariæ

Ann. xpi. 1669 Virginis pulcherrima ſigna periiſſe tunc creditum) Fallichæ, & Turrisgryphi excuſſis, incendia ubiq; per regionem debaccharentur, turmatim oppidani Catanam convolarunt, quorum, ac Civium inſuper votis, ut fieret ſatis, quarto Idus menſis ſacrum Agathæ Brachium in area S. Dominici extra Urbis mœnia contra Ignem Clero, ac populo frequentiſſimo ſpectante, Epiſcopus extulit, utque multitudinem ad pœnitentiam concitaret, Franciſcus Ajala è Clericis Minoribus diſertè, ac piè peroravit.

XVIII. Hinc ſequenti die publica etiam ſupplicatione decreta, ad ſacram B. Mariæ de Concordia ædem cum thaumaturgo Velo Præſul idem progreſſus, poſt execratum juxta Eccleſiæ ritum teterrimum hoſtem, ſacrum pignus in arcula ad id parata repoſitum, Petro Statellæ Cathedralis Theſaurario commiſit, qui comitantibus Canonicis, tribuſque Conſcriptis Patribus, *Syndico*, Armorum Præfecto, nec non ingenti Nobilium, omniſque generis hominum frequentia ſtipatus, ad Maſcaluciæ opidum ſe contulit, ac ſacro Velo ſuper aram cominus contra Incendium expoſito, peractoque Miſſæ Sacrificio, verba interim ferventiſſima oratione Cyrillo Caſſia Societatis Jeſu ad populum faciente, igni fidenter imperat, qui mox, ſpectantibus univerſis, plaudentibuſque incolis, è pagi finibus exceſſit. Die altera ad Campirotundi, & S. Petri Opidula jam prope devaſtanda Supplicatio proceſſit, ubi etiam admirando ſpectaculo, Civis amantiſſimæ Vexillum nobilem de hoſte retulit victoriam, quod ſane prodigium Idibus ejuſdem menſis alibi etiam obſervatum. Quare triumphali pompa à Civibus, Pontifice, Clero, ac Senatu extra mœnia effuſis in Urbem, atque inter Plaudentium voces ad Cathedrale Templum Velum reportatur

XVII. Kalend: Aprilis. Poſt Meridiem Caſinenſes Monachi, cętuſque omnis Regularium ſquallidis veſtibus,lugubriq; cultu Sanctiſſimum Domini Clavum adverſus igneum torrentem extra pomerium efferunt; quo ab Epiſcopo adjurato, Ludovicus Batteatus, vitæ ſanctimoniâ celebris, è Caſſinatibus ſermonem habens; nedum verborum vi, ſed & virtutis opinione ex audientium oculis lacrymarum imbres elicit. Ann. Xpi. 1669.

XIX. Illuceſcente die Dominica XVII. Martii Sacra Beatæ Agathæ lipſana publico fidelium cultui exponuntur, fitque ingens populi cujuſque conditionis è pagis etiam proximis ad ea veneranda concurſus, quos inter innumeri cilicino habitu, ſacciſque induti, flagris ſeſe cruentantes Deo placationis hoſtiam offerebant. XIV. Kalend: Aprilis rurſus Sacrum Velum prope Monaſterii albi oppidum jam undique vallatum, flammis objectant, quę primum illius veritæ aſpectum, aliquandiu, mirantibus univerſis, ſubſidunt, pagum intactum relinquunt; mox verò novis adauctæ incrementis proximas Catanæ regiones de *Albanellis*, & *Neſimæ* appellatas, lacumque, & Vallem de Anigito invadunt uſque ad menſis exitum. Tunc ſollemnior prę aliis inſtituta eſt Kalendis Aprilis Supplicatio, qua Sacrum Agathæ Corpus ad Patriæ tutanda mœnia ab *Acis* porta extra pomerium ad aliam *Decimæ* nuncupatam, Clero univerſo, Pontifice, Proceribus, atque ingenti populi multitudine in cilicio, & fletu comitantibus, circumfertur. Interim ad Civitatis cuſtodiam militum excubiæ ſunt inſtitutæ, atque ad pauperum inopiam levandam Agathinus Paternionus Biſcari Princeps, Vir Patritius, montem, ut ajunt, Pietatis ſumma, ac verè catholica liberalitate erexit. Ex univerſa dehinc

Inſula

Ann. Xpi. 1669 Inſula Urbium, atque Opidorum Legati, ac Dynaſtarum Epiſtolæ frequentiſſimæ ad Catanenſem Senatum perferuntur, Commeatum, auxilia, pecunias in præſenti diſcrimine omnes ultro deferunt, Incoliſque, ubi opus eſſet, gratum hoſpitium Meſſanenſes cum primis exhibent.

XX. Conſequentibus ejuſdem menſis diebus, aliæ, atque aliæ piiſſimæ ſupplicationes à Caſſinenſibus, ab Epiſcopo, & Clero, atque à Fratribus Minoribus ſunt habitæ, ac Sacroſancto Clavo, Intemeratæ Virginis Capillis, Sancta Spina, thaumaturgo Velo, aut ipſo etiam Euchariſtico Vitali Pane ingruenti incendio obviam itum. Tertio Idus verò generale per Urbem univerſam, ejuſque finibus indictum Jejunium, & Sacramentorum, quibus per ætatem liceret, perceptio in majori præſertim Baſilica ante Beatiſſimæ Agathæ Corpus, quod ejuſdem diei xx. hora, è propugnaculo ab Infectis appellato, demum adverſus ignem mæſtiſſimi Cives, ceu clypeum, protulere. Flammarum inde profluvium vetuſtiſſimi Aquæductus diſiectis arcubus, mutato curſu, iter mare verſus arripuit, Hippodromi, & Naumachiæ rudera obruit, cumque obvia omnia ſterneret, cæmentitio altari, ubi B. Agathæ Virginis imago efficta, parcens, ingenti miraculo illud præ mænibus Patriæ edito in loco ſtatuit. Idem Altare anno MDCCVII. intra pomœrium tranſlatum fuit, deſuper extructo templo, quod S. Agathæ de Xaris titulo inſignitur. XV. Kal. Maji eò Velum deferendum Patres Conſcripti decernunt, ubi à majori voragine mons incendia eructabat. Perſtrepuit hic horribiliter, dum Miſſæ ſacrificium prope hiatus locum celebraretur, atque aliquandiu poſt ejurationes quieſcere viſus; brevior tamen pax hæc, quàm credebatur; Ubi ergo

augeri periculum, ex novo igneæ materiæ incremento Cives advertunt, ac Moniales cum primis, Urbe excedere ſtatuunt, quarum, Epiſcopo annuente, Acim alię navibus vectæ, alię verò in viciniora opida commigrant. *An. Xpi.* 1669

XXI. Quarto decimo Kalend. Maji Stephanus Regius Campifranci Princeps, Generalis, ut ajunt, Vicarius, Proregis juſſu, milite ſtipatus Catanam venit, quod ubi Cives advertunt, fraudem ſubeſſe ſuſpicantes, de amantiſſimæ Patronę, ac Civis reliquiis ſoliciti, quas Panormum à Stephano deportandas vulgus dictitabat, illum męnibus arcent; Verùm brevì, ea diſſipata opinione, gratulabundi excipiunt. Stephani præcipua cura fuit, populum omni onere levare, civeſque hac illac diſperſos, ut in patriam redirent, allicere, tum annonæ penuria laboranti multitudini ſuccurrere, ponte ligneo ad oram meridionalem extructo, unde commeatum à vicinis opidis illatum, ope lyntrium in Urbem deducerent. Tunc Caroli Cajetani Villæ Allegræ Dynaſtæ Regi à Secretis induſtria enituit; hic viam ſuper concretos ignitos lapides ſterni juſſit, ac præter omnium opinionem, adeo accommodam artificum ope, ac tutam ultro citroque tranſeuntibus reddidit, ut curribus etiam frequentari cęperit. Per idem tempus ſeriò actum, ubinam loci reliquiarum S. Agathæ theſaurus condendus, omniumque voto Statio illa tribus fermè milliariis ab Urbe diſſita, vulgi vocabulo *Lognina*, delecta, quæ ligneis idcirca ędibus tumultuario opere erectis inſtruitur; quandoquidem Urbem univerſam in vaſtitatem abituram omnes credebant.

XXII. Paſchatis ſollemne feſtum ſuſpiriis, ac lacrymis hoc anno celebratum. Poſtridie, quo novi Urbis Senatores Scrutinio electi ſunt, ſpes aliqua

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1669 liqua affulſit, fore, ut incendia illatis huc uſque damnis vicem rependerent, portus tutiſſima molitione, ex grandi lapidum congerie, novoque promontorio ad meridiem emergente, forte fortunâ conſtructa. Verùm proxima nocte, ſuccreſcente materia, ſua expectatione decepti, obruta inſuper mane altero Sanctæ Crucis, & Sancti Georgii propugnacula, oram maritimam ſpectantia Cives indoluerunt. Tum aquarum fontes ſex & triginta; qui in deliciis erant, fruteta, villas, viridaria, atque id genus alia ſuburbana ad meridianam regionem amęniſſima, excultaque loca incendium vaſtavit. Pridie demum Kalend: Majas ſolo æquatis męnibus juxta Virginis Tyndaritanæ templum, Urbem ab occaſu hora xv ignis invaſit, ac S. Nicolai Benedictini Cœnobii pomario occupato, ſtabulo, horreiſque diſiectis, ab auſtro, occidente, & ſeptentrione; ſpectabile tota Italia Monaſterii ædificium vallavit, fornices excuſſit, hypogeum, cryptaſque vinarias liquata glarea labefactavit. Monachis præ timore aliò digreſſis, unus Ludovicus Batteatus, cujus tetigimus merita, quique in lacrymas effuſus, vindici Numini ſeſe hoſtiam offerebat, in Monaſterio perſtitit, ejuſque precibus, quod penitus everſum non fuerit, adſcriptum. Tunc porro quotquot in Urbe ſuperſtites erant, certum opperiebantur exitium; torrenti quippe ignito, eminentiori parte occupata, Urbis reliquum invadendi apertam eſſe viam, unde in decliva excurreret, putabant. In ſemitas itaque regionis illius, quæ à *Curſu* dicitur, libere debacchatus, ſacras Sanctę Marię Majoris, S. Hieronymi, S. Barnabæ, & S. Criſpini ędes, privataſque aliquot domus proruerat; Quum & cęleſti præſidio, lipſanis nempe S. Agathæ eò magna cum fiducia delatis, atque è Cœnobii Sancti

ᴄti Nicolai feneſtris, unà cum Sanctiſſimo Domini Clavo, contra ignem expoſitis, & humanis auxiliis hoſti occurrendum communi voto decretum. Ex induſtria igitur murus, ſeu verius, ager ex lapidibus, ac ruderibus extructus ab area ejuſdem *S*. Nicolai ad proximam Curſus regionem; ad quod ſane opus, intra horarum ſpatium perficiendum, certatim plebs omnis, nobiles, Clerus, Proceres, ipſeque Campifranci Princeps improbo labore incubuere. *Ann. Xpi. 1669*

XXIII. Ineunte Majo Joſephus Loredanus è Clericis Minoribus ab urbe Meſſana Legatus Catanam appulit, ſummis benevolentiæ ſignis opem noſtris obtulit, tutumq; apud ſuos aſylum exhibuit. Xv. Kalend: Junii quieviſſe incendium omnibus viſum, hinc ab Epiſcopo, *S*enatu, frequentique populo in principe Templo gratiarum actiones Civi, ac Patronæ ſollemni pompa, ſunt habitæ, ejuſque ſacrum corpus publico cultui expoſitum. Cives ergo ad propria, Moniales ad clauſtra redeunt, patriæ faciem immutatam dolentes, eidemque Numinis beneficio ſervatæ gratulantes. Tunc Alburquerqujus Dux, *S*iciliæ Prorex, ut Panormi in majori Baſilica, atque in aliis pro gratiarum actione Hymnus etiam decantaretur, juſſit, lychnumque argenteum, qui perpetuo penſilis ante Divæ Agathæ corpus arderet, Regio nomine, obtulit, iſthac epigraphe marmori ab Michaelangelo Pontifice in rei monumentum inſculpta. *Clarius jam colluces Urbs Clariſſima, unde celeberrimi nominis lumen extinctum tremebunda lugebas; Ætna licet ruptis* XI. *die Martii bujus anni* MDCLXIX. *fornacibus, quatuor ſolidos, nec momento interruptos, menſes; nec umquam immanius in ſupremum Catanæ conjuravit exitium; Juratam tamen è Cœlo ab*

Agatba

Ann. Xpi. 1669. *Agatha V.M. Catanenſi, Patriæ Liberationem, nunc in primis reddidit toto orbe terrarum ſuiſmet flammis evidentiorem, Urbemque ipſam {in qua una confringit æſtuantes fluctus ſuos} ignitis circumvallans aggeribus; Hinc Triumphatrici Trophæum æternavit, & coronam. Unde Excellentiſſimus Prorex D. Franciſcus Fernandez, & Cueva Dux Alburquerque &c. Sapientiſſimæ Virgini ad ineluctabilis incendii excubanti cuſtodjam, ob vindicatam Catanæ incolumitatem, Argenteam hanc lampadem Regio nomine poſuit. Et ne oleum unquam deeſſet, cenſum quoque annuum inſtituit, non morituri pignus obſequii, in Heroinam ter maximam, cui Cœlum perpetui Ætnæ ſacravit lampades ignis, atque flammarum.*

XXIV. Jam vero circa Junii menſis initia magnis rurſus fragoribus mons perſonat, atque è majori voragine atra nubes, ſabulum, necnon igniti lapides in Cœlum emittuntur. Mox circa Catanę regiones ſuper aridos lapides novi profluvii indicia apparent, quod in Vallem à *Neſima* dictam, ad collis radices uſque, cui Novælucis Cœnobium inſidet, ſeſe extendit, agros vaſtando, ac obvia quęque obruendo; hinc contra Urſinam Arcem impetu converſo, ejuſdem foſſam penitus æquavit, disjectoque ponte, eamdem adeo vallavit, ut aliò excedere Arcis Præfectus compelleretur. Quum porro Cœnobii Carmelitarum Montis Sancti aream ignis jam occuparet, Sacrum Agathæ velum eidem Cives fidenter objiciunt, ageremque inſuper certatim extruunt, atque oblongis ferreis uncinis, operarum auxilio, liquatam materiam aliò divertunt; quo factum, ut curſu ad meridiem directo, igneus exinde torrens ad v. Idus Julii, glaream glarea coacervaret, amploque maris ſpatio oc-

Digitized by Google

cupato, innocuè deſæviret. Civium, Urbiſque in tanto incendio jactura pene incredibilis, nullique alteri comparanda, ac poſteris ſæculis dubio procul præ aliis memoranda; ad tria enim centena aureorum millia aſcendiſſe damnum Scriptores tradunt. Convenere Catanam id temporis ex univerſa pene Sicilia, atque è vicina Italia complures ad horrendum naturæ ſpectaculum contemplandum, quos inter Cariati Princeps, qui ſervos triginta atratis veſtibus, cultuque omnino æquali ſecum deferens, poſtquam Voraginem, unde Incendium erupit, ſpectaſſet, Urbem repetiit ad ſacrum B. Agathæ corpus venerandum, eidemque gemmarum ſertum dono dedit.

Ann. Xpi. 1669

XXV. Ut porro liberatæ Patriæ perenne monumentum poſteris ſupereſſet, indictum quotannis in urbe Catana, ejuſque finibus, Sabato, ante Dominicam Julii ſecundam generale Jejunium, ac ſollemnis ſupplicatio decreta. Tum Deiparæ Virginis ſine labe Conceptæ votivum feſtum, dudum inſtitutum, ampliori cultu celebrandum Patres Conſcripti curarunt. Denique, ubi divinis rebus proſpectum, ut humana etiam præſidia ſibi adſciſcerent, legationem ad Regem adornarunt, ac Vincentium Paternionium Radduſæ, & Mirabellę Dynaſtam ætate, ac moribus gravem, nec minus prudentiâ, quam doctrinâ commendatum, Matritum, ut Patriæ partes ageret, ac vectigalium levamen impetraret, ablegant, ſub anni MDCLXX initium. Quo 1670
ſane tempore, quum opidani complures è vicinis pagis, quos ignis vaſtaverat, Catanam habitatum veniſſent, ut eorumdem commodo proſpiceretur, excitatum à fundamentis S. Agathæ templum ad ſeptentrionalem Urbis plagam, atque in Parœciam erectum. Crevit exinde ruralis vicus cum publi-

cis,

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1670 cis, tum privatis ædibus in ampliſſimum ſuburbium, quod Urbi ipſi annexum inter Catanæ regiones hodie enumeratur. Tunc quoque Monaſterium S. Luciæ Ætnęis ignibus pene vallatum in opportuniorem locum, prope S. Thomæ Apoſtoli Eccleſiam, Clementis X. authoritate noſter Pontifex tranſtulit. Inſtaurandis interim, ut temporis patiebatur anguſtia, publicis viis, certatim, Cives adlaborabant, adeòut brevi cum Inſulæ mediterraneis reſtituto commercio, quod aliquandiu intermiſſum, priſtinam induit Catana faciem. At nondiu poſt, ingenti annonæ caritate Urbs labora-
1671 vit, adeout frumenti menſura, *Salmam* appellant, triginta & amplius aureis penderetur, multique fame conficerētur; proximaautem fertiliſſima meſſis damnum compenſavit.

1672 XXVI. Anno MDCLXXII. Claudius Lamaraldus Lignenſis Princeps, Siciliæ Prorex XII Kal: Novembris Catanam venit, exceptus à Magiſtratu, & à Pontifice, quum ad Cathedralem Baſilicam procederet, hunc à Siniſtris habere voluit. Id contra Urbis privilegia fieri Senatus contendens, quod hujuſmodi intereſſe pompæ extra Eccleſiam Epiſcopo non competeret, atque ad Proregis latus incedendi Patritio jus eſſet, re compoſita Claudius publico ſanxit inſtrumento, ut deinceps exemplo non eſſet, quidquid honoris ea tantùm vice Pontifici fuerat delatum. Redux inter hæc ex Hiſpania Vincentius Paternionius immunitatem à Vectigalibus per decennium Regiæ liberalitatis munere conſecutus, Patriæ jacturas ſublevavit. Tunc exterioribus munimentis Urbem noſtram ab occidentali regione Lamaraldus vallatam voluit, parviſque propugnaculis proximos colles inſtruxit, quæ vulgo *Fortini* appellantur. Sub idem tempus quo-

rumdam Civium in Patritium ordinem conjuratio feliciter detecta, ejuſdem Vincentii opera, brevì etiam compreſſa fuit. Conjuratorum Caput Antonius Sances, ad quæque audenda promptiſſimus, qui clam cum aliquot conveniens, prope divæ Mariæ Tyndaritanæ templum, contra nobiles inſurgere condicta die ſtatuerat. Occurrit forte Vincentio jam laudato Franciſcus Foti Bibliopola è Sancii ſociis unus, quem, quum ille animo turbatum contuitus, quò tenderet, interrogaſſet, eique officii cauſa operam ſuam obtuliſſet, Foti ſevocato Vincentio, rem omnem eidem aperuit, pactuſque incolumitatem ſuam, Conjuratorum nomina detexit. Nihil cunctandum ratus Vincentius, Patres Conſcriptos, viroſque Patritios de nocte convenit, quibuscum communicato conſilio, malo quantocius occurrendum ſuadet. Eadem igitur nocte conjurationis conſcii capti omnes, quorum, præcipui cum Sancio Duce ultimo poſtmodum ſupplicio ſunt affecti. — *Ann. Xpi.* 1673

XXVII. Proximo anno circa Urbis mœnia viam vere regiam ſternendam ſuper Ætnæos lapides certatim Cives curarunt, quam proinde à *Victoria* appellatam voluere. Actæ rei monumentum, marmorea ſcilicet tabella contra muros meridionales ſita, hæc habet. *D. O. M. Carolo II. Hiſpaniarum, & Siciliæ Rege. Ubi Victrice In Patriam Charitate Concivis Virgo Ætnæum Ignem Imperioſa Retinuit, Liberatrici Suæ In Viam Cognomento Victoriam Regia Plane Generoſitate, Annuum Ad Triumphum Subjecere Patres Urbis Illuſtriſſimi. D. Hieronymus Aſmundo Patritius, D. Franciſcus Tornambene, D. Joſeph Tudiſco, D. Franciſcus Romano Colonna, D. Vincentius Paternò, D. Hiacynthus Paternò, D. Michael Aſmun-* — 1674

do

Ann. Xpi. 1675 *do Anno Christi* MDCLXXIV. Tum quoque à Michaelangelo Pontifice Sacrarium Principis Templi à fundamentis excitatum, ac ſequenti anno abſolutum ſacrarum veſtium repoſitoriis, pictiſque tabulis exornatum; hac denique Inſcriptione inſignitum. *D. O. M. Sacram hanc Ædem ad Majorem Dei, ejuſque Sponſæ Agathæ cultum, atque ampliorem Cathedralis hujus exoptatam diu commoditatem, F. Michael Angelus Bonadies Epiſcopus Catanenſis à fundamentis excitatam, ac quo fulget ornatu conſpicuam abſolvit, Anno Salutis* MDCLXXIV.

XXVIII. Inter hæc variis belli motibus univerſa pene Inſula, ac Meſſana cum primis agitabatur, ubi adeo Civium factiones increverant, ut in apertam demum conſpirationem abirent, atque à Gallis ſuppetias contra ipſum Regem Meſſanenſes expoſcerent. Tunc Catana externo milite ſub Ignatii Migliacii Baucinæ Principis præfectura, Hiſpaniſque legionibus munita, Regi fidem ſuam probavit, atque Reginæ Matris literis, Matriti XI. Kalend. Novembris, anno MDCLXXIV. ſignatis meruit commendari, quas proximo Januario Prorex Catanam tranſmiſit, ut tanti honoris teſſera Civium ſtudia erga Regias partes firmaret. Menſe Octobri Galliæ Rex, ut Siculos ad rebellionem alliceret, publico Edicto typis vulgato, Regiæ Borboniæ Domus Principem Inſulæ noſtræ Regem conſtituendum promiſit. Libellum Meſſanenſes per emiſſarios undique diſſeminandum curarunt; hinc noſtri publico etiam ſcripto, hoſtium fraude detecta, oblatas à Gallo Principe conditiones reſpuerunt, quod ipſum non diu Panormitani, ac Drepanenſes præſtitere.

Anno

XXIX. Anno MDCLXXVI. pugnatum è conſpectu Catanæ in mari Jonio, ad S. Crucis promontorium, inter fęderatos Hiſpanos, Batavoſque, Duce Ruiterio, & Gallos Quelnio Comite Pręfecto, per integram ferme diem, tanta quidem animorum contentione, ut non niſi noctę intercedente Claſſes loco excederent. Ruiterius tot olim navalibus victoriis clarus, tormenti bellici ictu, fervente pugna percuſſus Syracuſis poſtridie occubuit. Poſt menſes aliquot Anellus Guſmanus Caſtri Roderici Marchio, Siciliæ Prorex, Meſſanenſi bello urgente, Catanam veniens, Conventum ibi militarem Octobri ineunte indixit, Siculoſque Proceres ad arma contra Hoſtem, rebelleſque capeſſendos excitavit. Quorum plures Catanam equitibus ſtipati convenerunt. Vivonius interim Supremus in Sicilia Gallorum Imperator, re bene geſta à ſuis in mari Panormitano, Auguſtam, quam ante biennium occupaverat, profectus, ad Syracuſas expugnandas cum copiis contendens, triremes aliquot ad Catanenſe littus enavigare juſſit; quas ubi non longè à mœnibus hęrentes, veluti maris profunditatem earumdem Claſſarii emetiri vellent, Albertus Abbas Catanenſis Eques advertit, qui propugnaculo S. Joannis tunc pręerat, contra illas, inconſulto Baucinio, militiæ ſupremo Duce, tormentum bellicum explodi imperat. Excanduit Baucinius, atque Albertum ſibi inſultantem carceri addixit; Triremes verò reliquę Claſſis curſum tenuerunt contra Syracuſas. At ſatis munitam ab Hiſpanis Urbem Vivonius quum intellexiſſet, ad Hyblam parvi nominis opidum, ſitu tamen munitiſſimum occupandum ſe contulit; inde Catanam verſus copias duxit. Verùm Hiſpanis obviam hoſti procedentibus, Galli Auguſtam regreſſi, Tauromenium enavigarunt,

Ann. Xpi. 1676

Ann. Xpi. 1676 runt, expoſitoque milite, ea urbe potiti, reliquas ad oram uſque Meſſanenſem Arces, armis ſibi aſſeruere.

XXX. Sequenti anno diſſidio inter noſtros, 1677 legionumque Hiſpanarum Tribunum, de Urbanę militię Pręfectura exorto, ut Prorex rem componeret IV. Kalend. Junii Catanenſem Patritium, tunc Ignatium Aſmundum, Armorum Ducem, ut ajunt, ſpeciali diplomate elegit, eique Urbanos milites ſubjecit, ac Civitatis propugnacula cuſtodienda commiſit. Erecta id temporis Hieroglyphica columna è Syenite lapide, quæ diu neglecta jacuerat, ac prę foribus Civilis Baſilicæ, decenti ſubſtructa baſi, locata cum hoc Epigrammate.

Hieroglyphicus è Circulo maximo Obeliſcus, tot ſęculis inglorius, iterum manſuræ felicitatis omine Excell. ab Alexandro Principe Bournovillæ Aurei Velleris Equite, & Generali Gubernatori in hoc Siciliæ Regno, *curioſitatis gratia erigitur Anno ſalutis* MDCLXXVII. Tunc etiam aliud columnæ fragmentum ex eodem lapide, arcanis item Ægyptiorum notis diſtinctum, rem promovente Bragamontio Helvetiorum militum Tribuno, Antiquitatis ſtudioſiſſimo è ſolo elatum; quibus ſane monumentis vetus Urbis noſtræ magnificentia prodita. Sub ejuſdem anni ſpatium Civium ſecuritati proſpectum eſt novis propugnaculis ad Aquilonarem regionem extra Regis Portam extructis; quibus muniendis, everſo Carmelitarum Excalceatorum Cœnobio, his locum poſtea Epiſcopus aptiorem intra pomerium in ædibus Joannis Tedeſchii deſignavit, ubi uſque ad annum MDCXCIII. perſtiterunt. Jamvero Dux Vivonius novis adauctus copiis, claſſem conſcendens, circa maritimam Catanæ oram enavigavit; mox contrario curſu ad Maſcalarum

littus

littus devectus, ibi militem expoſuit, cujus partem
non modicam aeris inſalubritate affectam amiſit,
ac ſęde inde diſcedere coactus, Meſſanam repetiit.
Ineunte anno MDCLXXVIII. Vivonio in Gallias e-
vocato, Fevillada ſucceſſit, qui lentè rem gerens,
XVII. Kal. Aprilis, cunctis inopinato, Inſulâ cum
ſuis exceſſit.

CAPUT V.

CATANA SUB AUSTRIACIS

Ab anno MDCLXXVIII. ad MDCC.

Ann. Xpi. 1678

I. PAce ab exceſſu Gallorum toti Sici-
liæ parta, Carolus II. Hiſpaniæ Rex
in grati animi erga noſtros, ac regiæ largitatis monu-
mentum, ampliſſimo Reſcripto, gratias, immunita-
tes, & Privilegia urbi Catanæ, ejuſque Civibus à
Præceſſoribus conceſſas, ratas voluit, ac firmavit
Matriti quinto Idus Aprilis MDCLXXVIII. Illud hìc
integrum exſcribere longum eſſet, nonnulla tamen
delibare, non erit incongruum, quæ Catanenſium
in Regem merita commendant. En illa. *Carolus
&c. non eget adjectione plenitudo, nec firmitate,
quod per ſe firmum exiſtit; Confirmari tamen inter-
dum ſolent Conceſſiones Regiæ, non neceſſitate exi-
gente, ſed ut erga Benemeritos Principis munifi-* 1678
*centia oſtendatur; quo fit, ut cum prę oculos habea-
mus, quo animi affectu ſinceræque voluntatis teſti-
monio noſtra Clariſſima urbs Catana noſtri ulterio-
ris Siciliæ Regni, ab antiquo Regiæ Coronæ retro
Regum Prædeceſſorum noſtrorum, Nobiſque ad in-
ſerviendum parata ſemper fuerit, & ſit; Volenteſ-
que aliqua in parte gratitudinis, & liberalita-*

tis

Ann. Xpi. 1678 *tis noſtræ ſignum erga eam oſtendere, libentiſſimè ad id inducimur ſuper ſupplicatione infraſcripta &c.* Et ſupplici libello prolixiori, in quo ſingula Urbis Privilegia diſtinctim, & per compendium adnotantur, relato, ſubdit Diploma: *Quo præinſerto ſupplici libello inſpecto, ac recognito, cupientes dictæ Clariſſimæ Civitati Catanæ ob propenſam ejus in Nos, & majores Noſtros fidem, & obſervantiam, rem gratam facere, & conſulere, tenore præſentium, de certa ſcientia, Regiaque auctoritate noſtra, deliberatè, & conſulto, maturaque Sacri noſtri Concilii accedente deliberatione, attendentes petitioni ipſius, clauſuliſque in præfato ſupplici ſuo libello expoſitis, omnia, & ſingula Capitula, Conſtitutiones, Statuta, Privilegia, Literas, Indulta, & alias cujuſvis generis Conceſſiones, & Gratias tam generaliter, quam ſpecialiter per noſtros Prædeceſſores conceſſa, & indulta dictę Clariſſimæ Civitati Catanæ, juxta earumdem, & cujuslibet earum ſeriem, continentiam, & tenorem pleniores, à prima earum linea uſque ad ultimam, incluſivè, prout, & quatenus in poſſeſſione, uſu, & obſervantia ſunt, laudamus, & approbamus, ratificamus, confirmamus, & ſtabilimus, & ſi opus eſt, denovo concedimus, & gratioſè elargimur, noſtręque hujuſmodi laudationis, approbationis, ratificationis, confirmationis, & novæ conceſſionis munimine, ſeu pręſidio roboramus, & validamus. Quæ omnia ſint, & eſſe debeant ſtabilia, realia, valida, atque firma, nullum, aut in Judiciis, aut extra, impugnationis obiectum, defectus incommodum, aut noxæ cujuslibet alterius detrimentum patiantur, &c. Datum &c.*

II. Nec diu poſt VI. Kalendas ejuſdem, Patritio, ac Senatui Urbis noſtrę munificus Princeps ex Aranquez reſcribens, eorum fidem, zelumque

extollit, quo ſeſe poſt Gallorum diſceſſum Regios *Ann. Xpi.*
milites fovendo, rebelleſque populos ad obedien- 1678
tiam revocando, commendaverant. Has porro lite-
ras Dominicus Lugmenda Proregi Vincentio Gon-
ſagæ à Secretis, pridie Idus Novembris Catanam
tranſmiſit, ſuas adiiciens ejuſdem Proregis nomi-
ne, Regii animi propenſionem, benevolentiamque
noſtris conteſtantes. Alias denique ſexto Kalendas
ejuſdem ad Franciſcum de Bonavides *S.* Stepha-
ni Comitem, Gonſagæ in Siciliæ præfectura Suc-
ceſſorem dedit Rex Literas, quibus voluit, ut Ca-
tanenſis Academiæ Candidati ad ſcientiarum ſtudia
triennio integro, antequam laurea donarentur, in-
cumberent, nulluſque deinceps ad publica Regni
munia aſſumeretur, qui magiſterii decora rite in
eadem Univerſitate non obtinuiſſet, ut olim Philip-
pus II, ac alter ejuſdem nominis IV. ſanxerant.
Novo allabente anno Prorex Catanam veniens
Magiſtratus electionibus, quæ per ſcrutinium fie- 1679
ri conſueverant, ut diſcordiarum inter cives ſemi-
na tolleret, abrogatis, publica Scientiarum Studia
novis legibus firmavit, quibus ad hæc uſque tem-
pora utimur, Urbiſque decori, Profeſſorum com-
modo, necnon Candidatis præclarè conſuluit, ea-
demque ſtatuta ſub die ſecunda Martii obſignata,
ut publici juris fierent, mandavit. Catana inde
abſcedens, Syracuſas, ac reliquas pene Regni Urbes
inviſit, reſque Inſulæ omnes, ubique compoſuit.
Sequenti anno datis Panormi Literis XVII. Kal.
Aprilis ſtatuit idem Prorex, ut nulli ad equeſtria
Urbana officia Catanæ aditus pateret, niſi eſſet al-
bo nobilium adſcriptus; huic verò accenſeri nemo
poſſet citra communem, atque unanimem *Sena-
tus, Patritii, Juſtitiarii, & Syndici* votum, quo-
cumque ſanguinis ſplendore fulgeret.

Ann. Xpi. 1682

III. Ex Ætna monte menſe Septembri MDCLXXXII. poſt horribilem boatum, aperta non longè à ſummo cratere voragine, ignis erupit, curſumque per declive ad *Muſarræ* collem dirigens, innoxiè per dies aliquot effluxit. Meminit hujus incendii oculatus teſtis in deſcriptione Ætnæ Joannes Andreas Maſſa {a} Sub idem tempus Carolus II. Hiſpaniarum, ac Siciliæ Rex ſępius laudatus Comitis S. Stephani Proregis acta Catanenſis Academiæ incrementum ſpectantia, ejuſdemque Privilegia ſuo Diplomate confirmavit, ac *Privativam*, ut ajunt, quod nullibi in Regno Publicum Gymnaſium liceat inſtitui, Urbi noſtræ conceſſit, Matriti octavo Idus Septembris. Illud hìc exſcribam.

(a) Sicil. in prof. cap. 18. n. 21.

Carolus &c. Quamvis univerſæ Reipublicæ noſtræ infatigabilem curam deſideremus impendere, & Deo favente ad felicem ſtatum ſtudeamus cuncta revocare, tamen noſtræ Clariſſimæ Urbis Catanæ ex noſtro Ulterioris Siciliæ Regno ſolicitiora Nos augmenta conſtringunt; ut, quę tantis fidelitatis, & obſequii monumentis erga Nos ſępe ſępius florere viſa eſt, Regiis etiam donis, & ornamentis glorioſius appareat ornata. Proinde memoriâ recolentes, egregiam erga Nos fidem ipſius Civitatis, ab antiquo Nobis inſerviendum paratæ, ut perſpeximus; attendenteſque bonum Reipublicæ, ejuſdemque Civitatis conſervationem. Volentes etiam aliqua in parte gratitudinis, & liberalitatis ſignum erga eam oſtendere; hinc libentiſſimè inducimur ad ejus favores, & commoditates ſuper ſupplicatione infraſcripta in libello tenoris ſequentis videlicet. Exſcribitur hic libellus à Franciſco Milatio Senatus Catanenſis partes gerente oblatus, in quo noſtræ Academiæ Fundatio, Jura, ac Privilegia

 ſigil-

Digitized by Google

ſingillatim exponuntur. Subditque Rex: *Quo pręinſerto ſupplici libello inſpecto, ac recognito, pręoculiſque habentes in Nos fidem, & obſervantiam prædictæ noſtrę Civitatis Catanæ, & quod ab ea Nobis præſentatus fuit quidam actus in ſui favorem expeditus per Illuſtrem Comitem S. Stephani Proregem, Locumtenentem, & Capitaneum Generalem noſtrum in dicto noſtro Ulterioris Siciliæ Regno, datus Catanæ die xxiv. Menſis Februarii Anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi noni, in quo videtur, quòd ipſe Prorex, cum aſpiceret, quamplurima, continuaque ſervitia prędictæ Civitatis Catanæ, & pręcipuè, quę in anguſtiis belli Meſſanæ ab illa geſta fuerunt; & quod propter lęſę Majeſtatis noſtrę delictum, Meſſanę deperdita, atque incorporata illi fuere omnia Privilegia, facultateſque, quibus fruebatur, inter quas gaudebat Privilegio Studiorum; Et prædictus Prorex in recognitionem relatorum ſervitiorum dictę Civitatis Catanę per dictum Actum ſtatuit, hanc eamdem Civitatem Catanę gaudere debere publicorum Studiorum Privilegio privativè, unà cum ſolita facultate doctorandi, promittens illi ſuum officium, & ſupplicationes interponere apud noſtram Catholicam Majeſtatem, ad hoc, ut non ſolùm hanc gratiam concedere dignaremur, ſed & alias. Ideoque Nos attendentes ad prędicta grata, & laudabilia obſequia dictę Civitatis Catanę hactenus Nobis pręſtita, & quę in antea ſperare poſſumus; Tenore præſentium, de certa ſcientia, Regiaque auctoritate noſtra, deliberatè, & conſultò, ac ex gratia ſpeciali, maturaque ſacri noſtri ſupremi Concilii accedente deliberatione, prędictum actum expeditum in favorem ipſius Civitatis Catanę per noſtrum Proregem Comitem Sancti Stephani, approbare decernimus, ut* Ann. Xpi. 1682

ter

Ann. Xpi. 1682 *per preſentes laudamus, approbamus, & confirmamus; decernentes, & declarantes, quòd præfata noſtra Clariſſima Civitas Cataniæ gaudere pro nunc poſſit privativè publicorum Studiorum Privilegio, unà cum ſolita facultate, ad quem ſpectat doctorandi, ut præfertur in Actu dicti Proregis. Volentes expreſsè, præfatam Confirmationem, & quatenus opus ſit novam Conceſſionem, ac omnia, & ſingula præmiſſa, & declarata ſemper, & omni futuro tempore ratam, firmam, & rata, & firma fore, & cenſeri debere ab omnibus. Statuentes etiam expreſsè, quòd hujuſmodi approbatio, ratificatio, & Confirmatio, novaque Conceſſio ſit, & eſſe debeat præfatæ Civitati Catanæ, ſtabilis, realis, valida, atque firma, nullumque in judiciis, aut extra ſentiat dubitationis objectum, defectus incommodum, aut noxæ cujuslibet alterius detrimentum, ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſiſtat. Illuſtri propterea &c. Volumus autem quòd intra quatrimeſtre à die datæ preſentis, ratio hujus noſtræ gratiæ annotetur in Regiſtro Generali Gratiarum noſtro ordine facto, quod ad præſens conſervatur per D. Ludovicum Antonium Deza Noſtrum Secretarium præfati Regiſtri &c. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus &c. Datum Matriti Die ſexta menſis Septembris Anno à Nativitate Domini* MDCLXXXII. *Regnorum autem noſtrorum omnium Decimo octavo.*

1683 IV. Regium hoc diploma ſequentis anni initio idem S. Stephani Comes Siciliæ Prorex exequendum mandavit; Tum verò Pontifici Academiæ Cancellario, ut in decentiorem locum Studiorum ædes transferrentur, commiſit. Nec mora, S. Marci hoſpitali domo ad occidentalem Urbis plagam, ubi olim S. Luciæ Monaſterium inclaruerat,

rat,

rat, conſtituta, Valetudinario in Academiam commutato, aulas obeundis literariis exercitationibus aptas Cancellarius juſſit, ac decentiſſimè ornatas voluit anno MDCLXXXIV. Subinde Cathedrale Templum, ac Divæ Agathæ Sacellum teſtudinatum, picturis, auro, ac marmorato Epiſcopus ſplendidiùs reddidit, & eleganter concinnavit. Abuſum mox, qui paucis ab hinc irrepſerat, abrogandum Proregis authoritate noſtri curarunt; Solo enim *Ducis Sfortiæ* Privilegio complures muniti, Medicinæ artem in Regno profitebantur, atque ad publica munia aſſumebantur; Alii, ne triennio integro Catanæ Studiis incumberent, in Salernitana Academia lauream pretio ſibi comparabant. Pontifice igitur Michaelangelo, & Magiſtratu inſtante, Prorex eodem anno, XVI Kalend: Novembris, ſuis literis Regii Patrimonii Fiſci Patrono, ac Regni Archiatro, ne deinceps id fieret, injunxit; quod ſequenti anno Meſſanæ Adminiſtris ſexto Kalend: Martii etiam indictum. Ann. Xpi. 1684

V. Opponebant inter hęc eidem Pontifici, quòd Eccleſię ſuę terras grandi ejuſdem detrimento, propinquis, ac conſanguineis *ad cenſum annuum*, ut ajunt, conceſſiſſet; enixis proinde precibus obtinuit ille, ut Franciſcus Fortezza Syracuſanus Antiſtes, Regius Viſitator deligeretur. Qui Catanam veniens omnia ad trutinam revocavit, ac pręceſſorum Præſulum conſuetudinem, menſæque Epiſcopalis, & Regii ærarii beneficium attendens, quod ex hujuſmodi conceſſionibus accedebat, ſupremo Hiſpaniarum Senatui reſcripſit; libroſque typis etiam traditos pro Epiſcopalium Jurium tuitione tranſmiſit, ac non ſine Paſtoris optimi laude illi cauſſam adjudicavit. Nec diu teſtandi facultate à Catholico Rege impetrata, noſter Michaelan- 1685

gelus

Digitized by Google

Ann. Xpi. gelus annum agens ætatis octogeſimum quartum,
1686 Prefecture autem XXI. Sexto Kal: 7bris MDCLXXXVI. piiſſimè deceſſit, in Cathedrali Baſilica prope ſepulchrum à ſe conditum ſepultus. Laudat Michaelangelum, meritiſq; commendat encomiis Clariſs. Mongitorius in ſua Bibliotheca Sicula. Hoc ipſo anno Joannis Baptiſtę Pizuti Regni Protophyſici fracta audacia, qui laurea magiſtrali in Catanenſi Academia donatos ſuo ſubjicere examini contendebat; Id enim XIII Kalend: Januarii, Panormi, ſuo ſpeciali Reſcripto Prorex vetuit.

VI. Sede vacante Clericorum Seminarium,
1687 ædificiis auctum, Canonicorum induſtria, qui *Pœnarum fructus*, ut vocant, huic operi contulerunt, ut Epigraphe olim teſtabatur. In idem tempus Joſephi Raymundi Catanenſis S. Marię de Eleemoſyna Canonici, ac Theologicę Scientię in patrio Atheneo ſępius Moderatoris, vitę ſanctimonia celeberrimi mors incidit pretioſa; de quo uberius ſuo loco. Tunc etiam Martinus Ybanes Rhegii Archiepiſcopus Catanenſis Pręſul deſignatus, honorem renuit; hinc menſe Decembri Franciſcus Antonius Caraffa Neapolitanus ex Clerico Regulari Lanciani Archiepiſcopus noſtræ Eccleſiæ pręficitur, ſequentique anno XIII. Kalend. Martii Urbem ingreſſus Paſtoris vigilantiſſimi partes impigre exequitur. Subinde XII. Kalend. Maji Fulgentius Travallenius Eremitarum S. Auguſtini Generalis Magiſter Catanæ Provincialia Comitia coegit. Quo ſane tempore Bernardus à Porto Mauritio Fratrum Minorum, quos Capuccinos appellant, Generalis etiam Miniſter Siculæ Provinciæ inviſendæ gratia Catanam veniens, ibi poſt dies aliquot lethali morbo correptus, diem obiit, cujus funus ſplendidè, Magiſtratu, ac populo frequente,

curatum

Digitized by Google

curatum eſt. Poſt menſes aliquot Ætna mons conſueto incendio deſæviit. Præceſſit igneam è ſummo vertice eruptionem per integras ferme horas ſeptem ingens, horrenduſque Mugitus, adeout mons funditùs videretur corruere; mox ad orientale latus circa vallem Bovis trium ferme milliarium ſpatio flammarum globi iter direxerunt. Notatu dignum, quòd, magna nivium congerie, tot annorum decurſu aggeſta, igneo torrenti locum cedente, quoddam veluti luctamen inter contraria elementa oculis intuentium è longinquo objiciebatur; aliaque inter fornix, ſeu tholus candore, moliſque vaſtitate ſpectabilis ex nive apparuit, ut quidquam mirabilius nuſquam contigerit ubique gentium intueri. Valle Bovis æquata, vix ultra incendium proceſſit. Ann. Xpi. 1688

VII. Verùm ſequenti anno, pridie Idus Martii hora XVIII ſub ipſo cratere nova in eadem Bovis regione aperta vorago tot ignes evomuit, ut per milliaria ferme decem agris, ac vinetis undique vaſtatis, nemoris vetuſtiſſimi regiones latè conſumpſerint; Grandi demum valle prope Maſcalis opidum, eo in loco, quem *Macchiam* appellant, occupata, igneus torrens ſubſtitit. Tunc nonnulli ex opidanis, quum curioſiùs, ac minus cautè circa montem *Caliati* inter Catanenſis nemoris & *Cerritę* fines, incendii curſum obſervarent, repentè excuſſo colle, cui inſidebant, factoque terræ hiatu miſerè perierunt: duo nempe continuò abſorti, reliqui verò favillis, lapidibuſque labefactati poſt dies aliquot vitâ ceſſere. Collem hunc porrò incendio quaſſatum ex eadem materia compactum crediderim, qua per ignem, occultis cuniculis ſubeuntem, liquata, in fruſtra ille abiit, ut de Mompilerii colle alibi dictum ex Borello. 1689

Anno

An. Xpi. VIII. Anno MDCXC. Panormi indictis Regni
1690 Comitiis Catanenſis Magiſtratus vices ſuas Felici
Cruci, & Spinolæ, Protegi à Secretis, delegavit;
Hic porro à Panormitano Senatu excipi juxta
morem poſtulavit. Indicta eſt igitur dies IX. Junii,
preceſſitque in equis à Civili Pretoria baſilica
Tympaniſtris, Tubicinis, Lictoribus, aliiſque admi-
niſtris longo ordine Senatus ille extra portam
Felicem ad S. Nymphæ Eccleſiam, ubi Proceres,
Nobileſque viri unà cum Legato illum opperie-
bantur. Tum ad Regium Palatium per viam
Marmoream vulgo *Caſſarum* ex eadem porta pom-
pà inſtituitur. Ducebat agmen Joſeph Brancifor-
tius Petræpertiæ Princeps, Velleris Aurei Eques,
poſt quem Nobiles complures; Hinc Tubicines,
Tympaniſtræ, Lictores, mox Senatores; poſtremus,
inter Carolum Caraffam Buteræ Principem, &
Dominicum Marchionem Montapertum Pretorem
medius Legatus incedebat, quibus ordo claudebatur.
Per idem tempus S. Agathæ Eccleſiam,
in Suburbio Franciſcus Antonius pridie Kalend.
Maji ſollemni ritu conſecravit; tum ob perſtre-
pentes in proximis Apuliæ, & Calabriæ Regio-
nibus terremotus, piiſſimas inſtitui voluit ſup-
plicationes ad Numinis vindictam avertendam.
1691 Per idem tempus Academiæ Privilegia, ac Sena-
tus Catanenſis jura ſarta tecta Prorex, variis Pa-
normi literis obſignatis, voluit. Dum porro impi-
gre Præſul Zelantiſſimus commiſſam ſibi Eccle-
ſiam gubernaret, nec tam verbo, quàm exemplo
populos optimis moribus informaret, ſummo bo-
norum omnium luctu, ſeptimo Kalend. Septem-
bris MDCXCII. ſublatus è vivis abiit. Ereptum ne
ſponſæ ſuæ excidium videret; nonnulli dehinc ju-
re optimo, autumarunt; in ſepulchrali proinde

Epigraphe marmoreo tumulo appicta hæc leguntur. Ann. Xp 1692

D. Franciſcus Antonius Caraffa, Archiepiſcopus olim Lancianenſis, dein Catanenſis Epiſcopus Vigilantiſſimus, Pius, Sapiens, Humillimus, Pauperum Pater, Paſtor adeo erga Oves æſtuans amore, ut reſte duas Catana jactare potuerit Ætnas. Ante terręmotum cum occubuiſſet, hic jacet. Heu ſtaret Catana, ni jaceret.

Alii ex animi dolore concepto, quod offendi Deum mutua nobilium quorumdam in arma ruentium, ipſo die Corporis Chriſti, diſſentione vidiſſet, tradunt Antonium mortem immaturè oppetiiſſe. Sedata tunc ab eodem Pontifice diſcordia fuit, ob prelationem inter Sodalitates eorumdem Nobilium exorta, publica, ac ſollemni intermiſſa ſupplicatione, quo ſane remedio equeſtri ordini præclarè conſultum. Exarſit nihilominus paulo poſt Divina vindicta, flagelliſque duriſſimis, ac communi Civium ruina atrocis injuriæ pœnas Optimum Numen expetiit, ut à piis viris tunc creditum. Sequenti enim anno Siculus Terręmotus è mortalium memoria numquam delendus, adeo grandia urbi noſtræ prę cæteris damna intulit, ut queat lacrymis potius, quam literis explicari. Habes excidii hujus plenam hiſtoriam à Dominico Guglielmino Catanenſi vulgatam, atque apud alios. Sed lubet hìc, aliorum malis prætermiſſis, noſtra memorari.

IX. Dies nona Januarii ſolito ſerenior illuxerat, at ſolis occaſum nonnullæ obduxerant nubes, flammiſque, ac fumo Ætna mons mali aliquod portendebat, quum hora noctis circiter quinta magnus Terræ tremitus inſulam univerſam, urbemque Catanam cum primis concuſſit. Hominum nulla ſtrages, ædes attamen enormiter quaſſatæ, ac ri-

matim

Ann. Xpi. 1693 matim dehiſcentes metum auxerunt. Nimio igitur timore Catanenſes affecti, quorum major pars quieti indulgebat, è domibus, cubiculiſque ſeſe repente proripiunt, lacrymis, queruliſque vocibus Divinam invocantes clementiam, ad ſacras effugiunt ædes, ac pęnitentiæ Sacramento muniri certatim efflagitant, diemque inſomnes præſtolantur. Eo illuceſcēte, univerſus populus ad princeps Templum convenit, ac Clero, Senatu, cętuque omni Regularium frequente, divæ Agathæ ſacrum corpus publico cultui hora XVI. exponitur, preces, ac liturgiæ, ſupplicationeſque in ſacco, & cilicio ad juſtam Numinis iram avertendam inſtitutæ, per diem pene integrum protrahuntur. Interim ædificia concuſſione labefactata fulcimentis munire Cives ſatagunt. Poſt ſolis occaſum innumeri in areas, agroſque Urbi proximos ſeſe effundunt, plerique verò religioſiores in Cathedrali Baſilica ad decimam uſque noctis horam, coram Diviniſſimo Euchariſtiæ Sacramento reverentiæ ergo perſeverant. Timore paululum excuſſo, quòd poſt horam XXIV. terræ motio facta eſſet nulla, univerſi Domos repetunt.

X. Tertio Idus Januarii die Dominica ſol pallido, ac ſanguineo aſpectu Cives timore perculit; hinc hora XVI, qua leviſſima concuſſione terra contremuit, atque ædis maximæ turrim aliquantulum affecit, ante ſacram Civis dulciſſimæ mamillam publicæ adorationi expoſitam preces, ſupplicationeſque ad XXI circiter horam ingeminarunt. Tunc murmur ingens exauditum, nec diu ex imo centro tellus horrendum quaſſari viſa, ędes ruere, terra alicubi dehiſcere, ædificia, ac mortales veluti abſorbere, Urbs denique univerſa funditus everti. Qui è longinquo in agris erant, nubem,

quæ diem abſtulit, ſuper Urbem cogi, itaut nocturnæ ſubtus orirentur tenebræ, Ætnęque monti: os flammeos ſimul rivos evomuiſſe adverterunt, ac talem & tantum editum fuiſſe ſonitum, quantum vix redderent omnia, quæ ubique terrarum ſunt tormenta bellica, si vel uno ictu exploderentur. Territę per aera volucres diffugere, pecudes miſerè mugientes cęlum gemitu implevere; Mare porro ad quinquaginta circiter paſſus ex arida receſſit; deinde ſummo impetu ad męnia uſque {Hæc integra remanſerant} regreſſum, rurſumque, ac tertio reſiliens per horas aliquot veluti rapidiſſimis agitatum ventis intumuit. Ingens pluvia non diu poſt terrę maximam concuſſionem, {nam aliæ, atque aliæ per horas aliquot continuò ſubſequutæ} nonnullis ne pulvere ſuffocarentur, adjumento fuit. Hominum nihilominus millia ferme decem & octo, cujuſque generis periiſſe memoratum, nec niſi Civium novem circiter millia ſuperfuerunt, quos inter luxati, ruiniſque labefactati pene innumeri recenſebantur. Ann. Xpi. 1693

XI. Qui luctus, quæ voces, quanta & qualis ubique mortis imago? diffugientibus enim quotquot ruinę ſuperſtites, atque incolumes evaſerant, fruſtrà femineçs ab affinibus auxilium implorabant. Hiſce malis nequiſſimorum hominum acceſſit aviditas; turmatim quippe è proximis opidis, pagiſque dilapſi, omnia diripere, atque in prędam agere, reſque cum prophanas, cum ſacras auſu temerario aſportare attentarunt; Defunctorum corpora indigniſſimè tractare, ut ſpoliis ditarentur; quorumdam manus, ac digitos, ut annulos inde extraherent, impiè obtruncare, pleroſque propria tutantes immaniter occidere, minimè ſunt veriti, auroque, ac ſupellectili onuſti, ad propria rediere. Ex Urbe porro

Meſſana

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1693 Meſſana opportunum auxilium naves, farina, ac pane onuſtę ab eo Senatu tranſmiſſæ Cives in præſenti diſcrimine ſublevarunt; nec ſegnior Panormitana Civitas, aliæque Siculæ Urbes opes, atque amicum obtulere aſylum. Defuncto interim Generali Vicario Nicolao Tedeſchio propriæ domus ruinâ oppreſſo, ſuperſtites Canonici Joſephum Cęleſtem, & Vigintimillium Cathedralis Theſaurarium ſubrogarunt; Hic enim in majori Sacello unà cum aliquot Nobilibus, Eccleſiaſticiſque viris Cathedrali Baſilica ruente, innumeramque Civium multitudinem, ne uno quidem ſuperſtite, opprimente, illæſus quum evaſiſſet, ſacramque Agathæ mamillam, ac Divinum Euchariſtię Sacramentum ſecum detuliſſet, ab optimo Numine, ut afflictis Catanenſis Eccleſiæ rebus ſuccurreret, ſervatus, merito hodie etiamnum creditur; imperterrito quippe animo, poſt ruinam ubique accurrens, conſternatos erexit, pleroſque patriam deſerere meditantes continuit, ac ſuprema ea dignitate donatus, ligneum primo Templum ſupra S. Salvatoris propugnaculum, quod magnum appellant, erexit, ubi divina officia, ac ſacras liturgias celebravit. Tum Moniales omnes, quę excidio ſupererant, in Suburbio Civitatis prope Eccleſiam S. Agathę, ſub certa clauſura in unum coegit, earumque cuſtodiæ ſedulo incubuit; Ex eis autem aliquot ſtatim poſt ruinam terreſtri primùm itinere, inde navi tranſvectę Meſſanam appulere, & ab Archiepiſcopo benignè exceptę, diu inter Moniales ejuſdem Urbis perſtiterunt; quas etiam Joſeph poſtmodum Catanam ad propria traducendas curavit.

XII. Senatorum unus, qui ſupervixerat, Petrus Moncada, novos nondum adeptus ſocios, nullis & ipſe parcens ſudoribus, ut res quoquo modo compo-

componeret, quammaximè adlaboravit, opportunum tantis malis ſubſidium ab Uzedę Duce Siciliæ Prorege expetiit, tandemque obtinuit; Die enim IV Februarii Joſephus Lancea Camaſtræ Dux cum poteſtate ab Uzeda ablegatus, Catanam venit. Hic prædonum audaciam coercuit, ac mulctavit, congeſtiſque in locum unum ſpoliis, quotquot ex illorum manibus licuit eripere, cuique civium res ſuas, aut ſuorum reſtituendas curavit. Tum conquirendis ſacris vaſis, ubi Sacroſanctum Domini corpus aſſervabatur, omnem navavit operam, inventa ad ſacrum locum ſumma pompa deferri juſſit; Ex illis unum à ſacrilego quopiam ſublatum, atque ſub tuguriolo abſconditum quum accepiſſet, ad locum cum Sacerdotibus ſe contulit, effoſſumque ingenti cum lætitia in Urbem tranſtulit. Illud hìc non omittam, quod in diruto S. Nicolai Caſinenſium templo eveniſſe memoratur: Sacrum nempe Domini Clavum edito in loculo, longèque à Divino Euchariſtiæ Sacramento aſſervatum, cum eodem ſtatim poſt ruinas à Monachis ſollicitè effodientibus, nec ſine prodigio, fuiſſe inventum. Ann. Xpi 1693

XIII. Jamvero annona reparata, Cives hac illac diſperſos, profugoſque, Joſephus, promiſſa à Vectigalibus immunitate, in Patriam revocavit, quumque ob cadaverum multitudinem inficiendum aerem prudenter ſuſpicaretur, conductis è proxima etiam Calabria operariis, Urbem expurgari præcepit. Nobilibus quibuſdam viris regiones ſorte diviſit, primuſque ad Cathedrale dirutum Templum progreſſus, in *ædiculam* S. Agathæ, ſic appellant, ubi ejuſdem ſacrum corpus condebatur, penetravit, atque aliis viam aperuit; Urbis demum reparationi totis viribus intendit. Inter hæc Andreas Regius novus Catanæ Pontifex deſignatus, qui ter-

ręmotus

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1693 remotus nuncio, quum adhuc in Calabria verſaretur accepto, Romam accelerato itinere, ut conſecrationis inſignia acciperet, convolaverat, ac die Dominica Palmarum inunctus, ſtatim ad reficiendam Eccleſiam ſuam à Summo Pontifice fuerat dimiſſus, menſe Aprili Catanam venit, ligneamq; ſacram Ædem prope Urbis mœnia in ea regione, quam à fornacibus appellant, ædificavit; tum anguſto domicilio ſibi, ſuiſque aptato, divini cultus inſtaurationem promovit, ac toto animo Sponſæ ſuę damnis reſarciendis incumbens, Paſtoris optimi, & Patris amantiſſimi muneri ſatisfecit; demumque contra illos, qui in Civium bona poſt terremotum impiè graſſantes, omnia diripuerant, Romani Pontificis authoritate Anathema publico ritu protulit.

XIV. Tertio Kalend: Auguſti ab omni onere exemptos Catanæ Cives, ejuſque incolas Prorex ſuis literis Panormi ſignatis declaravit, atque Ducis Camaſtrę Reſcriptum confirmavit. Nec diu poſt exortis inter Andream Pontificem, eumdemque Ducem, quoad novam Urbis molitionem controverſiis, quòd mutato ſolo, ad ſe jus concedendi dirutę Urbis regiones pertinere, Epiſcopus contenderet, iiſque mox conſopitis, communi voto, Peritorum operâ, illius veſtigium ea magnificentiâ, atque ordine, quem nunc demiramur, eſformatum, publicæ areæ, ac viæ diſpoſitæ, publica item ædificia ſunt deſignata, cuique demum Civium propriis uſibus accommodum, aptumque ſolum attributum. Dilata tunc nihilominus conſtructio ob crebras terræ concuſſiones, quæ ad XII. Kalend. Octobris grandi incolarum metu perdurarent, atque ex lignis ruditer compactis, cęmentiſque tuguria potius, quàm domos ſibi Cives conflarunt. Proximo anno allabente reliquas Moniales,

quæ

quæ ſibi aſylum extra Urbem quæſierant, atque *Ann. Xpti* *1694*
in alienis Cœnobiis adhuc degebant, Andreas Catanam coegit, eaſque benignè fovit, clauſtroque communi, quoad nova conderentur Monaſteria, continuit. A Martio porro menſe ad Novembrem iterato terra contremuit, Ætnaque mons cinerem, ſeu potius arenam tam ingenti copia è ſummo cratere emiſit, ut ventorum vi per inſulam univerſam, ac Melitam uſque diſperſa herbas, atque olera labefactarit, mortaleſque non levi moleſtia affecerit.

XV. Anno MDCXCV. menſe Majo Uzedæ Dux *1695*
Siciliæ Prorex Catanam venit, novę Urbis initia Civibus gratulatus, eorum ſtudia promovit; inde Auguſtam, ac Syracuſas profectus, urbem noſtram denuo repetiit, eaque omnia ſua authoritate firmavit, quæ ab Joſepho Lancea Camaſtræ Duce fuerant prudenter circa Urbis molitionem, ac laudabiliter decreta. Hinc Meſſanam regreſſus Regii Patrimonii Fiſci Patrono, ac Regni Archiatro perſcripſit, ut Catanenſi Academiæ jura omnino illibata ſervarentur, nulluſque alterius Univerſitatis privilegio decoratus publica obire munia, aut medicinæ artem profiteri auderet, ſanxit. Quartodecimo demum Kalēd. Decembris Panormi decrevit, ut doctorali laurea in Catanenſi Gymnaſio donati nulli alteri ſiſterentur examinandi, ſed liberè per inſulam univerſam facultates exercere poſſent, ut olim anno MDCLXXXVIII. ex aliis literis fuerat opportunè definitum. Interim Portæ Civitatis publicis viis reſpondentes extructæ, viæ am- *1696*
plitudine ſpectabiles decuſſatim ſeſe interſecantes una ab Uzeda Principe, altera à Camaſtra Duce ſunt appellatæ. Civibus certatim Edificiis moliendis incumbentibus, Andreas Pontifex ad Prin-

ceps

Digitized by Google

Ann. Xpi. 1696 ceps Templum reparandum ſummis viribus intendebat. Tum ad parœciales Eccleſias extruendas ſerò converſus, ex iis aliquot refecit, ac ſacra ſuppellectile inſtruxit, Palatium Epiſcopale à fundamentis excitavit; factaque unione Monaſteriorum Montis Virginis, S. Hieronymi, ac S. Claræ, coactis in unum eorumdem Monialibus, quę ruinis ſuperfuerant, ſub S. Claræ titulo, ac Seraphicis inſtitutis Cœnobium reſtituit; aliis ſubinde Portus Salvi, S. Mariæ Magdalenæ, S. Catharinæ, & S. Luciæ ſuppreſſis, eorum quoque ſuperſtites Moniales ad reliqua traduxit ſub S. Benedicti Regulis militantia, quę quinque omnino eſſe voluit, S. Juliani, S. Placidi, S. Benedicti, SS. Trinitatis, ac S. Agathæ. S. Luciæ porro pingues redditus cum Seminario Clericorum addixit, tum novo Regularium Collegio, quod Catanæ ſiſtendum curavit, Clericorum nempe Infirmis Miniſtrantium, ſubinde attribuit.

XVI. Jam verò Abſide majoris Baſilicæ reparata, repaculis remotis, ſollemne Miſſę Sacrificium in ea, quod fuerat per triennium intermiſſum, pridie Nonas Martii MDCXCVI. ingenti lętitia, ac ſummo Civium plauſu primus Andreas celebravit; ejuſdemque exemplo S. Nicolai
1697 Cœnobium in edito Urbis loco, à Monaſterio Monialium Montis Virginis appellato, extructum, ac nova illius Eccleſia fuit dicata; mox reliqui Ordinum Regularium Domos, ac Templa ex tabulis, cęmentiſque ſibi concinnanda curarunt. Anno
1698 MDCXCVIII. ſceleſtiſſimus quidam, *Caetanus lo Cugno*, poſt lucernas, S. Nicolai ędem clam ingreſſus, è ſacra cuſtodia Vas cum diviniſſimo Altaris Sacramento impiè ſubſtulit, & ſacro pane in loculo prope Cœnobium recondito, pixidem in fru-

ſtra redactam longè ab Urbe aſportavit. Cognito Ann. Xpi 1698
primo mane à Monacho quopiam execrabili furto, undique conquirendum raptorem improbum Abbas Romualdus Rizzarus è Patriciis Catanenſibus, præcepit, delataque ad Pontificem, ac Magiſtratum re, viduatam ſponſo Baſilicam interim luctuoſis aulęis obductam voluit. Hinc publicæ per Urbem Civium ſupplicationes in ſacco, & cilicio inſtitutæ, ut Optimum Numen, tanto facinore offenſum, obſequiis lenirent. Nec diu in Acis opido deprehenſus Cajetanus, Catanam traductus, atque impium ſcelus ultro confeſſus, locum, ubi Euchariſtiam occuluerat, oſtendit, quæ reverenter ſublata per univerſam Civitatem ſollemni pompa, ingentique lętitia circumfertur. Latro Judicum ſententia morti adjudicatus, magna de ſe relicta converſionis, ac pęnitentię opinione furcis ſuſpenditur.

XVII. Sequenti anno inter Pontificem, Urbiſq; 1699
Magiſtratus contentiones adeo ingentes exarſere, ut Acim ille contenderet, quumque novæ in dies exorirentur jurgiorum cauſſæ, tandem Andreas Matritum evocatus, ut objectis ſeſe purgaret, Carolum vita functum reperit; Supremo nihilominus Senatui quum abunde feciſſet ſatis, liber dimiſſus ad ſedem ſuam rediit, quam novis beneficiis demeruit.

Decurrentis Sæculi Hiſtoriam, Catanæ Annales ſub fęliciſſimo Auguſtæ Gentis Borboniæ Dominio complectentem, ad calcem Tomi tertii fuſiori calamo exaratam habes, unà cum exitialis peſtis, quæ nuper Meſſanam afflavit, notitia. His interim fruere, noſtriſque laboribus conſule.

FINIS TOMI SECUNDI.

INDEX

Digitized by Google

INDEX LIBRORUM, & CAPITUM.

CATANÆ ILLUSTRATÆ LIBER V.

CAP. I. Catana ſub Nortmannis f. 1
Cap. II. Catana ſub Nortmannis ab An. MCLIV. ad MCXCIV. f. 41
Cap. III. Catana ſub Suevis f. 58
Cap. IV. Catana ſub Gallis f. 83

CATANÆ ILLUSTRATÆ LIB. VI.

CAP. I. Catana ſub Aragonenſibus ab An. MCCLXXII. ad MCCXCVI. f. 89
Cap. II. Catana ſub Aragonenſibus ab An. MCCXCVI. ad MCCCXXXVI. f. 101
Cap. III. Catana ſub Aragonenſibus ab An. MCCCXXXVI. ad MCCCXLII. f. 130
Cap. IV. Catana ſub Aragonenſibus ab An. MCCCXLII. ad MCCCLII. f. 140
Cap. V. Catana ſub Aragonenſibus ab An. MCCCLII. ad MCCCLV. f. 176
Cap. VI. Catana ſub Aragonenſibus ab An. MCCCLV. ad MCCCLXII. f. 200
Cap. VII. Catana ſub Aragonenſibus ab An. MCCCLXII. ad MCCCXCII. f. 225
Cap. VIII. Catana ſub Aragonenſibus ab An. MCCCXCII. ad MCCCCXII. f. 247

CATANÆ ILLUSTRATÆ LIB. VII.

CAP. I. Catana ſub Caſtellanis ab An. MCCCCXII. ad MCCCCXLIV. f. 275

Digitized by Google

Cap. II. Catana ſub Caſtellanis ab Ann. MCCCCXLIV. ad MCCCCLVIII. f. 302
Cap. III. Catana ſub Caſtellanis ab Ann. MCCCCLVIII. ad MCCCCLXXX. f. 332
Cap. IV. Catana ſub Ferdinando Catholico f. 349

CATANÆ ILLUSTRATÆ LIB. VIII.

CAP. I. Catana ſub Auſtriacis ab An. MDXVI. ad MDLVII. f. 365
Cap. II. Catana ſub Auſtriacis ab Anno MDLVII. ad MDC. f. 407
Cap. III. Catana ſub Auſtriacis ab Anno MDC. ad MDCL. f. 433
Cap. IV. Catana ſub Auſtriacis ab Anno MDCL. ad MDCLXXVIII. f. 469
Cap. V. Catana ſub Auſtriacis ab Anno MDCLXXVIII. ad MDCC. f. 498

INDEX

A

Academia Catanenſis vide *Studium*.
Acatapar Officium. 261.
Accenſes Saraceni Rogerio Comiti ſubduntur. 10. Contra Fridericum Regem rebellant. 71.
Acis Arx juris Rogerii Lauriæ. 102.
Acis Opium Juris Eccleſiæ Catanenſis. 16. A Gallis militibus incenditur. 119. Ab Aloyſii Reg. Neap. copiis vaſtatur. 210. Ab Alagoniis ad Velaſcos tranſit, & Petro Infanti cedit. 285. Regio Demanio addicitur. 379.
Acis Præfectus ex Patritiis Catanēſibus. 296.
Adelaſia, ſive Delicia Rogerii Com. Uxor. 5.
Adelaſia Rog. Com. Neptis eadem, ac Emma, ſive Emona. 38.
Adrani Comes Catanæ Ugonis Moncadæ partes ſuſcipit. 370. Varia fortuna pugnat. 371. Catanæ præficitur. 373.
Æs Campanum Catanæ 245. Novum inſtituitur 291. Fuſum denuo 357. Ejus pondus 291.
Ætna mons cineres vomit. 514.
Ætnæ montis Incendia. Anno 1169. f. 50. Anno 1184. f. 91. Anno 1329. f. 120. Anno 1333. f. 125. Anno 1381. f. 244. Anno 1408. f. 268. Anno 1444. f. 311. Anno 1446. f. 326. Anno 1536. f. 383. Anno 1537. f. 387. Anno 1556. f. 414. Anno 1579. f. 422. Anno 1604. f. 437. Anno 1606. f. 438. Anno 1610. f. 440. Anno 1614. f. 442. Anno 1634. f. 454. Anno 1654. f. 471. Anno 1669. f. 475. Anno 1682. f. 501. Anno 1688. & ſequenti f. 506.
Ætnenſes Villici Gallos in fuga intercipiunt. 215.
Ætnæi Nemoris Terræ conceduntur. 379.
S. Agathæ Corpus Catanam translatum 24. Ejuſdem translationis Hiſtoria à Mauritio deſcripta. Ibidem. Male à Dandolo Venetis ceſſiſſe dicitur 33. Ejus patrocinio Catana à Peſte liberatur 415. Et ab Epidemia 427.
S. Agathæ Eccleſia à Rogerio Com. conditur 13. Poſt terræmotum inſtauratur 515. Ab Innoc. Maximo Epiſc. picturis ornatur. 455.
S. Agathæ Monaſterium ab Anſgerio ædificatum. 20.
S. Agathæ Monialium Cœnobium. 470 Templum in Suburbio. 492.
S. Agathæ prodigia poſt Translationem. 36. Aliud. 428.
S. Agathæ Reliquiæ luſtrantur. 356. Statua Argentea, ejuſque inſcriptio 240. Statua è marmore in illius carcere 433. Sacellum ornatur 439.
S. Agathæ Veteris Templum 104. Priorat. 236.
Albarus Paternionius Legatus ad Ferdinandum Regem. 354. Rurſus ad Regem Legatus 359. Cæremonialis Catan: Senatus Author 375.
Alborum Sodalitas fundatur. 415.
Album Nobilium. 500.
Aloyſius Siciliæ Rex vide Ludovicus.
Aloyſius Neapolis Rex, ejus copiæ Siciliam invadunt 209. Catanam fruſtra obſident. 212. Fugantur 214.
Aloyſius Caracciolus Cat. Epiſcopus. 379.
Aloyſius Moncata Prorex variis privilegiis noſtros demeretur. 459.
Alphonſus Siciliæ Rex 278. In Siciliam venit, & Comitia celebrat 281. Catanam applicat, ejuſque Privilegia confirmat 282. In filium à Joanna Reg. Neap. adoptatur 283. Novis Privilegiis Catanam afficit. 284. 285. Catanam redit, & Eccleſiæ Privilegia confirmat 293. Contra Africam ducit, moxque Catanam repetit 294. Denuo in Africam movet, & Catanam cum fratribus regreditur. 297. Navali prælio victus, captivus Mediolanum ducitur 298. Liber dimiſsus, Neapolis Regnum invadit 299. Studii Generalis Privilegium concedit, & Honoraria Lectoribus aſſignat. 313. Molem Portus Catanæ promovet 315. A Doganæ ſolutione novos Catanæ incolas eximit 327. Neapoli moritur 331.
Alphonſus Carillos Epiſc. Catanenſ. 331.
Alphonſus Paternionius 382.
Amphitheatri rudera 358.
Amenanus exundat, & Catanæ aerem inficit 194. Rurſus anno 1602. 432. Et anno 1653. 471.
Andreas de Caſtello Legatus ad Regem 275.

Andreas

Andreas Regius Epiſcopus Catan. 512. Princeps S. Agathæ templum inſtaurat 515.
Aiellus Guſmanus Siciliæ Prorex Catanam venit 496.
Angelus Buccamatius Catan. Epiſcopus 85.
Angelus Saccanus Epiſcopus Catan. 125.
Anſgerius Catanæ Epiſc. 13. variis bonis, & Privilegiis à Roger. Com. donatur 16. Ab Urbano II. confirmatus 17. Ex hac vita decedit 22.
Antonius Alexandrano Legatus ad Alphon. 285.
Antonia de Tarento Frider. III. Uxor. 239. Paullopoſt moritur. 240.
Antonius Faragonius Epiſcopus Catan. 414. Monaſticum in Cathedrali Eccleſ. inſtitutum delet 415.
Antonius Pimintellus Prorex. 451.
Antonius Biſignanus 468.
Antulium Caſtellum 5.
Aphrodiſium in Africa à Vega expugnatur 399.
Aquæ penuria Catana laborat 505.
Archidiaconus Catanæ, ejuſque juriſdictio ſupprimitur 412. Denuo reſtituitur 461.
Arias de Avalos Catan. Epiſcopus 328.
Artalis *Alagona* Leocatam diripit 163. Sortinum occupat, & Syracuſanos vincit. 185. Caſtri oppidum expugnat 193. Contra Claromontanos rem bene gerit 194. Ad Regem armatus venit, & Catanam illum deducit 201. Vitæ periculum ſubit 203. Pacem inire recuſat 205. In mari Catanenſi claſſe cum hoſtibus congreditur, & vincit 213. Leontinorum primo obſidet 218. Bidenum fruſtra oppugnat 220. Leontinum ſecundo obſidet 223. Auguſtam expugnat 224. Liparam inſulam diripit 234. Mariam è ſacro fonte ſuſcipit 235. Regni Bajulus, & Mariæ Tutor 239. Contra Martinum Regem Catanam munit 246. A Martino in gratiam recipitur 248. Deficit denuo, & bonis ſpoliatur 252. Siciliâ excedit, ac denuo revocatur. 253. Catanæ moritur 259.
S. *Auguſtini* Cœnobium peſtis invadit 421.
Auguſta à Turcis vaſtatur 399.

B

B*Aculus* Paſtoralis à Martiali Ep. juſſus 238.
Bartholus Frixanus orationem pro Pace ad Catanenſes habet 164.
Belchanus Præſes Siciliæ 1.
Belchemedus Amirà Nortmannis ſeſe opponit 8.
Belfortis Spinellus Catan. Epiſc. 101.
Bellum civile inter Vigintimillios, Palicios, & Claromontanos 134.
Bellum civile inter Palicios, & Alagnios, ejuſdemque incommoda 154. Inter Palicios, & Catanenſes 258. A Bernardo Caprera excitatum 272. Catanæ inter Nobiles 371.
Bellum inter Carolum Cæſarem, & Solymanum Turc. Imper. 392. Inter Hiſpanos, Batavos, & Gallos 496.
Beltrandus de Balzo Catanam obſidet 118. Acim opidum flammis conſumit 119.
Bencuminus Saracenus Catanam ſuis prodit 10.
Beneclerus Saracenus 1.
Benevertus ſive *Benemet* Saracenus 7. 8.
S. *Benedicti* Monialium Cœnobium fundatur 126.
Benedictus Paternionius Regius Orator ad Pontificem 259.
Benedictus Aſinari Eccl. Cat. Prior 361.
S. *Benincaſa* Cavenſis Abbas 55.
Benincaſa de Euſtaſio 107.
Berlingherius de Bardaxi Acenſis Arcis Præfectus 274. Arcis Urſinæ, & Catanæ Juſtitiarius 291.
Bernardus Catanenſis Epiſ. Electus 41.
Bernardus de Caprera Siciliæ Regnum affectat 270. Blanchæ Reginæ nuptiis inhiat 271. Inſulam prædabundus excurrit 271. Syracuſis Blancham obſidet 272. Captus in Arce Mottæ peſſimè tractatur 273.
Bernardus Colnagus Romæ Cauſſam Patriæ S. Agathæ gerit 432. & 434. Catanæ moritur 441.
Bernardus Margariti Epiſc. Catanenſis 344. Ejuſdem merita 345. Ad Eccleſ. Montisregalis Archiepiſ. poſtulatur 351.
Bernardus à Porto Mauritio Minor. Capuccin. Generalis Miniſter Catanæ moritur 505.
B. *Bernardus* Scammacca 35.
Bernardinus à Rhegio Catanæ conciones habet 381.
Bernardinus de Cardenas Maquedæ Dux Sicil. Prorex Catanam venit 431.
Bethumenus Catanæ Præfectus Nortmannis Siciliam prodit 1. Suos Saracenos vexat 4. Sub Arce Antulia occiditur 5.

Digitized by Google

Blancha Martini I. Uxor Regni Vicaria 262. Catanenſes beneficiis meretur. Ibidem. Catanæ in Arce contra Capreræ inſidias ſe tuetur. 270. à Bernardi Capreræ manibus Panormi elapſa, Catanam repetit 272. Rurſus Regni Vicaria 275.

Blaſcus Alagona pro Friderico II. ſtrenuè ſe gerit 10. Sub Gallani arce Gallos fundit 10. Ad mortem ab hoſtibus inquiritur. *Ibidem*

Blaſcus Alagona II. Panormum ab obſidione liberat 118. Contra Gallos Auguſtam diripiẽtes movet 120. Leontinum obſidet 138. Adverſus Palicios copias ducit 152. Victor de hoſtibus evadit 159. Matthęi Palicii caput honorifico ſepulchro infert 179. Catanæ ex humanis exemptus 199.

Blaſcus Alagona junior Juſtitiarius Catanæ 330.

Blaſcus Lancea Panormitanis inviſus 366. Catanam veniens vota, Ugonis Moncatæ favore cogit 367. Ad necem quæſitus Panormi, evadit 370.

Bonaventura Secuſius Epiſc. Catanenſis 440.

Buſſulus ſive Electio Magiſtratuum Catan. per vota, & Scrutinium ab Ævo Martini I. 253. Confirmatur ab Alphonſo, & Joanne Regibus 340. Ejus reformatio an. 341. 1631. 455. Deletur à Comite S. Stephani Prorege 500.

C

Cæremoniale Catan. Senatus à Prorege confirmatur 375.

Cæſar Tornanbenius 465.

Calatabianum Opidum Juris Eccleſ. Catan. 69. Eidem reſtituitur 328.

Camillus Paternionius ad Catan. Epiſc. poſtulatur 414.

Camillus Aſtallus S. R. E. Card. Epiſc. Catan. 473. Ejus mors, & ſepulchrum 473.

Canonici Sęculares in majori Baſilica conſtituti 416

Capitula in Comitiis Regi oblata 296. Alia 331 Item alia inter illa Regni inſerta 340 Alia 362. Rurſus alia à Carolo Cæſare firmata 373. 394. 398; & 410. A Philippo II. 426. Sub Philippo IV 450.

Capuccinorum colonia Catanæ fundata 381.

Carcer S. Agathæ ornatur 433.

Carmelitæ Fratres Catanæ excipiuntur 67.

Carmelitæ Reformati 443.

Carolus Andegavii Dux, Siciliæ Rex 81.

Carolus Auſtriacus Siciliæ Rex 365. Imperii coronam Bononiæ ſuſcipit 379. Ex Africa Victor in Siciliam traſmittit 382. Regno ſe abdicat 407.

Carolus II. Siciliæ Rex 475. Catanæ Privilegia confirmat 495. Et Studii Generalis privativam 501.

Carolus Cajetanus 488.

Carthanenſis Comes malè Catanenſis dicitur 76.

Carthuſiani Monachi Catanæ ſedem ſtatuunt 237 Recedunt 243.

Catana Nortmannis cedit 5. A Saracenis denuo occupata, mox à Rogerio expugnatur 7. Saracenis ex proditione tertio ſubditur 10. A Jordano rurſus aſſeritur 11. Ab Henrico VI. direpta 59; & ſeq. Reginali Cameræ aliquando addicta 69. A Friderico I. deſciſcit 72. Sub Manfredo variis turbis agitatur 78. Corradini partes ſequitur 84. Gallis ceſſiſſe malè dicitur à Collenutio 98. Ferdinando Infanti conceſſa 116. Catalanos fovet 153. A Paliciis tentatur 156. Annonæ penuria laborat 163. Tertia Regni Soror declaratur 360 A Turcarum incurſione liberatur 399. Ejus Privilegia firmantur à Philippo III; & IV. Regibus 445. A Carolo II. 498. Copiis contra Gallos munita 495. Poſt terræmotum inſtauratur 513.

Catanenſes à Friderico veniam petunt, & obtinent 115. Nonnulli Paliciis patriam prodere tentant 161. Mottæ agrum devaſtant 205. Fridericum, & Uxorem magnis lętitiæ ſignis excipiunt 225. Eorum Epiſtola ad Panormitanos 118. Alia Epiſtola ad eoſdem 280. Acenſium privilegiis fruuntur 379. Magiſtratus I. die Maii eligendi 420. A Vectigalibus poſt Terræmotum eximuntur 513.

Catanenſis Eccleſiæ Conſecratio 16. Bona occupata eidem reſtituuntur 83. Jura in Caſalî Judicæ, & S. Mariæ de Raſo 86. Privilegia ab Alphonſo Rege firmãtur 285. 301. 328. A Ferdinando 350. Ab Joanne Lanuza Prorege 355. A Carolo Cęſare 373. 378. vide *Epiſcopus*. Area ampliatur 407. Poſt terręmotum ſacra in ea peraguntur 515.

Catalonæ naves Catanam auxiliatum veniunt 161. Hoſtium triremes invadunt 211.

Cephalędenſibus Publici Studii Privilegium abrogatur 380.

Cereus quotannis in feſto Annunciatæ Virginis Regis nomine accenditur 261.

Charend.

Charondæ Philoſ. Sepulchrum 378.
Chorus in Principe templo inſtituitur 425.
Civiles diſcordiæ Catanæ 369.
Clades mutuæ inter Siculos 163.
Claramontani publici hoſtes declarantur 184. Contra Catanam ducunt 188. Friderico Regi conciliantur, & denuo deſciſcunt 206. Rurſus Regi adhęrent 234.
SS. Domini *Clavus* Monachis S. Nicolai á Martino dono datus 250. Igni appoſitus 390. Catanam deportatur 394. 395. Poſt Terręmotum inventus 512.
S. *Claræ* Monialium Cœnobium fundatur 410.
Claudius Lamaraldus Lignè Princeps Prorex 493
Clerici Minores Regulares Catanæ 450.
Collegialis Eccleſia S. Mariæ de Eleemoſyna 317
Collegium Societatis Jeſu fundatur 403.
Colloquium inter Blancham Reg; & Bernardum Capreram 271.
Comitia Regni Catanæ ſub Petro I. celebrata 105. Comitia Meſſanæ 132. Panormi 140. Catanæ 182. Meſſanæ ſub Frider. III. 200. Anno 1400. Catanæ 261. Tauromenii 270. Anno 1416. Catanæ 278. Anno 1434. Panormi 296. Anno 1441. Panormi 316. Anno 1475. Catanæ 344. Anno 1478. Catanæ 346. Anno 1516. Panormi 367. Meſſanæ 367. Iterum Meſſanæ 394. Panormi 396. Rurſus Panormi 398. Anno 1560. Meſſanæ 408. Anno 1563 Panormi 410. Anno 1566 Catanæ 412. Meſſanæ 441. Militaria Catanę 496. Anno 1690. Panormi 507.
Commiſſarii Catanam directi, eorumque poteſtas 300.
Conceſſiones terrarum ab Epiſcopis factæ 379. In menſæ Epiſ. utilitatem eſſe probatur 504
Congregatio Siculo-Benedictina 350. Congregationi Caſinenſi unitur 358.
Conjuratio in Rogerium Epiſcopum 65.
Conjuratio in Henricum VI. 65. In Carolum Cæſarem 376.
Conradus Siciliæ Rex 7.
Conradus Capicius pro Manfredo, & Corradino ſtrenue rem gerit 82. Catanæ ultimo ſupplicio affectus 84. Male cum Conrado de Antiochia confunditur 85.
Conradinus Rex Siciliæ capite plectitur 84.
Conradus Caſtellus 238.
Conradus Caracciolus Epiſcopus Catan. electus 265.
Conradus de Auria cum Gallis congreditur, & ſuperatur 155.
Conſecratio Sacelli Urſinæ Aręs 249.
Conſecratio Catanenſis Eccleſ. 5.
Conſiſtorii Tribunal inſtituitur 49.
Conſtantia Regina Henrici VI. Uxor 58.
Conſtantia Friderici I. Uxor 58. Catan. moritur 71
Conſtantia Ludovici Regis Soror S. Claræ Meſſ. Abbatiſſa 178. Catanam venit 181. Regni Vicaria 182.
Conſtantia Friderici III. Uxor 225. Catanenſes ob onere Doganæ eximit 233. Catanæ filiam parit 235. Ibidem mortale exuit, & ſepelitur 235.
Conſuetudines Catanæ firmantur 266.
Conſules Catana eligere poteſt in aliis Regni Civitatibus, eorumque poteſtas qualis 276.
Converſarum Mulierum Cœnobium 416.
Coronatio Ludovici Regis Panormi 140.
Cruce Signati Siciliam invadunt 92.
Curia Regia Catanæ per anni ſpatium 295.
Curia Primarum Appellationum Catanæ 285.

D

D*amianus* Salimpipi Ludovici Reg. Legatus 192.
Damnum ex incendio 1669. Catanæ illatũ 492.
Delicia vide *Adelaſia*
Deſiderius la Placha 443.
Didacus Catanenſis Electus 355.
Didacus Aquila Siciliæ turbas componit 368.
Didacus Enriquez Albæ Comes Prorex Catanam venit 424.
Diſſentio inter Nobiles de pręcedentia 508.
Drepanum à Jordano expugnatur 9.
Duellum inter Petrum Aragonium, & Carolum Andegavenſem Burdegali indictum 90.
Dynaſta Vallis currentis 205.

E

E*Leonora* Regina Minorum Fratrum Cœnobium Catanæ ſtatuit 124. Ejus mors, & Elogium 143.
Eliſabeth Regina Catanæ filium parit 134. Catanenſes ad ſuas partes allicere tentat 157.
Elias Catanenſis Epiſcopus 240.
Emmanuel Spinola Archiepiſ. Montisreg. 141.
Ennenſis Populi in Epiſcopum ſeditio 451.
Epidemicus morbus Catanam vexat 426.
Epiſcopi à Rogerio Comite in Sicilia conſtituti 13.
Epiſcopus Catanenſis ſuffraganeus Montis-Regalis

Digitized by Google

lis deſignatur 55. Comes Maſcalarum 396. Ejus Privilegia vide *Catanenſis Eccleſia*. Pallium recipit 51.
Epiſtola Petri Regis ad Panormitanos de morte Friderici Regis 130. Ejuſdem de nativitate Ludovici 137. Clementis Rom. Pont. ad Emmanuel: Spinolam de Jure Metropolitico 142. Ludovici Regis ad Catanenſes de Pace componenda 169. Et Catanenſium ad Ludovicum 170. Ejuſdem ad Blaſcum Alagonam 176. Janvenſium ad Catanenſes 179. Catanenſium ad Panormitanos 282. Eugenii Rom. Pont. ad Catanenſes 298. Joannis de Primis ad Catan. Senatum 302.
Eremus S. Hieronymi, vulgo *la Mecca* fundatur 417.
Eugenii IV. Diploma vide Privilegium
Euphemia Friderici Soror, Regni Vicaria 202 Fridericum Regem ab Artali repetit 202. Ad Artalem pro pace mittit 204. Catanam venit 206. Cephaledii moritur 222.

F

F*Ames* Catanæ, & in Sicilia An. 1140. f. 39. Catanæ cives affligit 171. Fames anno 1581. Catanæ 422. Per Inſulam, & Catanæ 426. Rurſus Catanæ 437. Per Siciliam, & Catanæ 463
Ferdinandus Balearis inſulæ majoris Infans 116. Iſabellam Peloponneſi Dominam Uxorem ducit 116. Catanam dono accipit *ibidem*
Ferdinandus Siciliæ Rex 275.
Ferdinandus Catholicus Siciliæ Rex 341.
Ferdinandus Acunam Prorex Catanæ ſedem ſtatuit 352. Jurgia inter Senatum, & Vicarium Epiſ. componit. *Ibidem*. Catanæ mortale exuit 353. Ejus elogia ſepulchralia. *Ibidem*.
Ferdinandus Conſaga Prorex Catanam venit 386.
Ferdinandus Vega Catanæ pro Patre præfectus 403.
Ferdinandus Paternionius Soc. Jeſu 405.
Ferdinandus Alcalæ Dux, Prorex Catanam venit 452. Et rurſus 454.
Feſtum Immaculatæ Conceptionis Catanæ 449. Voto ad illius celebrationem ſeſe Catanenſes obſtringunt 462. Rurſus novo juramento 492.
Franciſcus I. Vigintimillius 131. Ejus mors 134.
Franciſcus II. Vigintimillius 132.
Franciſcus Valguarnera 155. In agro Catanenſi contra Palicios infeliciter pugnat 158.
Franciſcus de Caſtello in acie occiditur 162.
Franciſcus Palicius 185.
Franciſcus Campolus Catanen. Epiſ. 343.
Franciſcus Garſia Catan. Epiſ. 352.
Franciſcus de Prades Catan. Epiſ. 354.
Franciſcus Paternionius agmen ducit contra Ugonis Moncatæ fautores 369.
Franciſci Nigri Philoſophi mors 385.
Franciſcus Caraffa Catan. Epiſcopus 507. Ejus elogium 508.
Franciſcus Fortezza Regius Viſitator 504.
Franciſcus Liparulus Catanæ Vicarius 425.
Franciſcus Amicus Eccleſiæ Prior 453
Franciſcus de Mello Aſſumari Comes Prorex Catanæ Privilegia auget 460.
Franciſcus Fernandez Dux Alburquerquius, Prorex 490.
Franciſcus Pacecus Uzedæ Dux, Prorex Catanam venit 514.
Fridericus Siciliæ Rex 65. Imperii corona donatur 69. Catanam venit 71. Eccleſiis infenſus, eoſdem opprimit *Ibidem*. Catanã funditus delere quum vellet, oraculo Divino abſterritus ſententiam mutat 73.
Fridericus Lancea Suevis addictus 84.
Fridericus II. Siciliæ Rex 104. Comitia Catanæ celebrat *Ibidem*. Catanæ exceptus 115. Apud Paternionem moritur 126. Catanæ ſepultus 128 Ejus ſepulchralis inſcriptio 129.
Fridericus de Antiochia 133.
Fridericus Dux, Joannis Filius 151. Catanæ ex peſtilentia decedit 197.
Fridericus Claromontanus 177.
Fridericus III. Siciliæ Rex 200. Catanam delatus 201. Simplex dicitur, & quare 217. Conſtantiam Aragoniam uxorem ducit 225. Catanenſes privilegiis auget 226. Meſſanæ periculum ſubit 238. Panormi cum Antonia 2. Uxore coronatur 239. Meſſanæ obiit 241.
Fridericus Infans Martini filius 258. Catanæ adhuc puer à vivis abit 261.
Fridericus Aragonius Martini Nothus, Lunæ Comes 276. Claſſi Aragonenſi præeſt 288. Cercinam inſulam invadit 289. Catanæ exceptus 290. Ex ea recedit cum Tarſia Matre 290.
Fulgentius Travallinus Ordin. S. Auguſ. Prior Generalis Catanæ comitia cogit 505.

G

G*Alli* Siciliæ Regno excedunt 86. Siciliæ bellum inferunt 495. varia fortuna pugnant 496. Eorum Triremes in mari Catanenſi

Digitized by Google

nenſi. *Ibidem*. Inſula excedunt 498.
Garſias de Toledo Prorex Catanam venit 417.
Gaſpar Pou Epiſcopus Catan. 362. Catanæ excipitur 368. Jurgia Nobilium, & civiles diſcordias componere nititur 371.
Gaufridus Rogerii filius 22.
Gentilis Catanen. Epiſc. 103.
S. Georgii Brachium à Monachis Baſilianis Mauritio Epiſ. datum 37.
Gerardus de Palma S. R. E. Card. Legatus 108. Benedictina Cœnobia luſtrat 111. Per Inſulæ littora cum claſſe enavigat. *Ibidem*
Gerardus Oddonis Epiſcop. Catan. 141. Legatus ad Rom. Pontif. 145. Meſſanam adit lue laborantem 148. Ex peſtilentia Catanæ obit 151
Gualterius de Palena Catan. Epiſcopus 68. male à Friderico habitus 74; & 75.
Gualterius Paternionius 284.
B. Guillelmus Bucherius 124.
Guillelmus I. Siciliæ Rex 41.
Guillelmus Bleſenſis Catan. Epiſ. electus 44.
Guillelmus II. Siciliæ Rex 44. Meſſanam obſidet 49.
Guillelmus III. Siciliæ Rex 57.
Guillelmus Abbas Maniacenſis 92.
Guillelmus Peralta in bello occiditur 160.
Guillelmus Montecatinus veneno ſublatus 161.
Guillelmus Milinzana Regis ad Catan. Legatus 167
Guillelmus de Mariſcalco 201.
Guillelmus Raymundus Montecatinus ex arce Catan. Mariam Reg. nocte educit, & in Cataloniam defert 241. Perduellis à Martino declaratur. 258. Reconciliatus. *Ibidem*.
Guillelmus Bellomus Catan. Epiſc. 330. Cives ſacris interdicit 332.
Guillelmus Barreſius Catanæ turbas fovet 369.
Guletæ Arx expugnatur 382.
Gymnaſium Catanenſe *vide* Studium.

H

HEctor Pignatellus Siciliæ Prorex 370. Catanam venit, noxioſque punit 372.
Henricus Policaſtri Comes 35. S. Leonis Cœnobium condit, boniſque auget 39.
Henricus Ariſtippus 42. Ejus munia, & mors 43
Henricus VI. Imper. Siciliæ Rex 58. Siculos vexat 59. Catanam expugnat, & incendit 60. Catan. Eccleſ. Privilegia confirmat 63.
Henricus de Palimberga Catan. Epiſc. 75.
Henricus de Inciſa Saccenſis 111.
Henricus Rubeus Ludovico Regi fidem ſuam probat 128. Naves Neapolit. ſuperat 192. Contra Artalem Alagonam conjurat. 202. Catanæ agros populatur 203. Claramontanos ad pugnam provocat 207. Contra hoſtes ducit 209 Pacem cum Artali componit 223. Meſſanam obſidet 234. Proceres Regni conciliat. *Ibidem*. Denuo à Rege deficit 235.
S. Hjeronymi Monialium Cœnobium fundatur 429
Hjeronymus Aſmundus 397.
Hjeronymus Eremita Romam contendit 99.
Hjeronymus Guerrerius turbas Catanæ pro Ugone Moncada ſuſcitat 369.
Hjeronymus Aſmari Cat. Juſtitiarius 369. Capite plectitur 372.
Hjeronymus Giuffrida Seditionis author Catanæ 463.
Hjeroglyphica columna vetus 497.
Hiſpani Milites in Sicilia rebellant 393.

I

JAnuenſes ad Catanæ Senatum ſcribunt 279.
Jacobus Siciliæ Rex Catanam tuetur 93. Contra Auguſtam movet 95. In ſomnis à S. Agatha ad pugnam animatus 96. Hoſtes ſuperat 97. Siculos deſerit 100. Contra Fridericum fratrem claſſe congreditur 102.
Jacobus Ferdinandi Inſulæ Balearis Infantis filius Catanæ oritur 117.
Jacobus de Soris Artalis Alagonæ ad Regem Legatus 174.
Jacobus de Tedeſchi Catan. Epiſcopus poſtulatus 328.
Jacobus Paternionius Ab Agyrenſis Catanæ Legatus 342. Catanæ Epiſc. poſtulatur *Ibidē*.
Jacobus Raymirez Epiſcopus Catan. 356.
Jacobus Conchilles Epiſcopus Catan. 360.
Ignatius Migliacius Baucinæ Princeps Catanæ præeſt 497.
Induciæ inter Fridericum II; & Robertum Ducem 113. Inter Catanenſes, alioſque Siculos 171. Inter Catan. & Leontinos 200. Inter Frider. Reg; & Proceres 217.
Innocentius Maximus Catan. Epiſcopus 450.
Joannes Agellus Epiſc. Catan. 46. una cum 40. Monachis opprimitur 51.
Joannes de Calcaria, ſe Fridericum eſſe ſimulat 80. Captus ultimo ſupplicio Catanæ afficitur 81.
Joannes Procita Catanenſis 87. Fit Regius Cancellarius 90.

Joan.

Joannes Lauria Rogerii Lauriæ Nepos 109.
S. Joannis de Papirinecca Eccleſia igne vaſtatur 121.
Joannes Randatii Marchio, Regni Vicarius 139. Ex peſtilentia moritur. 150.
Joannes de Aragonia in bello occumbit 161.
Joannes de Luna Catanenſis Epiſ. 190.
Joannes Alagona Artalis frater 208.
Joannes Manciavacca 216.
Joannes Ferdinandi Reg. filius Siciliæ præeſt 296 Catanam venit 297. Siciliæ Rex inauguratus 332. Catanenſ. Eccleſ. Privilegia firmat 334.
Joannes de Podio Catan. Epiſcopus 278. Ejus munia 279. Fit Regni Præſes 283.
Joannes Vigintimillius 288.
Joannes de Piſcibus Catan. Epiſcop. 292. Ejus munia 293. Legatus Alphonſi ad Concilium Baſileæ 296.
Joannes Baptiſta Platamonius Legatus Alphonſi ad Joannam Regin. Neapol. 295. Ad Concilium Baſileæ 299.
Joannes de Primis Studii Univerſalis Privilegium impetrat 301. Ejus ad Catan. Senatum Epiſtola. *Ibidem*. Legatus Rom. Pont. ad Alphonſum 312. Epiſcopus Catan; & S. R. E. Cardin. *Ibidem*. Neapoli moritur 327.
Joannes Thomas Moncata Siciliæ Prorex 344.
Joannes Gattus Epiſcopus Catan. 344.
Joannes Cardona Prorex 346. Meſſanenſes Legatos male habet *Ibidem*
Joannes Anſalonius Regni Legatus ad Ferd. 349
Joannes Paternionius Catan. Epiſ. poſtulatus 351 Archiepiſcopus Panormitanus, & Regni Præſes 359.
Joannes Deza Epiſcopus Catan. 354.
Joannes Franciſcus de Prades Epiſc. Catan. 354.
Joannes Columna S. R. E. Car. Catan. Epiſcopus 361.
Joannis Rizzi facinus in Templo maximo 361.
Joannes Joenius pro Ugone Moncata ſtat 369.
Joannes Thomas Paternionius 370.
Joannes Squarcialupus 370.
Joannes Vega Prorex Catanam venit 398. Mœnia reficit 400.
Joannes la Cerda Prorex Catanam venit 407. Caroli V. funus Catanæ celebrat 408.
Joannes Franciſcus de Horozzo Catan Epiſc. 412
Joannes Corrionerus Epiſc. Catan. 425.
Joannes Dominicus Rebiba Catan. Epiſc. 429.
Joannes Ruiz Villosloda Epiſc. Catan. 437.
Joannes de Torres Epiſcopus Catan. 444.
Joannes Alphonſus Enriquetius Prorex Catanam venit 462.
Jolanda ſive Violanta Roberti Ducis Uxor 102 Catanæ filium parit 112. Apud Thermas obit 114.
Jordanus Rogerii Com. filius 8.
Joſephi Raymundi mors 505.
Joſephus Specialis Baliſtarius 466.
Joſeph Loredanus Meſſanæ Legatus 490.
Joſeph Cæleſtis Generalis Vicarius 551.
Joſeph Lancia Camaſtræ Dux 514.
Judæi Catana pelluntur 253.
Judica à Rogerio Com. expugnatur 9.
Judicum M. R. C. numerus deſignatur, quos inter unus Catanenſis eſſe debet 317. Aut bini alternatim 398.
Juvenus Catanenſis Electus 40.
Julianus de Robore S. R. E. Car. Catan. Epiſcopus 342.
S. Juliani Moniales Catanæ intra mœnia exceptæ
Jus paſcendi in Ætnæ nemore 380.
Juſtitiarii Catanenſis officium Catanenſibus Nobilibus conferendum 287.

L

L*Anæ* contactu Corporis B. Agathæ benedictæ igni Ætnæo oppoſitæ ejuſdem avertunt curſum 455.
Leander Guſſius ejuſque mors 470.
Legatus Catanæ urbis coram Principe pileatus incedit 461. ſollemni pompa Panormi excipitur 507.
Legati Catanenſes Regi Catanam adeunti occurrunt 283.
Legati Meſſanenſes in Comitiis de loco contendunt 346. Catanenſes ad Regem 340. Ludovici Regis 172.
S. Leonis de Panachio Cœnobium 39.
Leo Ravennas Epiſc. Catanenſ. 54.
F. Leo Ordinis Minor. Capucin. 423.
Leonardus de Fiiſco Epiſcopus Catan. 115.
Leontinii Catanæ agros diripiunt 184. 192.
Leontinum obſidione premitur 191.
Leunconium Arx, & opidum incerti ſitus 77.
Liparæ Inſula ab Artali Alagonio diripitur 234.
Locuſtarum ingens copia agros vaſtat 196.
S. Luciæ Cœnobium Adrani fundatur 44.
Ludovicus Batteatus 486; & 489.
Ludovicus Siciliæ Rex 140. Ejus Epiſtola ad Catanenſes 169. Ejus Epiſtola ad Blaſcum Ala-

gonam *Ibidem*. Legatos pro Pace Catanam mittit 172.
Confirmat Blaſco, ejuſque ſociis bona, & dignitates 177. Ad provinciam luſtrandam iter inſtituit 178. Catanam venit, ac ſumma pompà à Civibus excipitur 181. Proceres Siculos inter ſeſe conciliat 182. Agyrium contendit 184. Varias contra hoſtes expeditiones molitur 285. Catanenſibus gratias largitur 186. Leontinum obſidet 191; & 195. Apud Acim fato functus eſt 198.
Ludovicus Roberti Ducis filius Catanæ natus 112
Lunaris Area, ubi nundinæ, ampliatur 278.
Lupus Ximenius Sicil. Prorex Catanæ moritur 344
Lychnus Argenteus in S. Agatæ Sacello 443. Regis nomine anno 1669. S. Agathæ oblatus 490.

M

Macharonius Catanæ Juſtitiarius 75.
Magiſtri Operæ magnæ 239.
Magiſter Notarius ex Albo Nobilium 295.
Magiſter Capellanus, ejuſque munia 443.
Manfredus de Mohac 183.
Manfredus Siciliæ Rex 78.
Manfredus Claramontanus 188. Syracuſas incaſſum obſidet 202. Catanæ agros diripit 220.
Marcus Antonius Columna Prorex 422.
Marcus Antonius Guſſius Catan. Epiſ. 469.
S. Mariæ Vallis Joſaphat Eccleſia Paternionis 19. In Parœciam erigitur 23.
S. Mariæ de Licodia Monaſterium fundatur 41. In Titulum Abbatialem evectum 66. A Blancha Reg. ſæpius frequentatur 276.
S. Mariæ Novælucis imago, & Eccleſia 52. Monaſterium ab Artali Alagona fundatum 236. Benedictinis attribuitur 243. Juris Regii effectum 250.
S. Mariæ de Annunciata Templum 67. A Martino Rege beneficiis augetur 267. Sacrarium incendio conſumitur 414.
S. Mariæ de Monacabus Cœnobium 144.
S. Mariæ de Eleemoſyna Templum Regia Cappella coſtituitur 256. In Collegiatā evectū 317
S. Mariæ, & Jeſu Minorum Cœnobium 301.
S. Mariæ Portus Salvi Monial. Cœnobium 341. Cum alio SS. Trinitatis unitur 402.
S. Mariæ de Grutta Imago inventa 359.
S. Mariæ de Miſericordia feſtum 433.
S. Mariæ de Directione Eccleſia 443.
S. Mariæ de Spe Eccleſia Capucinis datur 449
S. Mariæ de Auxiliis Congregatio 459.
S. Mariæ de Sacra Epiſtola Feſtum Catanæ 475.
Maria Siciliæ Regina Catanæ oritur 234 E caſtro Urſino in Cataloniam deſertur 241. Martino Uxor data 246. *Vide* Martinus I. Leontinis obit 260.
Marinus Caracciolus S.R.E. Card. Epiſ. Catan. 377
Martialis Catan. Epiſcopus 219. Jura Eccleſiæ ſuæ recuperat 223. Regius Cancellarius 235 Monaſt. S. Agathæ reficit 238. Avenione moritur 240.
Martinus I. cum Patre, & Uxore in Siciliam applicat 247. Ejus literæ contra Artalem Alagonam 248. Artalem, & Simonem Epiſc. in gratiam recipit. *Ibidem*. Catanam obſidet, & capit 252. Ejus diploma de exanthoratione Simonis Epiſc. 254. Panormi coronam ſuſcipit 256. Siciliæ ſtatum componit 259. In Aragoniam navigat 262. Catanam redit 265 In Sardiniam contendens ibi decedit 270.
Martinus Senior Siciliæ Rex 270.
Martinus Lopez de Oblit Gallos fugat 95.
Martinus Ybanes Catan. Epiſc. Eligitur 505.
Matthæus Cancellarius 48.
Matthæus Palicius de pace cogitat 164. Meſſanæ cum ſuis trucidatus 179.
Matthæus de Schiner S. R. E. Car. Epiſ. Cata. 375.
Mauritius Catanenſis Epiſcopus 23. Coronationi Regis Rogerii adſtat 37. Os S. Agathæ Monachis S. Salvatoris Meſſanæ dono dat. *Ibidem*. Moritur 39.
Maurus Cali Epiſc. Catan. 267. Epiſcopatui renunciat 276. Melitenſi Eccleſiæ reſtituitur 277
Mazara urbs capitur à Nortmannis 7.
Melita à Turcis obſeſſa 900.
Meſſana à Rogerio Comite occupatur 3. Gallis prodita 203. Ejus Cives contra Rubeos conjurant 206. Ad Aloyſium Neapol. Reg. deficit 208. Ab Henrico Rubeo obſidetur 234. In ea ſtudium inſtitui vetat Philippus Rex 428 Suppetias Catanenſibus tranſmittit 511.
Metaphraſtis fides dubia 434.
Michaelangelus Bonadies Catanæ Epiſc. 473.
Miniſtrantium infirmis Sacra Domus 51.
Minorum Fratrum Catanæ Colonia 76. Cœnobium fundatur 124.
Minimi Fratres Catanæ ſedem ſtatuunt 376.
Minores Fratres Tertii Ordinis 438.
Minores de Obſervantia in S. Agathæ Veteris templo excipiuntur 442.

Digitized by Google

Mænia Catanæ, & propugnacula 400; & 415.
Monachi S. Agathæ Prioris juriſdictioni ſubduntur 344. Eorum in Cathedrali ſuppreſſio 411.
Monachi S. Nicolai Catanam veniunt 397.
Monaſteria Sicula Benedic. Caſinenſi Congregationi uniuntur 358.
Moniales S.Juliani Catanæ excipiuntur 122. Poſt Terræmotum in propriis clauſtris locatæ 514. Aliquot illarum Cœnobia ſuppreſſa 51.
Mons Pietatis Catanæ fundatus 397. Alter anno 1669. ad tempus erectus 486.
Montanerius de Sofa 110.
Montis Virginis Monialium Cœnobium 69.
Motta S. Anaſtaſiæ Arx 207. In ea Bernardus de Caprera male habitus 174.
Mylæ Euphemiæ Vicariæ ſeſe dedunt 206.

N

N*Apolio* Caputus 103.
Nectum Alagoniis adhæret 162.
S. Nicolai de Arena Monaſterium 124. Ejus Monachi ad Monregalenſe Monaſ. reformandum aſſumpti 238. A Martino I. Variis beneficiis augetur 250. Catanæ novum fundatur 407. A Monachis incolitur 431. Aliud in monte Virginum ſtatuitur 515. In illius Templo SS. Euchariſtia furto ſublata, mox inventa 516
S. Nicolai Ordinis S. Baſilii Cœnobium 54.
Nicolaus de Grellis Epiſc. Catan. 125.
Nicolaus de Lauria 161.
Nicolaus Mutabenius 187.
Nicolaus Specialis Prorex 288. Variis privilegiis Catanenſes demeretur. 290.
Nicolaus Tedeſchius Alphonſi legatus ad Concilium Baſileæ 296.
Nicolaus Paternionius 300.
Nicolaus Maria Caracciolus Epiſ. Catan. 386. Leges promulgat, & reformat 393. Concilio Tridentino intereſt 402. Siciliæ Præſes 407. Redux è Concilio à Turcis capitur 409.
Nicolaus Stizia Catanæ Epiſ. poſtulatur 417. Primus Regiæ Monarchiæ Judex Eccleſ. 427.
Nicoloſini opidi ruina 254.
Nicoſia ad Regias partes redit 190.
Nortmanni eorum nomen, & potentia 1. In Siciliam evocantur. *Ibidem*. Saracenos ſuperant 3. In Italiam tranſmittunt 4.

O

O*Beliſcus* Catanæ erectus 497.
Octavius Brancifortius Epiſc. Catan. 459. Ædes Epiſcopales reficit 461. Cum Senatu contendit 462. Apud Acim moritur 463.
Olcta Catanenſium igne conſumpta 244.
Operæ Magnæ prima Inſtitutio 239. Ejus augmentum 245. Leges 378.
Oraculum Cæleſte: Noli offendere Patriam Agathæ, &c. 73; & 180.
Oratio Quadraginta horarum 444.
Organa in majori Baſilica 392.
Orlandus Aragonius, ſive Rolandus 153. Legatus ad Aragoniæ Regem 192.
Orphanorum ædes fundatur 401
Oſſunæ Dux Prorex Catanenſibus indignatus 442 Catanam veniens Cives in gratiam recipit 443
Otho Caputius Catan. Epiſcopus 76. Exilio à Gallis mulctatus 85.

P

P*Agi* Catanenſes divenditi 461. Eos recuperãdos Cives curant 463. Pecunia emptoribus exſoluta 470. Denuo diſtrahuntur 471.
Palicii Inſula excedunt 139. Revocantur 152. Regem ſub tutela ſuſcipiunt 154. Catanæ agros vaſtant 156.
Panormus à Nortmannis oppugnata 6. A Caroli claſſe obſeſſa 117.
Patria S. Agathæ Catana 431; & 434.
Patritius Armorum Dux conſtituitur 497.
Pax Inter Robertum Ducem, & Frider. II. 114. Inter Joannam Neapol. Reg; & Ludovicum 146. Oblata Artali Alagonæ à Frid. II. 162. Inter Siculos Proceres firmata 175. Inter Fridericũ III, & Joannam Neapol. Regin. 235; & 239.
Peſtis Panormi anno 1209. 68. In Sicilia, & Catanæ anno 1347. 146. Anno 1355. 196 Anno 1423. 287; & An. 1438. 300. Rurſus An. 1468. 341. An. 1576. 417. B. Agathæ Patrocinio extincta 418. In pagis Catanæ ann. 1577. 420. Et Catanæ 421. Anno 1624 405.
Petralia Nortmannis cedit 5.
Petrus Ruffus 77.
Petrus Aragonius Siciliæ Rex Catanæ Comitia celebrat 89. Vectigalia Siculis remittit 90.
Petrus II. Siciliæ Rex 128. Comites Catanæ creat 130; Ieracium obſidet, & capit 134. Privilegia Catanenſibus concedit 135.
Petrus Catanæ Epiſcopus 161.
Petrus Serra Cat. Epiſcop. ejuſq; munia 154. 157.
Petrus Infans Martini, & Blãchæ filius 266; & 430.
Petrus Infans Alphonſi frater 288. Cercinam Inſulam invadit, & capit 289. Catanam venit 290. Et Rurſus cum fratribus 298. E prælio navali evadens Panormum redit. *Ibidem*.
Petrus Rizzarus Cat. ad Alphonſum legatus 296.
Petrus Cardona Coliſani Com. 365. Cat. præeſt 367

Petri Siculi de Patria S.Agathæ teſtimonium 436
Philippus Ocho Catanæ Juſtiarius 64.
Philippus Tarrenti Princeps 109.
Philippus de Chipiro 162.
Philippus II. Siciliæ Rex 407.
Philippus III. Siciliæ Rex 431.
Philippus IV. Siciliç Rex 445.
Philibertus de Sabaudia Prorex 448.
Pirronus Aydonenſis, Ordinis Prædicat. 95.
S. Placidi Monialium Cœnobium 265.
Pompejus Columna Cat. Epiſ. S. R. E. Card. 376.
Portus Ogniæ quando vaſtatus 241.
Portus Saracenus Catanæ 245.
Portum Claudendi licentia à nullo petenda 300.
Portus Moles conſtruenda decernitur 300. Juſſu Alphonſi Regis promota 315. Inſcriptio 436
Portæ Urbis Catanæ Vegæ Proregis tempore 400
Portæ poſt terræmotum reparatæ 514.
Prædicatorum Fratrum Cœnobium 115.
Pragmaticæ Regni Siciliæ reformantur 453.
Privilegium Rogerii Comitis, fundationis Eccleſiæ Catanenſis 14. Urbani II. Rom. Pont. Inſtituentis Anſgerium Epiſ. Catan. 17. Ejus Autographum in Tabulario Eccleſiæ 19. Henrici Imper. Confirmantis Jura Eccleſ. Catan. 62. Joannis Epiſcopi 46. Petri II. Catanenſibus factum 135. Ludovici Regis Catanæ Jura firmantis 186. Friderici de Exemptione 233. Blanchæ Reg. Frider; & Conſt; Diplomata firmantis 262. Alphonſi de Curia primarum Appellationum 285. Ejuſdem Catanæ Senatum Regiis Conſiliariis adſciſcentis 292. Eugenii IV; & Alphonſi de Fundatione Studii Generalis 305. Alphonſi de Honorario Profeſſorum, & Moli conſtructione 315. Eugenii IV. de Fundatione Eccleſiæ Collegiatæ 317. Joannis Regis confirmantis Jura Senatus Catan. 334. Philippi IV. de iiſdem Juribus 445. Caroli II. Eadem Jura firmantis 498. Ejuſd. de Privativa Studii Generalis 505.
Prorex quadrimeſtri tempore Cat. ſedē hab. 422.
Propugnacula ad occidentem vulgo Fortini 492.
Propugnacula ad Aquilonem 497. vide *Mænia*.
Proſper Rebiba Epiſcopus Catan. electus 428.
Pyrrucbius Joenius 376.

Q

Quadraginta horarum Oratio 444.

R

Rametta à Nortmannis expugnatur 3.
Raynaldus de Aquila, ſive Avenellus 35.
Raymundus Balzus Gallus 216.
Raymundus Ramundet. primus Cōſiſtorii Præſ. 408
Reliquiæ SS. in S. Agathæ templo 367. S. Agathæ luſtrantur 356.
Reformatio Studiorum 362. Sub M. Antonio Columna 423. Sub Comite S. Stephani 500. Per Comitem de Alba 426.
Richardus Angliæ Rex Catanam venit 56.
Richardus Filingerius Siciliæ præeſt 79.
Richardus de S. Sophia Catanæ Juſtitiarius 94.
Rivivardus Epiſcopus Meliti 72.
Robertus Troynæ Epiſcopus 5.
Robertus Guiſcardus cum fratre diſcordias nutrit 6. Moritur 12.
Robertus Catanæ Epiſ. Pallio donatur 53.
Robertus Dux in Sicilia bellum gerit 104. Catanam ex proditione recipit 106. Recedit, relicta Uxore, & filio 113. Siciliam denuo invadit 116. Pacem cum Friderico componit 114.
Robertus Catanæ Epiſcopus 260.
Rogerius Comes Siciliam invadit 2. Troynæ excipitur 5. Saracenos prope Ceramium fugat 6. Catanæ Templum condit 20. Meliti moritur 21.
Rogerius II. Siciliæ Rex 22.
Rogerius Sclavus 43.
Rogerius Ocho Catanæ Epiſc. 57.
Rogerius III. Siciliæ Rex 57.
Rogerius Lauria Claſſis Præfectus 90. Acis arcem contra Fridericum muuit 102.
Rogerius de Antiochia 137.
Rogerius de Paſſaneto 137.
Rogerius de Necto 155.
Ruderu Aquæductus, Hippodromi, & Naumachiæ ab igne vaſtantur 487.

S

Sacellum S. Agathæ ornatur 504.
Sacrarium Templi Principis incendio fœdatum 472. Novum inſtituitur 495.
S. Salvatoris Propugnaculum 400.
Sancius Ruiz 261. 272.
Saracen. Syracuſas diripiunt 36.
Sarcophaga Regum in maximo templo 430.
Scipio Caracciolus Cat. Epiſc. 378.
Scrutinium vide *Buſſulus*
Secretus Catanæ Regius Conſiliarius 284.
Seditio Plebis in Sicilia, & Catanæ 463. Seditioſorum morte compeſcitur 466. Nova ſeditio Catanæ 467. Alia detecta, & extincta 494.
Seminarium Clericorum 413. Fundatur 416. Novis ædificiis concinnatum 442; & 505.
Senatus Baſilica reficitur 342. 344; & 449.
Senatus Catanenſis. Privilegia à Philippo III. firmantur 441. Fit Regius Conſiliarius 292.

Digitized by Google

Panormitano, & Meſſanenſi æquatur 448. Proregi, & M. R. C. Judicibus ſubditus 459. Novis privilegiis à Philippo IV. augetur 473.
Senatores Populares 464. Confirmantur 468. Abrogati ibidem.
Sicilia ſecundò diris Eccleſiaſticis ſubditur 117. Abſolvitur 239. Procerum diſſentione vaſtatur 142. Turcarum incurſionibus vexata 394.
S. Silveſter Abbas Troynenſis 35.
Silveſter Marſici Comes 39.
Simon Rogerio Comiti ſuccedit 21.
Simon Policaſtri Comes 41.
Simon Claromontanus 180. Leontinos contra Regem munit 182. Nicoſiam ſibi vindicat 183.
Simon de Puteo Catan. Epiſcopus 142. Contra Martinum Catanæ turbas movet 247. Apud Pontificem Martini partes ſuſcipit 249 Rurſus contra eumdem rebellat 253. Epiſcopatu privatur 254.
Simon de Piſcibus Sardiniæ Prorex 301.
Societatis Jeſu Collegium inſtituitur 403. Profeſſorum domus 450.
Statua S. Agathæ argentea 240. E marmore in carcere 435.
Stephanus Perticenſis Comes 48.
S. Stephani Protomartyris Templum 460.
Stephanus Regius Catanæ Vicarius 488.
Studium Generale Catanæ fundatur 296. 303, & 315. Ejuſdem Reformatio 362. 375. 423. 426; & 500. Ejus privilegia confirmantur 377. 380. 410. 421. 438. 442. 451. 459. 472. 500. 504. 507. 514. Ædes reparantur 433. 429. Novæ ſtatuuntur 503. Rector Proregi ſubditur 378.
Supplicationes Catanæ inſtitutæ ob liberatam à Peſte Urbem 420. Pro obtinenda Annonæ ubertate 438. Tempore Ætnæi incendii 485. Tempore Terræmotus 509.
Symethus fluvius Catanenſi Eccleſiæ donatus 20.
Synodus Diœceſena 378. Sub Simone de Puteo 246. Sub Nicolao Caracciolo 411. Sub Secuſio 440. Sub Joanne de Torres 445. Sub Mich. Bonadies 475.
Syracuſæ à Rogerio expugnantur 13. Regi Ludovico ſubduntur 194.
Syracuſani Catanam ad S. Agathæ ſepulchrum veniunt 395.

T

Tabernaculum SS. Euchariſtiæ in majori Templo 442.
Tabula Marmorea Dei Fidii Catanæ inventa 401
Tabula Votiva appenſa ante D. Agathæ aram 406
Tancredus Siciliæ Rex 55.
Tauromenium à Rogerio capitur 9; & 10.
Tempeſtas horribilis Catanæ 167. Alia in Catanenſi agro 386. Rurſus, & alia 452.
Terræmotus anno 1169. per Siciliam, & Catanæ 49. Anno 1351. Catanæ 167; In Sicilia, & Catanæ 394. Meſſanæ, & Catanæ 458. In valle Nethi, & Catanæ anno 1693. Die 9. Januarii 508. Die 11; Januarii, ejuſque deſcriptio 509. Item anno 1694. 514.
Thenſa argentea B. Agathæ 414. Ornatur 427
Theologalis præbenda Catanæ inſtituitur 460.
Theodorus Trivultius S. R. E. Card. Prorex Catanam venit 468.
Thomas de Aſmari Catan. Epiſ. electus 274. Electioni renunciat 277.
Thomas Guerrerius Catan. Epiſ. poſtulatur 375.
Tranſlationis S. Agathæ feſtum 402.
SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Fratres Catanæ excipiuntur 423.
Tribunal Catanæ 426.
Triſtainus Saracenus 95.
Turbæ Variæ, & Seditiones in Sicilia 200. Poſt Ferdinandi Cath. mortem 365. Cat. 369.
Turcarum Claſſis in freto Meſſanenſi 396. Catanæ ſeſe oſtentat, & Auguſtam incendit 399 Catanenſibus timorem infert 408.
Turris Cardilli prope Catanam 221. Baſilicæ majoris 245. In portu Pontuni 342.

V

Valva Eccleſiæ Majoris 355.
Vectigal à Cardona Prorege Siculis impoſitum 348.
Velum S. Agathæ Ignem Ætnæum eſtinguit 125 385. 457. 485; & 487.
Veſtis Serica, qua Velum tegitur contra Incendium opponitur 471;
Vexilla, quæ ante Magiſtratum deferuntur 293. Refecta denuo 342.
Ugo Gozzetta Catanæ præficitur 7. A' Saracenis in bello occiſus 8.
Ugo de Empuriis 103. Catanâ pellitur 107.
Ugo Moncata Siciliæ Prorex 361. Siculos Dynaſtas illudit 365. Panormo excedit 366. In Hiſpanias revocatur 369.
Via Victoria, ejuſque Inſcriptio 494. Viæ poſt Terræmotum Catanæ deſignantur 514.
Vicarius Generalis Proregis nomine qualis 421
Vincentius Cultellus Catan. Epiſcopus 420. Exauthoratur 425.
Vincentius Paternionins Catanæ legatus 492.
Violanta ſeu Jolanda Roberti Ducis Uxor 102.
Virgilius Scordia Catanam prodit 106.

Digitized by Google

Virginum puellarum Ginæceum 425.
Vrſinæ Arcis ſacellum 249.
Willelmus III. Siciliæ Rex 57.

X

Ximenius de Urrea Prorex Catanæ moritur 344.
Xenodochium S. Eupli 431.
Xaverius Gravina 474.

Y

Yomiſi Comes Catanæ Juſtitiarius ab officio depellitur 441.

Pag.	*Lin.*	*Errata*	*Corrige*
12	5	fugienda	fugiendo
19	21	Apocripha	Apographa
52	34	pretioſius	pretioſus
77		*ultima dele*	An Leonfortis
116	14	Baleari	Balearis
118	20	contexus	contextus
140	23	Signato	ſignatum
142	1	frętus	fretus
152	20	arce	arcem
164	18	domu	domo
187	31	Ludovico	Ludovici
188	4	Calaromonte	Claromonte
191	12	omnis	amnis
194	29	*poſt* Claromõtanus	*adde* alterius turmæ
196	29	diſciſſerunt	diſciderunt
203	11	Olivaria	Oleta
204	3	perduellos	perduellas
	22	interque domus	inter quę demus
208		communicatione	commutatione
213	16	circudedēdæ	circūcludendæ
216	1	Calabiano	Calatabiano
234	15	inſtructos	inſtructas
239	23	Sarbatenſis	Sarlatenſis
243	8	obſimiliter	abſimiliter
	14	frętus	fretus
242	14	olea	oleta
249	4	monarii	Monaſterii
253	1	Gauſi	Gauli
	19	æquandos	æquandas
254	19	earumque	eorumque
256	23	opinionem	opinione
257	3	cum	eum
258	30	Catena	Cateno
	32	Senoſchalcum	Seneſchallum
259	1	perduellos	perduelles
	15	Catananenſis Pentifex	Catanenſis Pontifex,
260	6	hoſtiludio	haſtiludio
267	23	Lipſanis	lipſanis
276	21	Torſia nobili Pollice	Tarſia nobili Pellice
281	26	Corſitano	Corſicano
312	3	eos	eas
354	35	Graonatæ	Granatæ
356	1	ac *adde*	Jacobus
375	2	ademaſſim	adamuſſim
401	16	Hiſtorica	Hiſtoria
419	1	ejululatu	ejulatu
423	32	demortui	demortuo
434	28	*dele* Joannem	Tzetzium
453	4	Albi	Alti
454	*in margine*	annorum notas 1663 1664 corrige 1633 1634.	
458	30	vertex	vortex
469	15	MDCXL	MDCL
471	3	*poſt* affecerat	*adde* inditio

FINIS.

CATANÆ M. DCC. XLIV.

Apud Joachimum Pulejum

Superiorum Facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google